10
7-b
19

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
10
7 A
15

~~A VI b 81 b 20~~

Digitized by Google

Digitized by Google

FVNDATORES MARIANI,

SEV DE SACRARVM RELIGIONVM, CONGREGATIONVMQ. FVNDATORIBVS,

MARIÆ DEIPARÆ VIRGINI ſingulariter addictis, ac dilectis.

LIBER VNVS.

Ex probatæ auctoritatis Scriptoribus collectus, ac ordine temporis, quo ijdem Fundatores ex hac mortali luce migrarunt, digeſtus.

A PATRE

HIPPOLYTO MARRACCIO LVCEN.

è Congregatione Clericorum Regularium

MATRIS DEI.

Conu. S. Fran. Roma

ROMÆ.

Ex Typographia Franciſci Caballi. M. DC. XLIII.

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

M A R I AE

VIRGINI MAXIMÆ,

Sacrorum omnium Fundatorum

Delicio, Amori, Curæ.

Sacrarumve omnium Religionum,
Congregationumque fundatarum
Ornamento, fundamento, fulcimento:
Quam nulli Religioſorum Virorum Cœtus
Patrocinium, Suſtentaculum, Propugnaculum
Vitam, Robur, Perfugium,
Clypeum, Scutum, Amuletumque ſuum
non profitentur.

H O C
De Sacrarum Religionum,
Congregationumque FVNDATORIBVS,
EIDEM ſingulariter addictis, ac dilectis,
Qualecumque OPVSCVLVM.

Hippolytus Marraccius Lucenſis,
ſeruus humilis, atq; indignus,
debitæ ſeruitutis

MONVMENTVM.

D. D. D.

† 3

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

EMIN. AC REVER. D.

D. MARCO ANT. FRANCIOTTO

S. R. E.

CARDINALI AMPLISSIMO,

Epiſcopo LVCENSI,

& Comiti Imperiali.

HIPPOLYTVS MARRACCIVS

Felicitatem precatur.

SVB feliciſſimis gentilitij Gryphi tui auſpicijs, meũ hoc qualecumq; Opuſculum, in publicam lucem prodit, Eminentiſſime Princeps, ne aliter prodiens, ſine or-

namento prodeat, & fulcimento. Gryphis enim, tãquam eximijs ornamentis, Palatia à Scythis decorata, ijſdemq. velut animoſis columnis Templa ab Atheniensibus ſuffulta, ſapientiſſimorum Virorum monimenta cõmemorant. Prodit etiam ad meam, meæq. Congregationis vniuerſæ, in te, tuosq. debitam obſeruantiam declarandam: atque ingratam illorum beneficiorum memoriam, quibus Maiores tui, nos ſemper abundè cumularunt. Quis enim ignorat, Congregationem noſtram, à nobiliſſima familia tua, in duobus illis fratribus, binisque ſideribus, Cæſare, ac Iulio Franciottis, qui Ioanni Leonardio Fundatori primi adhærentes, ſub augustiſſimis Deiparæ ſignis, ipſi Congregationi initia dederunt, eamdemq. poſtmodum ſuis virtutibus illuſtrarunt, ortum, atque incrementum habuiſſe? Cæſare, inquam, illo, animi candore

ſpe-

ſpectatiſſimo; Verbi Dei præcone ſuauiſſimo; Patriæ ſuæ clariſſimo lumine; immortalibus editis monumentis, de Chriſtiana Religione optime merito. & Iulio illo, totius perfectæ virtutis luciđiſſimo ſpeculo, qui omni litterariæ exercitationis genere magnificè imbutus, Mathematicas diſciplinas optimè calluit, in Aſtronomicis verſatiſſimus fuit, Ius canonicum perfectè poſſedit; atque in ea Theologiæ parte, quæ in moralibus quæſtionibus extricandis verſatur, adeò excelluit, vt ad ipſum, etiam infirmum, & lecto, ex membrorum contractione decumbentem, tamquam ad Oraculum, non modò Lucenſes, ſed etiam remotiores, de rebus difficillimis conſulturi, accederent. Vtinam verò pro his, alijsve, quæ tacitus prætereo, à tua familia acceptis beneficijs, aliqua ex parte reſpondere poſſemus. Vtinam, non vnius exilitate Libelli, ſed magno

ali-

aliquo, atque egregio monumento, noſtra in te, tuamque gentem, debita compenſare concederetur. Debentur Grypho magna, debentur pretioſa, cum Princeps, regiumque animal ſit, ex aquila, leoneque compactum; vnde ab antiquis memoriæ proditum accepimus, Gryphum, vtpote Soli ſacrum, aurique cuſtodem, Sole & auro delectari; ſed Grypho tuo, quid magni, quid pretioſi, meæ paupertatis tenuitas offerre poteſt? Optarem Librum hunc Solem; optarem aurum, vt aliquam ex eo delectationem, voluptatemque hauri-res. Sumo tamen animos, nec deſpero; cùm Sol, aurumque vileſcant, in comparatione illius, quæ tibi in hoc opere offertur; illius, inquam, quam Ioannes vidit amictam Sole; & Propheta regius in veſtitu deaurato conſpexit. Hæc tibi Sole clarior; hæc tibi omni auro pretioſior eſt. Hujus pietatem cum lacte bi-

biſti, cum faſcijs induiſti, cum cunis fouiſti. Hanc adeo honoras, obſeruas, veneraris, vt ardentiùs dilectione Virginea, quam Cardinalitia Purpura flammeſcas. Habes ante oculos Sixtum IV. & Iulium II. proauos tuos, Deiparæ Virginis cultui addictiſſimos, de quorum ardenti ſtudio, & pietate erga Mariam Deiparam virginem, & præcipuè erga puram eius Conceptionem, in Libello, quem de Pontificibus Maximis Marianis nuper euulgaui, fusè lateque diſſerui. Et, tantorum Pontificum exemplis excitatus, corpore, animo, intimis medullis, omnique mentis intentione, illam ardentiſſimè amare non deſinis; quam, cæli terræq. amore digniſſimam, ſcis etiam à tuis ardentiſſimè ſemper adamatam. Dixi, proauos tuos, Sixtum IV. & Iulium II. quia non me latet, Sixti IV. neptem fratris filiam, ac Julij II. ſororem, Luchinam nomine, Ioanni

Fran-

Franciſco Franciotto, matrimonio iunctam; ex qua deinde progenitus Galeottus Franciottus S. R. E. Cardinalis ampliſſimus, de Ruuere à materno cognomine nuncupatus. Suſcipe igitur Eminentiſſime Princeps, ac deuotiſſimæ Deiparæ Virginis Alumne, ea, qua cuncta ſoles, humanitate, Libellum hunc, tutelæ tuæ, ac nomini cõſecratum; meque, & Congregationem meam, vt ſemper feciſti, foue, & protege. Vale.

Digitized by Google

Præfatio ad Lectorem.

PRO meo hoc Marianorum Fundatorum libello, paucis te alloquar, amice Lector, audire ſi libuerit. Nil ſcribo, quod ſcriptum ab alijs nō ſit, vt lẽgẽdo facile (niſallor) agnoſces: diſperſa tãtùm colligo; & quæ abdita, non paucos hominum latebant, luci vindico. Non alius mihi in hoc opere, poſt Dei gloriam, propoſitus finis, quàm deuinctiſſimi animi mei, ac propenſiſſimæ voluntatis erga beatiſſimam Dei parentem, monumentum aliquod relinquere, & ſacrarum Religionum Fundatorum exemplo, omnes ad ſanctiſſimam Dei Matrem impenſius amandam, atq; omni cultu proſequendam, excitare. Exemplo enim vis ineſt permagna, atque efficacia maxima. Vnde D. Auguſtinus [lib. 1. Confeſſionum cap. 2.] Exempla, inquit, ſeruorum tuorum, quos de nigris lucidos, de mortuis viuos feceras, congeſta in ſinum cognitionis noſtræ, vrebant, & abſumebant grauem torporem, ne in ima vergeremus, & accendebant nos valde. Sic ille. Conſilia ſuadent; trahunt admonitiones; præcepta, legeſq. cogunt; exempla verò plus omnibus, apud benè nata, & inſtituta poſſunt ingenia. Benè Bernardus: Sermo viuus, & efficax, exemplum operis eſt, plurimum faciens ſuaſibile, quod auditur, dum monſtrat factibile,

quod

quod ſuadetur. Vidit id Tullius, nec ſiluit, ſed [lib. 3 de Oratore] dixit: Duo nos maximè mouent, exemplum, & ſimilitudo. Cauſam verò Seneca philoſophus expreſſit [Epiſt. 6.] Longum iter eſt per præcepta, breue & efficax per exempla: plus ex moribus, quàm ex verbis trahimus. Quamuis autem opus hoc vniuerſis Chriſti fidelibus pergratum (cùm ibi omnes multa reperturi ſint, ad ſuum erga Deiparam affectum magis ac magis accendendum, ſimul & augendum opportuna) Religioſis tamen gratiſſimũ fore confido; cùm hi, tamquã clariſſimo in ſpeculo, conſpecturi ſint beneficia eorum Fundatoribus à B. Virgine collata, quantoque ſtudio, & amore eam proſecuti fuerint: necnon Ordinum, ſeu Congregationum ſuarum ortus, & progreſſus ab eadem beata Virgine, vel impetratos à Deo, vel adiutos, moderatos, & defenſos. Ex quo effici non poterit, vt eorum in Virginem pietas non nutriatur, atque affectus, ad ſuorum Patrum imitationem, non magis ac magis inflammetur. Et ſanè optandum, vt deuotionis ſpiritus, quem Religionum, Congregationumque Fũdatores, erga beatam Virginem habuerunt, in filios, velut olim Heliæ in Heliſeum, immigret. Nec debet quiſpiam mirari, ſi Fundatores nonnullos prætermiſerim, vel pauca de aliquorum erga beatam Virginem pietate dixerim; hoc enim incredibili animi mei dolore factum eſt, cùm, licet maxima adhibita diligentia, in antiquis codicibus, ac eorum ge-

ſtis

ſtis nihil certi potuerim reperire. Religionum, Congregationumque Militarium Fundatores, peculiari Libro, qui, Virgine propitia, in lucem euulgabitur, reſeruaui. Porrò, ne ab aliquo ad arbitrium aliqua confinxiſſe exiſtimarer, in ipſo foliorum margine, Auctores eorum, quæ ſcribuntur, adnotaui, vt eo perſpicuum fieret, nihil me ex arbitrio confinxiſſe; ſed ea dumtaxat, quæ certo grauiſſimorum virorum teſtimonio probata ſunt, ſincere, ac fideliter attuliſſe. Scio, non omnes ab omnibus ſacrorum Ordinũ Fundatores agnoſci, immo, ab aliquibus apertè negari: at in re pia mihi ſatis fuit, quod multis probabile eſt, amplecti. Temporum ordinem, quo iidem Fundatores ex terrena hac, ad cæleſtem patriam euolarunt, ſecutus ſum, ad lites dirimendas, & ne aliquis de illata ſibi iniuria conquereretur. Placuit tamen eiuſdem Religionis Fundatores ſimul collocare, etiamſi eorum aliquis, poſt alterius Religionis Fundatorem, obierit, ne caput diuideret, quos eadem Religio coniunxit. De violatione legis Eccleſiaſticæ, de cætero inhibentis imprimi libros illorum, qui noſtra memoriæ piè in Domino obijſſe creduntur, geſta, miracula, & reuelationes continentes, niſi ſeruata quadam cautela; idque ad impediendum abuſus, qui in eorumdem cultu irrepere poſſent, incuſari, vt arbitror, non potero. Nam, licet hic è Fundatoribus ſint aliqui recentioris memoriæ, qui ſanctitatis, vel opinionis fama celebres ex hac vita migrarunt: opus tamen

noſtrum, Librum vnius alicuius ex iſtis geſta continentem, certè nemo prudens appellabit; cùm nec centeſimam quidem eorum partem contineat: non enim Fundatorum geſta vniuersè explicat, neque miracula, aut reuelationes affert; ſed id vnicum ſpectat, quod Deiparæ cultores, & ſtudioſi, & ab ea multis fauoribus, & gratijs affecti ſint: quod quidem, vt in ſimili, inquit, vir doctrina, atque eruditione ſpectabilis, Antonius de Balinghen, Non eſt geſta eorum conſcribere, cùm id pauxillum, nec centeſima quidem ſit, vt diximus, eorum pars. Neque verendum eſt, vt ex vnica eorum actione (Deiparæ ſcilicet cultu) in eorum cultu ſequatur abuſus; cùm non ea ſola ſufficiat, vt aliquis colatur, vt ſanctus. Adde, me, & hanc vnicam eorum actionem non ita legentibus credendam proponere, vt ab Apoſtolica Sede iam examinatam, & approbatam; ſed huic eam tantùm apud homines fidem conciliare intendo, quæ cæteris rerum humanarum hiſtorijs communis eſt; quęque neminem vel ad Catholicæ, vel ad certæ fidei regulam coarctat.

Ant.Balinghen in Cal.B.V.

Ad ſtylum quod attinet, ipſa Auctorum, quos in margine notatos aſpicies, verba, vt plurimùm ſecutus ſum, ad maiorem fidem faciendam. Cur enim, quod alienis narrare verbis poſſem, meis vel omnino, vel magis inquinarem? Non eſt quidem hoc modo ſtylus equabilis; ſed ad narrationis veritatem, & rerum, quæ narrantur examen, multò videtur

tur

tur hæc ratio accommodatior. Harum enim momenta, quomodo expendantur, niſi qui, & quales, & à quibus illæ manant, fontes cognoſcantur? Eadem oratio longè aliam, cùm à præſtantibus viris, aliam cùm ab obſcuris, & vilibus homuncionibus profertur, vim habet, prout olim quidem dixit Euripides: Laudo equidem, & ſuſpicio, elegantem & floridum ſcribendi nitorem in ijs, qui eum afferunt; mihi tamen qualis qualis oratio, ſi vera, grata eſt; ornatiſſima verò & cultiſſima, ſi falſa, diſplicet. Si quid autem in hoc opere non benè dictum, narratumque eſt, non erubeſco cum ſancto Auguſtino retractare, omniaque quæ tum hic, tum alibi à me conſcribentur, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ examini, ac iudicio ſubiecta eſſe volo. Tu interim pijs conatibus faue, & humanis, pro tua humanitate, erratis ignoſce. Salue, & vale.

SYLLABVS CAPITVM

huius Operis.

DE S. Helia Propheta, Carmelitarum auctore. Caput 1.

De S. Baſilio Magno, Baſiliani Ordinis Fundatore. Cap. 2.

De S. Hieronymo Stridonenſi, Hieronymiani Ordinis Fundatore. Cap. 3.

De S. Auguſtino Hipponenſi, Auguſtiniani Ordinis Fundatore. Cap. 4.

De S. Benedicto Abbate, Benedictini Ordinis Fundatore. Cap. 5.

De S. Odone Abbate, Ordinis Cluniacenſis Fundatore. Cap. 6.

De S. Romualdo Abbate, Ordinis Camaldulenſis Fundatore. Cap. 7.

De S. Ioanne Gualberto, Ordinis Vallis-Vmbroſæ Fundatore. Cap. 8.

De SS. Roberto, Alberico, & Stephano, Ordinis Ciſtercienſis Fundatoribus. Cap. 9.

De B. Roberto Bleſio, Ordinis Fontis Ebraldi Fundatore. Cap. 10.

De

De S. Brunone Colonienſi, Ordinis Chartuſiani Fundatore. Cap. 11.
De S. Stephano Aruerno, Ordinis Grandimontenſis Fundatore. Cap. 12.
De S. Norberto Magdeburgẽſi, Ordinis Præmonſtratenſis Fundatore. Cap. 13.
De S. Gulielmo Vercellenſi, Ordinis Montis Virginis Fundatore. Cap. 14.
De S. Gulielmo Aquitano, Guilielmitani Ordinis Fundatore. Cap. 15.
De BB. Felice de Valois, & Ioanne de Matha, Ordinis ſanctiſſimæ Trinitatis Fundatoribus. Cap. 16.
De Innocentio Papa III. Ordinis Sancti Spiritus in Saxia Fundatore. Cap. 17.
De S. Dominico Guſmano, Ordinis Prædicatorum Fundatore. Cap. 18.
De S. Franciſco Aſſiſinate, Ordinis Minorum Fundatore. Cap. 19.
De S. Petro Nolaſco, Ordinis B. Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum Fundatore. Cap. 20.
De BB. Bonfilio Monaldio, Ioanne Manetto, Benedicto Antellenſi, Bartholomæo Amidæo, Ricouerio Lippio Vguccionio, Gerardino Soſteno, & Alexio Falconerio, Ordinis Seruorum beatæ Mariæ virginis
†† 2 Fun-

Fundatoribus. Cap. 21.
De S. Silueſtro Auximate, Ordinis Silueſtrinorum Fundatore. Cap. 22.
De S. Petro Murrhone, Cœleſtini Ordinis Fundatore. Cap. 23.
De B. Bernardo Ptolomæo, Congregationis B. Mariæ Montis Olіueti Fundatore. Cap. 24.
De S. Ioanne Columbino, Ordinis Ieſuatorum Fundatore. Cap. 25.
De S. Birgitta Suecia, Ordinis Birgittenſis Fundatrice. Cap. 26.
De Gerardo Dauentrienſi, Ordinis Clericorum vitæ communis Fundatore. Cap. 27.
De S. Franciſca Romana, Congregationis Oblatarum B. Virginis, ſeu Monialium Turris ſpeculorum Fundatrice. Cap. 28.
De Beatrice à Silua, Ordinis Conceptionis B. Virginis immaculatæ Fundatrice. Cap. 29
De Ioanna Regina Galliæ, Ordinis Annunciationis B. Mariæ virginis Fundatrice. Cap. 30.
De S. Franciſco de Paula, Ordinis Minimorum Fundatore. Cap. 31.
De Hieronymo Aemiliano, Congregationis Somaſchæ Fundatore. Cap. 32.
† †   De

De Antonio Maria Zacharia, Bartholomæo Ferrario, & Iacobo Antonio Morigia, Ordinis Clericorum Regularium S. Pauli, vulgò Barnabitarum Fundatoribus. Cap. 33.
De B. Caietano Thienæo, Paulo Conſiliario, Bonifacio à Colle, & Paulo Papa IV. Ordinis Clericorum Regulariorum vulgò Theatinorum Fundatoribus. Cap. 34.
De B. Ioanne Dei, Ordinis Fratrum Hoſpitalitatis, & infirmis Miniſtrantium Fundatore. Cap. 35.
De S. Ignatio Loyola, Societatis Ieſu Fundatore. Cap. 36.
De S. Tereſia à Ieſu, tam Monialium, quàm Fratrum Diſcalceatorum Fundatrice: ac de eius Coadiutore Ioanne à Cruce. Cap. 37.
De Auguſtino Adorno, & Franciſco, atq; Auguſtino Caràcciolis, Ordinis Clericorum Regularium Minorum Fundatoribus. Cap. 38.
De S. Philippo Nerio, Congregationis Oratorij Fundatore. Cap. 39.
De Ioanne Leonardio, Congregationis Lucenſis Clericorum Regularium Matris Dei Fundatore. Cap. 40.
De Camillo de Lellis, Ordinis Clericorum Re-

Regularum Infirmis Miniſtrantium Fundatore. Cap. 41.
De Maria Victoria Genuenſi, Ordinis Annunciationis B. M. Virginis Fundatrice. Cap. 42.
De Franciſco Saleſio, Ordinis Monialium Viſitationis beatæ Mariæ virginis Fundatore. Cap. 43.
De Ioſepho Calaſantio, Ordinis Clericorum Regularium Scholarum piarum Fundatore. Cap. 44.

DOMINICVS TVCCIVS,
Clericorum Regularium Congregationis Matris Dei Rector Generalis.

CVm librum, cui Titulus eſt, Fundatores Mariani, ſeu, De Sacrarum Religionum, Congregationumque Fundatoribus Mariæ Deiparæ virgini ſingulariter addictis, ac dilectis, à R.P. Hippolyto Marraccio Lucenſi, noſtræ Congregationis Sacerdote compoſitum, nonnulli viri docti eiuſdem noſtræ Congregationis, quibus id commiſimus, recognouerint, ac in lucem edi poſſe probauerint, facultatem concedimus, vt typis mandetur; ſi ita ijs, ad quos ſpectat, placuerit. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Romæ die 8. Martij. 1641.

Dominicus Tuccius Rector Gen.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſſimo P. Magiſtro ſacri Palatij Apoſtolici.

I. B. Viceſg.

Reuerendiſſime Pater.

VIdi hoc opus, quod inſcribitur, *Fundatores Mariani*, Auctore admodum Reu. P. Hippolyto Marraccio, è Congregat. Clericorum Regularium Matris Dei. Meretur erudita pietas, vt ad ædificationem proximi, & Religionis commendationem, publici iuris fiat. Romæ in Domo Profeſſa Societatis Ieſu 20. Aprilis, Anno 1641.

Melchior Inchofer eiuſdem Societ.

Imprimatur.

Fr. Thomas Aquauiua Magiſter, & Socius Reuerendiſsimi Sac. Ap. Pal. Mag.

Digitized by Google

DE S. HELIA PROPHETA, Carmelitarum Auctore.

CAPVT I.

SANCTVS Helias Propheta, ex Theſbis Arabum oppido oriundus, Carmelitarum (vt iſti aſſerunt) Auctor primus, Auguſtiſſimæ Virginis, ac puriſſimæ Dei Matris præcultor eximius, eidem vixit ſumma deuotione addictus. Eius parens, qui Sobaac vocabatur, ortus eius tempore, viros candidis veſtibus indutos vidit ſuum puerum ſalutantes, quem Præpoſitum agnoſcebant, ſimulq; tunc Virginem candidiſſimam adorabant: quia in huuc ſe Heliæ finem ſubdebant, vt candorem Puerperæ traherent puritatis, cuius amore flagrabant. quod ſignificat ignis ex vberibus auulſus Matris, quo Helias & Sodales veſci viſi ſunt. Grandis igneo pabulo Helias factus, in Carmeli montem aſcenſus, cùm, miſſo puero, ſeptem vicibus cōtra mare ad Occidentem ipſe proſpexiſſet, & in ſeptima vice paruam, quaſi veſtigium hominis, conſurgentem nubeculam vidiſſet, in eius figura Deiparam Virginem mundo naſcituram, virginitatis in nouo teſtamento primiceriam, Carmelitarumque protectricem prophetico afflatus ſpiritu præintellexit. Cuius veritatis cum innumeri propemodum teſtes afferri poſſent, vnus pro omnibus erit vir pietate, & doctrina clariſſimus Ioannes 44. Patriarcha Hieroſolymitanus, qui in libro, quem de Monachorum inſtitutione compoſuit, totam rei ſeriem fusè deſcribit in hunc modum.

Vide inter alios Michaelem Munoz Cordubenſem in Propugnaculo Heliæ lib. 2. & 3.

Legimus in libro Regnorum, inquit ille, quod Helias Propheta aſcendit in montem Carmeli, & pronus in terram, poſuit faciem ſuam, & genua ſua, & dixit ad puerum ſuum: Aſcende & proſpice contra mare, Qui cùm aſcen-

Io. Hieroſolymitanus in lib.

de Inſtitut. Monach. c. 4. Biblioth. magn. vet. Patr. quem librum eius eſſe germanum fœtum probat Mũnoz lo. cit. lib. 2. tit. 2. cap. 2. ar. 5.

diſſet, & contemplatus eſſet, ait, Non eſt quicquam, & rurſum ait illi: Reuertere ſeptem vicibus: in ſeptima autem vice, ecce nubecula parua, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari in Carmelum; ab eo autem loco Carmeli Montis, vnde puer aſcendebat, vſque ad ſummitatem Montis, vnde poterat mare proſpici, erant decem gradus, quos cùm puer ſemel aſcendens proſpexiſſet contra mare, mandauit illi Helias (ſicuti eſt dictum) vt iterũ alijs ſeptem vicibus eoſdem gradus reuertens, contra mare proſpiceret, & in ſeptima vice reuerſionis, vidit puer nubeculam illam, quaſi veſtigium hominis, de mari aſcẽdentem in Carmelum, & dixit ei Helias: Aſcende, & dic Achab: Iunge currum tuum, & deſcende, ne occupet te pluuia: cumque ſe verterent huc atque illuc; ecce cæli contenebrati ſunt, & nubes & ventus, & facta eſt pluuia grandis. Quid autem Sacramenti rerum futurarum, præter hiſtoriam, viſio illa intrinſecus contineret, & quid ingis myſterij Deus Heliæ, tunc ſtatim prono, per eam portenderet, dignatus fuit Helias aperire, non palam hominibus, ſed ſecretiùs conſortibus. A quibus traditam tenemus, Deum ſub figurata viſione reuelaſſe tunc Heliæ quatuor magna myſteria, quæ per ordinem explicabo.

Primò, quòd quædam infantula naſceretur, quæ ab vtero matris ſuæ ab omni peccato munda egrederetur. Secundò, tempora in quibus hoc adimpleretur. Tertiò, quod hæc infantula virginitatem perpetuam amplexaretur. Quartò, quod Deus iungens naturam ſuam humanæ, de Virgine illa homo naſceretur. Per hoc namque quod ille puer Heliæ vidit de mari nubeculam paruam oriri, reuelauit Deus Heliæ, quòd quædam infantula, ſcilicet Beata Maria per illam nubeculam ſignificata, & inſtar illius nubeculæ per humilitatem parua, naſceretur de humana natura peccatrice deſignata per mare; quæ infantula iam in ſuo ortu eſſet munda ab omni peccatorum ſorde, quemadmodum nubecula illa fuit de mari amaro; ſine tamen aliqua amaritudine: licet namque nubecula illa eſſet originaliter eiuſdem naturæ cum mari, alterius tamen fuit qualitatis, alteriuſque pro-

prie-

Digitized by Google

prietatis. Mare quippe ponderoſum eſt, & amarum; ſed nubecula illa leuis fuit & dulcis; ſic quamuis in quolibet alio homine natura humana inſtar maris ſit in ſua origine, ità amaritudine, & vitiorum pondere preſſa, vt fateri cogatur: Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum, & ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me; Beata tamen Maria de hoc mari, ideſt natura humana, aliter fuit orta; quia in ſuo ortu non fuit onerata amaritudine delictorum; ſed inſtar illius nubeculæ fuit leuis per immunitatem peccatorum, & dulcis per plenitudinem chariſmatum: ipſa enim in ſuo ortu fuit nubes illa, de qua per Moyſem figuratè eſt ſcriptum: Ecce gloria Domini apparuit in nube.

Significauit autem Deus Heliæ in prædicta viſione, quo tempore nubecula illa, ſcilicet, Beata Virgo Maria videretur à diſcipulis Heliæ de mari, ideſt, de amarâ, & vitioſâ natura humana oriri, & aſcendere: nam oſtenſum fuit in eadem viſione, quòd nullus eorum videret eam aſcendere, antequam ipſe ſemel per decem gradus aſcendens contra mare proſpiceret; & iterum alijs ſeptem vicibus ad eoſdem gradus ad contemplandum contra mare rediret. Dixit enim Helias ad puerum ſuum; Aſcende, & proſpice contra mare; qui cùm aſcendiſſet, & contemplatus fuiſſet, ait, Non eſt quicquam. Quæro ergo, quid fuerit, puerum Heliæ ſemel per decem gradus aſcendere ad proſpiciendum contra mare, & tunc ei nihil apparere? Certè hoc nihil aliud fuit, niſi quòd puer, ideſt, cœtus diſcipulorum Heliæ contemplando aſcendit per illas decem generationes humanas, à Beato Luca in genealogia Chriſti poſitas, quæ fuerunt ante diluuium, ab Adam vſque ad Noe in prima mundi ætate: & per eas diſcurrendo totum tempus quod fuit à Noe vſque ad Adam, puer proſpexit, ſi fortè eo tempore nubecula, ideſt, infantula aliqua eſſet nata contra mare, id eſt, contra ſolitam amaritudinem, in vitioſa propagine naturæ humanæ: & quia nubecula illa non fuit à puero viſa naſci in illa prima ætate mundi; ideo puer dixit, Non eſt quicquam; præcepto tamen Heliæ

redijt iterum puer ſepties per decem gradus ad proſpi-ciendum contra mare, & rurſum inquit, ait illi: Reuer-tere ſeptem vicibus; & in primis ſex vicibus nihil illi apparuit. Hoc autem, ſcilicet quòd puer, ideſt, cœ-tus diſcipulorum Heliæ ſepties per decem gradus rediẽs nil vidit, denotat eum vlterius per alias ſex ætates gene-rationum humanarum contemplando deſcendiſſe in ge-nealogia Chriſti, quam Beatus Lucas texit à Sem filio Noe, vſque ad Iamne filium Ioſeph. Quarum genera-tionum ætas prima, incipiens à Sem filio Noe, termina-ta fuit in Thare filio Nachor. Secunda vero ætas inci-piens ab Abraham filio Tharæ, terminata fuit in Salmon filio Naaſon. Tertia incipiens à Booz filio Salmon, ter-minata fuit in Iona filio Eliacin. Quarta incipiens à Io-ſeph filio Iona, terminata fuit in Elmadan filio Ner. Quinta incipiens à Choſan filio Elmadan, terminata fuit in Ioſeph filio Iuda. Sexta incipiens à Semei filio Ioſeph, terminata fuit in Iamne filio alterius Ioſeph. Per has quidem ſex ætates generationum à B. Luca in ge-nealogia Chriſti poſitarum aſcendit puer, id eſt, cœtus diſcipulorum Heliæ, diſcurrendo per totum tempus, quod fuit à Iamne vſque ad Sem, & contemplando ſi forte eo tempore nubecula, ideſt infantula illa eſſet na-ta; & quia in toto illo tempore nata non fuit, ideò tunc diſcipulis Heliæ minimè apparuit. In ſeptima autem re-uerſionis vice nubecula eis apparuit, quia in tempore comprehenſo, infra ſeptimam illarum generationum ætatem, B. Maria nata à diſcipulis Heliæ viſa fuit. Vn-de vice, inquit, vna, Ecce nubecula parua, quaſi ve-ſtigium hominis aſcendebat de mari: prædictus namque Iamne, in quo ſexta illarum generationum ætas termina-tur, genuit filium nomine Melchi, in quo incœpit ha-rum generationum ætas ſeptima. Hic autem Melchi ge-nuit Leui, & ipſe Leui duos habuit filios; vnum qui à B. Luca appellatur Mathat, ſed ab illo dicitur Melchi nomen Aui ſui retinens, & alium qui vocatus fuit Pan-thera. Iſte verò Panthera genuit filium nomine Barpan-thera; & hic Barpanthera genuit filium nomine Ioa-

chim,

chim, qui ex Anna vxore ſua genuit B. Mariam: & ita in vna reuerſionis vice, hoc eſt, in vna generationum ætate, quæ fuit vna ab illa, in qua homines per Dei præceptum reuerſi fuerunt poſt diluuium ad multiplicandum genus humanum nata fuit B. Maria, ſcilicet in medio illius ætatis ſeptimæ, quæ etiam fuit defuncta, antequam prædicta generationum ætas ſeptima eſſet terminata; ſed prius quàm ipſa Dei genitrix ab hoc ſæculo migraret, fuit in Nazareth, & in Hieruſalem, & alibi ab Heliæ diſcipulus multoties viſa.

Quemadmodum hæc nubecula, ſcilicet B. Virgo Maria, in ſeptima generationum prædictarum ætate fuit nata; ita etiam in eadem ſeptima ætate fuit à diſcipulis Heliæ viſa in Carmelum ſpiritualiter aſcendere: nam antequam decem generationes aſcendiſſent à Melchi, à quo, ſicut dictum eſt, ætas vna incipit, fuerunt docti Carmeli incolæ in Hieruſalem à Summo Templi Pontifice, quòd B. Maria virginitatem Deo ſeruare propoſuerat.

Tandem demonſtratum Heliæ in eadem viſione fuit, quo ordine naſceretur Dei filius de hac Virgine: nam mox vt puer Heliæ, ſcilicet cœtus diſcipulorum eius, vidit nubeculam illam de mari, quaſi veſtigium hominis in Carmelum aſcendere, dixit Helias puero ſuo: Aſcende, & dic Achab; Iunge currum tuum; & deſcende, ne te occupet pluuia. Signum quippe expreſſum imminentis Incarnationis Dei filij fuit, ſcilicet, quod cœtus diſcipulorum *Heliæ* vidit nubeculam, & infantulam illam, quaſi veſtigium hominis aſcendere in Carmelum, hoc eſt, tantam habere circumciſionis lętitiam ac ſcientiam, vt ſeruare vellet continentiam. Vnde cùm cœtus diſcipulorum Heliæ audiſſet in Hieruſalem, iuuenculam illam vouiſſe Deo virginalem continentiam, confeſtim perpendit, quòd aduentus filij Dei prope, & in ianuis erat. Et quemadmodum Helias præceperat, ita aſcendit tunc cœtus diſcipulorum eius per orationem ad Achab, qui, quia fraternitas paternitatis interpretatur, ſignificat Dei filium, inter quem & genus humanum, antequàm ipſe incarnaretur, erat fraternitas tantùm pater-

nitatis; quia à quo Patre fuit Dei filius æternaliter genitus, ab eodem Patre fuit creatum humanum genus, ita vt Dei filius non confundatur patrem ſuum appellare patrem eorum, dicens: Aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum. Sed quia inter genus humanum & Dei filium, antequam ipſe incarnaretur, non erat fraternitas maternitatis, quoniam Dei filius nondum erat ex matre natus; ideo optans cœtus diſcipulorum Heliæ, vt hæc fraternitas inter eos fieret, aſcendit per orationem ad Achab, ideſt, ad Dei filium; & ſicut Helias præceperat, ita ſuppliciter Dei filio dicebat: Iunge currum tuum, currus quidem à currendo eſt dictus, eſt enim vehiculi rota circularis figuræ, & habilis ad portandum onus: ſignificat autem diuinam, filij Dei naturam, quæ eſt circularis, ideſt æterna & carens fine, inſtar rotarum currus, quæ principio & fine carent, per quam naturam diuinam ipſe exultauit vt gigas ad currendam viam, portans, vt ait Apoſtolus, omnia verbo virtutis ſuæ. Dicebat ergo ſuppliciter tunc ille puer, ideſt cœtus diſcipulorum Heliæ: Iunge naturæ, ſcilicet noſtræ, currum tuum, ideſt æternam naturam tuam, & deſcende ad nos; ne te occupet, ideſt retardet: ſed magis prouocet pluuia, ſcilicet quod deſcendes ſicut pluuia: decet enim te, ſicut pluuia, in vellus deſcendere; quoniam vellus pluuiam in ipſo ſine ſtrepitu deſcendentem accipiendo vel reddendo, non rumpitur, ſed integrum ſeruatur: ita quoque te decet taliter & abſque ſtrepitu operationis humanæ, in nubeculam, ideſt in Virginem Mariam placido illapſu deſcendere, & currum tuum, ideſt, æternam naturam tuam humanę naturę in vtero virginis iungere: vt Virgo te Deum ſimul & hominem concipiendo, deinde pariendo non rumpatur: ſed integra in ſua virginitate conſeruetur. Fuerunt autem exauditi Heliæ diſcipuli in hac ſupplici eorum deprecatione, ſicut ſequitur in prædicta viſione. Cumque, inquit, ſe verterent huc, ſcilicet ad contemplandam in adoleſcentula ſpontaneam virginitatem, atque illuc, ſcilicet ad deprecandum pro deſcenſu filij ſummam deitatem, ecce cæli contenebrati ſunt, & nubes & ventus, & fa-

factâ eſt pluuia grandis: per cælos honor, virtus, & celſitudo filij Dei intelligitur, cuius aduentum præſtolãs Propheta dicebat: Domine, inclina cælos tuos, & deſcende. Per nubem Virgo Maria, ſicut dictum eſt, deſignatur; per ventum verò Spiritus ſanctus indicatur. Ideo cæli & nubes & ventus fuerunt tunc contenebrati, quando virtus Altiſſimi obumbrauit ei; ideoque & quod natum eſt de ea ſanctum, vocabitur Filius Dei; & tunc facta eſt pluuia gratiæ grandis, quando Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.

Recẽſentes ergo Carmelitæ, Deũ, prædeceſſoribus eorũ, per viſionẽ prędictã ſpecialiter reuelaſſe infantulã quandam naſcituram, quæ ex vtero matris ſuæ munda ab omni peccati ſorde egrederetur, & virginitatem ſpontaneẽ amplexaretur, de qua Virgine Deus homo naſceretur. Contemplantes etiam ipſi hæc omnia poſtmodum fuiſſe adimpleta, & genus humanum per hanc Virginem accepiſſe à filio Dei deſideratum ab eis pluuiæ, ideſt gratię diuinæ beneficium, curarunt cum deuotione aſſiduè deſeruire huic Virgini, dudum eorum Profeſſoribus reuelatæ ac deſideratæ, ac poſteà eis exhibitæ, & ſtuduerunt hanc ſpecialiter Virginem ſibi ipſis in patronam eligere: Ita quod Carmelitæ Virginem Mariam, iam tempore Apoſtolorum, dicebant ſororem ſuam; & ſeipſos fratres B. Mariæ Virginis appellabant; tunc autem Fratres B. Mariæ Virginis appellati fuerunt, cum in memoriam viſionis, de ortu huius Virginis præoſtenſæ Sancto Heliæ Prophetæ ſub ſpecie nubeculæ aſcendentis de mari in Carmelum; Carmelitæ prædicti anno Incarnationis filij Dei octogeſimo tertio diruentes eorum Sennion antiquum, ædificauerunt huic primæ Virgini Deo dicatæ Capellam quandam in Monte Carmeli, iuxta fontem Heliæ in ſitu illo, in quo Helias orans viderat nubeculam illam, quaſi veſtigium hominis de mari aſcendere in Carmelum, vbi Carmelitę prædicti, ſeipſos huic Virgini commendantes ſingulis diebus in ſeptem horis Canonicis, ad effundendum dictæ Virgini, & eius filio ſedulas preces & ſupplicationes, atque laudes, etiam tunc ſemper conuenerunt:

ibique de verbo diuino, culpiſque vitandis, & animarum ſalute procuranda humili colloquio adinuicem contulerunt, & propterea cæteri etiam ab ipſis externi, eos deinceps fratres B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli ſemper appellauerunt. Hæc Ioannes Hieroſolymitanus loco citato.

Et quidem Heliæ filios glorioſum Virginis nomen & patrocinium præ cæteris & meruiſſe & accepiſſe ob ſacellum ſiue Eccleſiam in Virginis Mariæ honorem in Carmeli monte ædificatam, præter Ioannem Hieroſolymitanum multi nec contemnendæ auctoritatis teſtantur Auctores. Et in primis fama & doctrina celebris Thomas Valdenſis de Sacramentalibus tit. 9. contra Vuicleph, & in Doctrinali fidei tom. 3. vbi docet ex Armachano Eccleſiæ Hiberniæ Præſule Carmelitas ob hanc rationem, quia Sacellum Virgini primi dedicarunt, fratres Virginis Mariæ fuiſſe appellatos. Porrò Armachanus in ſermone de Conceptione B. V. Mariæ, quem prædicauit anno Domini 1342. in Conuentu Carmelitarum Auenione, ſic loquitur: Quoniam, vt dicunt fide dignæ hiſtoriæ, à tempore Heliæ, qui ſæpe morabatur in monte Carmelo iuxta Nazareth Ciuitatem Dominæ noſtræ ad tria milliaria, ſolebant homines deuoti ſecretius habitare vſque ad tempora Saluatoris. Et tunc illi Eremitæ prædicantibus Apoſtolis inter cæteros ſunt conuerſi, & in vno latere montis ipſius primi Eccleſiam in honorem B. Mariæ Virginis conſtruxerunt, & ob hoc nimirum inter cultores Dominæ noſtræ primitus ſunt adſcripti, vt vocarentur fratres B. Mariæ de Monte Carmelo. Accedit Ioannes Trithemius Abbas Spanhemenſis, qui in libro de laudibus Carmelitarum cap. 7. ita ſcripſit: Sicut ex veterum lectione didicimus, titulum B. Mariæ Virginis Carmelitis conuenire, maximè ſcimus. Nam ij ab exordio ſuæ Inſtitutionis Dei Genitricem ſemper maximo honore, & reuerentia ſunt proſecuti. Etenimuerò nondum poſt Domini paſſionem, fratres Montis Carmeli Capellam in eiuſdem montis latere, in Dei Genitricis honorem conſtruxerunt, eamque in Ordinis ſui

Thom. Valden. de Sacrament. tit. 9.

Armachanus in ſermone de Cócept. B. Virg.

Io. Trith. de laudib. Ord. Carmel.

ſui aduocatam, ac patronam elegerunt, & fratres eius deinceps appellati ſunt. Sicut ergo à Carmelo Carmelitæ, ita à Capella quam ædificarunt vſque ad hodiernum diem fratres Beatiſſimæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ appellantur. Et digna quidem Carmelitis denominatio, vt qui Dei Matrem ſpeciali ſemper amore venerantur, etiam illo ſint titulo clariores. Hæc Trithemius. Idem apertè fatentur Paulus Moriggia, Ordinis Ieſuatorum in libro de origine Religionum lib 1.cap. 30. Ioſeph Antiochenus, Paleonidorus, Hieronymus Platus de Bono ſtatus Religioſi lib.2.cap.22.alijque non pauci, quos refert Io. Carthagena de Arcanis Deiparæ lib. 17.

Præuiſæ in nube Deiparæ Virgini Heliam ſe totum humiliter tradidiſſe, eidemq. iaciendi ſui prophetici cætus fundamenta enixè commendaſſe non dubitat Petrus Thomas Saracenus in Menologio Carmelitarum. Immò in honorem pulcherrimę fœminæ Deiparentis Soboach præoſtenſæ, Heliam ſuam Congregationē condidiſſe ſcribit Hieronymus Gratianus in M.S. quodā, quod Michael Munoz ſe Pampilonæ vidiſſe teſtatur in ſuo Propugnaculo Heliano lib.2.tit.3.cap.2,art.1. num.2. Ideoque beatiſſima Dei Parens cœtum ſibi ab Helia enixè commendatum, atque in ſui honorem conditum, ſub ſuæ protectionis pallio ſuſcepit, materna ſuæ pietatis viſcera illi ſemper aperuit, illum pręcipuis gratiarum prerogatiuis ſublimauit, & ſpecialibus fauoribus proſecuta eſt. Et quidem ſi magni Principes in argumentum ſui fauoris, & gratiæ, eis, quos ex ſacro baptiſmatis fonte exceperunt, tamquā proprijs filijs, clariſſima ſuæ familię cognomina mutuant, quibus nō parū illi ſplendoris nanciſcuntur. Sanè B. Virgo non minora ſui amoris pignora ſacro Heliæ Cętui præſtitiſſe cēſenda eſt: cùm Mariani ſui nominis celſiſſimā nomenclaturā ei conferre nō dubitauerit, vt iam non aliter nominētur quàm fratres S. Marię de Monte Carmelo. Et quod excellentius eſt, non ſolùm ſui nominis, ſed & ſuarum virtutum Heliæ alumnos legitimos hęredes inſtituit, vt palam oſtendunt Sanctorum ac Sanctarum millia, quæ ex hoc ſacro Cętu prodierunt.

Marginal notes: Petr. Thomas Saracenus in Menologio Carmelitarum. — Vide Io. Carthagenam de Arcanis Deiparæ. li. 17.

Vn-

Vnde Trithemius de laudibus Carmelitarũ ait: Tot Sancti ſub Ordine Carmelitano fuerunt, vt penitus numerari nequeant; etenim ſi quis ſtellas cæli dinumerat, & Sanctos huius Ordinis dinumerare poterit. Sic ille.

Baptiſta Mantuanus in lib. Parthen.

Tradit Mantuanus, Beatiſſimam Virginem Mariam non raro Heliæ filios Carmeli incolas inuiſere ſolitam fuiſſe, eorumque colloquio & familiaritate oblectari: quod ex eo maximè credibile opinatur Carthagena; quia cùm Nazareth tribus milliaribus tantum diſtaret ab Heliæ fonte, ſiue Carmeli vertice, quid mirum ſi ſancta Virgo Eremitas Carmeli, cuius ſanctitas & religio totam Palæſtinam & Alexandriam illuſtrauerat, non ſæpè adiret, eosque ſuis colloquijs & neceſſitudine foueret! maximè cùm poſt paſſionem Chriſti eos ad fidem & Euangelij prædicationem conuerſos videret. Hinc Martinus Polonus in ſuis Chronicis: Ad eos autem, ait, qui ineunte tempore ſuperioribus ex Prophetis originẽ traxerunt, ſanctam Dei Genitricem, cùm in humanis ageret, ſicut Matrem ad filios ſæpenumero veniſſe legimus. Sic ille.

Ioan. Carthag. lo. ci.

Mart. Polonus relatus à Carthagena.

In argumentum ſpecialis dilectionis, qua ſanctiſſima Virgo erga Heliæ filios æſtuabat, Beato Simoni Stoch Anglo, Carmelitarum Priori Generali, Angelicis ſtipata cæteruis apparens, liberali manu ſingulare ſcapularis donum largita eſt, ſic illum allocuta: Accipe dilectiſſime fili, hoc tui Ordinis ſcapulare, meę confraternitatis ſignum, tibi & cunctis Carmelitis priuilegium, in quo moriens æternum non patietur incendium. Ecce ſignum ſalutis, ſalus in periculis, fœdus pacis, & pacti ſempiterni. Sic illa. Huius rei fama diffuſa, iam neminem videres ſcapulari hoc, atq; Virginis ſtemmate non inſignitum: etiam & Principes, inter quos recenſentur Ludouicus Galliæ, & Eduardus Angliæ Reges, Henricus Alencaſtri Dux, Henricus Notumbriæ Comes, Angela Bohemię Regis filia, alijque permulti filij & filiæ Regum & Principum, qui die ac nocte ſcapulare geſtabant, & alij grauiſſimis ægritudinibus affecti, ſcapulare tangentes, ſalui euadebant. Cupiens autem Beatiſſima Virgo magis ac ma-

magis Heliæ cœtum illuſtrare, præcipuiſque gratiarum priuilegijs ſublimare, priuilegium quoddam ſingulare à filio obtinuit. Etenim, vt narratur in Bulla, quam Sabbatinam vocant, Chriſti Vicario in terris Ioanni 22. Summo Pontifici Beata Virgo apparuit, ei præcipiens, vt euulgaret Heliæ filijs, & omnibus cum illo ſcapulari ſepulturæ traditis, purgatorij ergaſtulo detentis, meritis, & aſſiduis interceſſionibus, pijſque ſuffragijs, ac ſingulari eiuſdem Virginis protectione, primo Sabbathi die ab ipſorū obitu adueniente, Purgatorij pœnarum integram relaxationem dandam. Eamdem indulgentiam conceſſerunt Clemens 7. Gregorius 13. Sixtus 5. Gregorius 14. & Clemens 8. ſingulariſſima certè gratia, qua nulla alia Religio potitur. Ioann. 22. in Bulla Sabbatina.

Helianum quoq; cœtum Beatiſſima Virgo ſpeciali ſua Protectione mirificè fouit, illique ſeſe ſingularem patronam ac tutricem in neceſſitate exhibuit. Nam, vt legitur in officio Virginis Mariæ de Monte Carmelo à Sede Apoſtolica approbato lectione 5. Cum olim in Europa Ordo hic eſſet ignotus, & ob id apud Honorium 4. non pauci pro illius extinctione inſtarent; adſtitit Honorio noctu puriſſima Virgo Maria, planeq; iuſſit, vt inſtitutum & homines benignè complecteretur. Officium S. Mariæ de monte Carmelo lec. 5.

Inter alia etiam magni momenti priuilegia, quibus B. Virgo ſacrum Heliæ cœtum cohoneſtauit, illud ſingulare eſt, quod ex ipſius Deiparæ cæleſti oraculo cętus hic in finem mundi duraturus eſt. Etenim Philippus Maſier & Ioannes Feuardentius in vita S. Petri Thomæ Carmelitanæ Religionis obſeruantiſſimi Profeſſoris affirmant, quod illo à Beatiſſima Virgine poſtulante, vt ſuum conſeruaret Ordinem, Marianum Oraculum reſpondit: Vſque in finem mundi Petre Religio Carmelitarum permanebit: nam Helias illorum auctor filio meo apparens in transfiguratione id poſtulauit & impetrauit. Sic Deipara. Philippus Maſier in vita S. Petri Thomæ

Neque hanc Heliæ in Beatā Virginem clariſſimam amoris ſignificationem prętenbo. Cùm Rabbenus Hecados (alias Heccas) ſanctitatis ac doctrinæ laude apud ſuos celebris, Magiſter Sanctus nuncupatus, ſępenume: ò in- Neumias filius Heccæ.

næ in Epiſtola de ſecretis ad Haccanum filium.

hac queſtione, ſcilicet, Cur Iſaias cap. 8. cum dicit: Et acceſſi ad Prophetiſſā, & concepit, peperitq. filium: nobis nō fecit notā huiuſmodi Prophetiſſam, quę ſit, quo nomine, vel ipſa, vel pater eius nuncupetur, cuiuſve ſit tribus, quemadmodum in omnibus Prophetis & Prophetiſſis; & quodam die ingreſſus fuiſſet Patrum ſpeluncam, vbi ſepulti ſunt Adam, Eua, Abraham & Sara, Iſaac & Rebecca, Iacob atque Lia, vt illic adoraret, ibi inuenit Heliam Prophetam, quem cùm de hoc percuntatus eſſet, talia ab ipſo accepit. Hæc Prophetiſſa eſt Mater Regis Meſſiæ, quem Deus ſe miſſurum pollicitus eſt ad Iſrael: dicta eſt autem Prophetiſſa, quia ſuo vaticinio ſcit omnia à primordio ad finem vſque, quod nemo vnquam Prophetarum cognoſcere potuit; ipſaque eſt Domina ac magiſtra omnium Prophetarum; & hæc eſt Alma illa, de qua dixit Salomon Prouerb. 30. Et viam viri in adoleſcentula. Item Iſaias cap. 7. Ecce virgo concipiet. Item de ea vaticinatus eſt Michæas cap. 5. Et tu Betlehem Ephrata, & reliqua; propter hoc dabis eos vſque ad tempus, in quo parturiens pariet. Propterea de Rege Meſſia, quem iſta Prophetiſſa paritura erat, dixit Iſaias cap. 9. Quia enim paruulus natus eſt nobis. Quod autem interrogaſti, quo nomine vocetur Prophetiſſa, Miriam eſt nomen eius, atque ideò Iſaias cecinit: Quia enim paruulus natus eſt nobis, & multiplicabitur imperium: quæ verba ſignificant Meſſiam à Deo generandū fore, qui multiplicabit imperium, quia eſt Dominus totius Orbis. Naſcetur etiam Maria Sarah, quod Maria Domina interpretatur, & hoc idem oſtendit Lemarbeh ham miſrah, hoc eſt, multiplicabitur imperium: à quibus dictionibus naſcitur Maria Sarah hoc modo. Si acceperis l. m. & r. conficient primam particulam, videlicet, lemir. Si autem acceperis h. ex Lemarbeh, & h. huius dictionis Hammiſrah, quarum ſingularum numerus eſt quinque; decem conficiunt, ſignificantque Iod huius dictionis Miriam: addito autem M. huius dictionis Hammirah, ecce tibi Miriam. Ex his autē dictionibus Hammirah reſtat Sarah, quæ tribus litteris ſcribitur, ecce tibi

Mi-

Miriam Sarah, quod Maria Domina interpretatur; vt nobis innoteſcat hanc Mariam eſſe Dominã, & ſuperiorem vniuerſi, & cœlorum Reginam. Diuiſa eſt autem Iod in duo he, vt nobis ſecreta admirabilia panderet, vt quemadmodum he componitur ex Daleth & Vau hoc modo, hoc ד eſt daleth, hoc ו eſt vau:& he, componitur ex daleth, & vau hac figura ה. Ita Rex Meſſias componitur ex diuinitate,& humanitate. Et quemadmodum hæ duo he, quæ ſunt duo d, & ab ijs procedunt duo Vau, tanquam duo filij, qui ab ipſis oriuntur; ita in ſubſtantia Regis Meſſię inuenientur duæ filiationes, quarum vna eſt diuinitas Dei filius, altera humanitas filius huiuſce Prophetiſſæ:& quemadmodum harum litterarum Daleth & Vau, quæ conficiunt he, vnaquęque diſtincta eſt à ſe, quanquam vna ſit littera: ita in Meſia ſubſtantia diuinitatis erit diſtincta à ſubſtantia humanitatis,& è conuerſo, quæ duo ſimul coniuncta, ſunt Meſſias. Quod autem Beth lemarbeh in medio nominis Mirjam poſitum ſit, oſtendit huius Prophetiſſæ mentem, & cogitationem omnem eſſe, vt ſuam virginitatem conſeruet; eritq. virgo mente & actu, quoniam Beth ſignificat Bethulab, quæ Virgo interpretatur. Mem verò clauſum huius dictionis Lemarbeh, cuius numerus eſt ſexcentum, oſtendit ab hora, qua vaticinatum fuit, Ecce Virgo concipiet, vſq; ad Meſſiæ paſſionem, in qua ipſe legem implebit, quod ſexcenti anni tranſigentur ad vnguem. Quod autem petiſti, cuius eſſet filia, cuiuſve tribus: animaduertere debes, parentem eius duplex nomen habiturum, vnum Heli, alterum Ioachim. Heli quod eſt nomen deriuatiuum, oſtendit eum ad ſublimem gradum aſcenſurum: Ioachim verò quod compoſitum eſt, ſignificat in eius manu Deũ ſuſcitaturũ ſaluationẽ maximam Iſrael. Tribus autẽ Iudæ deſcendit ex domo Zorobabelis filij ſalathielis, vt refert Zaccharias cap. 4. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum educet lapidem primarium, qui quidem lapis eſt mater Regis Meſſiæ. Hæc & plura alia Rabeno illi Hecados Propheta Helias. Vnde mirum alicui videri non debet, ſi Deipara beneficij memor, ſtatim poſt obitum,

tum in anima à corpore ſeparata, antequàm in cœlum aſſumeretur, cum magna Angelorum multitudine, ac copioſo animarum ſanctarum exercitu ad Paradiſum terreſtrem iuit, ibi Heliam ſuum viſitatura, & confortatura, vt ex reuelatione ſancti Arcangeli Gabrielis in ſua Apocalypſi rapt. 8 teſtatum reliquit Amadeus.

Amadeus in ſua Apocalypſi rap. 8.

Porrò in Paradiſum igneo curru raptus eſt Helias ſub impio Iſraelitarum Rege Ioram, anno ab orbe condito 3083 vel 3084. De quo S. Methodius Olympi primùm, poſtea Tyri Epiſcopus & martyr in homilia, quam de Purificatione Beatæ Virginis Mariæ conſcripſit, cum eadem B. Virgine loquens, ait: Puritatis tuæ Elias Propheta præſcius, atque imitator, in ſpiritu cum eſſet, vitæ illius igniferæ ſibi coronam colligauit in hunc vſque diem diuino ſuffragio morte ſuperior declaratus. Te quoque eiuſdem ſucceſſor Heliſeus à ſapiente Magiſtro his ſacris initiatus, tanquam iam exiſtentem, quæ tamen nondum exiſtebas, præfigurans ſupra naturam ſignis quibuſdam rerum earum, quæ poſtea futuræ eſſent, veris indicibus auxilium, medicinamque indigentibus attulit, nunc per nouam hydriam ſalutare in ſe ſal continentem aquas exitiales ſanans: ad oſtendendum mundum per ſacramentum in te iam editum, eſſe recreandum: partim verò farina azima partus tui ſatu immunis typo reſpondente mortis acerbitatem à cibis profligans; nonnunquam denique virtute ſupernaturali res naturales, vt in Iordane ſuperans, ac per hoc ipſum deſcenſionis Domini noſtri ad inferos, inopinatamque eorum, qui in corruptione detinebantur, liberationem præſignans. Omnia enim hæc licet longè inferiora diuinæ tuæ imagini exprimendæ ſubſeruierunt. Sic Methodius loco citato. Qui præterea Heliſeus Heliæ Magiſtri diſciplinis imbutus, cùm morti iam proximus eſſet, plura de Meſſiæ Deiparæque Matris futuris temporibus congregatis diſcipulis prædixit, vt in Menologio Carmelitarum Petrus Thomas Saracenus teſtatur.

S. Method. in homil. de Purificat. B. Virginis.

Eccli. 48.

4. Reg. 2.

4. Reg. 4.

Petr. Tho. Saracen. in Menol. Carmel.

DE

DE S. BASILIO MAGNO Baſiliani Ordinis Fundatore.

CAPVT II.

SANCTVS BASILIVS re & cognomine Magnus, Monachorum antiquorum Orientalis Eccleſiæ Patriarcha primus; ſub cuius nomine & regula ad hæc vſque tempora Monachatum multi profitentur Religioſi; mirum in modum Deiparam coluit & laudauit. Eius iſta ſunt verba: Quid dulcius, fratres chariſſimi, quid iucundius, quid ſalubrius, quàm de Beata Virgine loqui, de Virgine cogitare, de Virgine prędicare, & ipſam in omnibus ſequi, & imitari? Hæc eſt redemptio noſtra, ſalus, vita, ſpes, conſilium, refugium & auxilium noſtrum. Hæc eſt, quæ fuit in vtero matris abſque peccato concepta, & generata, ab omni mortali vitio ſegregata, ab omni etiam peccato veniali priuata; & in omnibus actibus & motibus ſuis, Spiritus ſancti gratia plena, & fœcunda. Non ergo diffidas ò peccator, ſed in cunctis Mariam ſequere, & ipſam inuoca. Aſpice cœlum, & ſicut ſtellas numerare non poteris, ſic nec Mariæ virtutes. Aſpice tamen cœlum, & videbis Mariam Seraphicam, ſuper quam Dominus voluit ſedere. Aſpice cœlum, & videbis Mariam Cherubicam, quam Dominus voluit virtutibus, & meritis ſuper omnes creaturas fulgere. Aſpice cœlum & videbis Mariam Angelicam, quam Dominus voluit cunctis ſubuenire. Sic ille in oratione quadam de Annunciatione Deiparæ, vt refert Mauricius de Villaprobata Dominicanus in ſua Corona B. Mariæ Serm. 14. & Bernardinus Buſtenſis in ſuo Mariali ſerm. 6. de Concept.

D. Baſil. in Orat. de Anūciatione

Deiparam pręterea, ob inflammatum in eam ſtudium, varijs laudum nominibus paſſim in ſuis ſcriptis luculenter deprædicauit, appellans, Dominatricem noſtram ſanctiſſimam, & intemeratam, Dominatricem noſtram ſan-

D. Baſil. in ſua lyturg.

in hom. de hum Chriſti Gener. in cap. 7 & 8. Iſaiæ Et in orat. de Prouidétia.

ſanctam, Dominatricem noſtram immaculatam, & benedictam. Genitricem Dei ſemper Virginem, Genitricem Dei ſãctam, Virginem perpetuam, de qua vnigenitus Dei filius, & Verbum Dei dignatus eſt immutabiliter humanari: Virginem beatam, cuius corpus diuinæ extitit diſpenſationis officina: Virginem ſanctam ex qua natus eſt Emmanuel: Virginem puram, & intemeratam, quæ ſeminis viri expers, ſalua virginitate peperit: Fœminam, quæ in ſanctificatione virginitatis manens, fœcunditatis benedictionem poſſedit: ſignum mirabile, & prodigioſum, multumque à communi natura diuerſum. Rem prodigioſam atque inauditam, quippe cum Virgo pepererit citra virginitatis corruptionem: Propheriſſam, ad quã proxime acceſſit Iſaias per prænotionem Spiritus: formã decoris & candoris, cui in terris non eſt æqualis. Quæ poſtrema verba ex lythurgia S. Baſilij producuntur ab Hilareto, Clictoueo, Bernardin. Buſtenſi, atque alijs paſſim, vt teſtatur Salazar in tractatu de Conceptione cap. 42. ſecul. 4.

Alan. Rupenſ. in lib. de dignit. Pſal. B. Vir. ca. 10. apud Coppenſtein. in claue prædican. Roſarium cap. 9.

Salutationem autem Angelicam Beatæ Virgini factam, Campum eſſe dixit ſeminum omnium virtutum; flumen immenſę ſuauitatis, infinitę fertilitatis, copioſę fœcunditatis, quo terra militantis Eccleſię fouetur, ambitur, & irrigatur: Arcum & ſagittam, quibus hoſtes vulnerantur; lanceam, qua confodiuntur; gladium, quo puniuntur; Arma, quibus homines ſecure muniti ſemper proteguntur, & ad cunctorum Imperatorem cũ fœlici triumpho perducuntur. Denique Dominationum cæleſtrum dominium ſummum, ſecundùm omnium virtutum genera.

Poſſeuin. in Ap. ſacr. to. 3. in fin.

Ad pietatis quoque ſuæ in Deiperam monumentum, eiuſdem vitam græcis litteris conſignauit. Quam porro vitam ſub eius nomine reperiri græcè M. S. in Bibliotheca Sereniſſimi Ducis Vrbini, & Piſauri, in Indice Codicum græcè M. S. illius Bibliothecæ, teſtatur Poſſeuinus; licet de ea apud antiquos rerum Baſilij ſcriptores altum ſilentium fit. At hoc quod ſequitur, ferè omnium calamis perulgatum. Cum Iulianus Apoſtata, impius Im-

pe-

perator ad prælian dum contra Perſas properaret, S. Baſilio mandauit, vt ſibi ſuoque exercitui neceſſaria prouideret. Quo reſpondente, quòd res Eccleſiæ non eſſent ſuæ, ſed Ieſu Chriſti patrimonium, & Deo militantium, non prædonum (cùm tamen currum oneratum victualibus pro redimenda vexatione miſiſſet eidem) iratus Imperator & furens, iurauit, quòd in reditu ſuo Eccleſiam deſtrueret. Baſilius autem confidens in Domino, & in Beatæ Virginis præſidio, indicto ieiunio Eccleſiam B. Virgini dedicatam continuis precibus Deo commendabat. Raptus ergo in Eccleſiā vidit Beatam Virginem de deſtructione Eccleſiæ ſuæ, filio querulantem. Qui ab omnibus requirit, quis velit Matris ſuæ iniuriam vindicare? Mox S. Mercurius martyr Chriſti, qui in eadem Eccleſia ſepultus erat, præ omnibus ſe obtulit ad vindicandum. Egreſſus igitur de tumba, & ſuis armis indutus ad exercitum peruenit, & omiſſis omnibus alijs ſibi locum dantibus, Iulianum haſta perfodit, qui ſumpto proprio ſanguine proiecit in cœlum dicens: Viciſti Nazarene, viciſti; & ſic miſerabiliter fugato exercitu expirauit. Hæc per ordinem Baſilio referente populo, pro ſigno veritatis, nec S. Mercurium in ſepulchro, nec eius arma, quæ pendere conſueuerant in Eccleſia reperta ſunt: ſed poſt diem tertium in locis ſuis omnia inuenta; redeuntibus de prælio veritatem de omnibus retulerunt, & omnes ei gratias egerūt, qui ſaluat ſperantes in ſe. In eadem viſione accidit ad ſe B. Virgo Baſilium, deditque ei librum continentem hiſtoriam creationis totius mundi. Obijt verò Deiparæ Virgini ſingulariter addictus, ac dilectus Baſilius, imperante Gratiano circa annum Domini 378. Cuius pietas & deuotio erga ſacratiſſimam Dei genitricem clariſſimè quidem elucet in filijs, in quorum antiquis conſtitutionibus, cap. 4. 2. part. hæc de pietate, & deuotione erga beatiſſimam virginem Mariam litteris commendata leguntur.

Vide inter alios Gononē in Chronico B. V.

S. Amphilochius in eius vita apud Suriū.

Salubre, & efficax medium ad omnium vitiorum fugam, & virtutum adipiſcentiam eſt deuotio, & pietas in

Cōſt. Ord. S. Baſil. Cōgr. Hiſp c. 4

In glorioſam virginem Mariam: ſed ad nos ſpecialiter hoc ſtudium attinet noſtræ Religionis hæreditarium, quæ quidem ex ſuis principijs huius glorioſiſſimæ Virginis cultui, & venerationi fuit dicata. Nam ſanctus Inſtitutor, & Pater noſter Baſilius, atque omnes noſtri antiqui Patres in ſuis neceſſitatibus ſub eius patrocinio confugerunt, atque eadem glorioſiſſima, atque clementiſſima Domina liberali manu eis auxilium præſtitit. Nos igitur noſtrorum Patrum veſtigia ſequentes, decernimus, quod omnes Prouinciæ Congregationis noſtræ aliquo nomine ipſius Sanctiſſimæ Virginis diſcernantur, ac nuncupentur; ſcilicet: Prouincia Boetica, Prouincia Aſſumptionis: Prouincia Caſtellæ, Prouincia Natiuitatis: Prouincia Sardonis, Prouincia Conceptionis. Et in Eccleſijs noſtris, quæ ipſi ſanctæ Virgini non ſunt totaliter dedicatæ, ſit Capella, vel ſaltem Ara, quæ ei totaliter dicetur; & imago illius, & omnia paramenta, & ornatus ipſius Altaris ſint pulchra, pretioſa, & de cœtero ornata. Omnes Monachi noſtræ Congregationis, præter officium diuinum, in quo cum alijs Eccleſiaſticis conueniunt, ſingulis diebus teneantur officium paruum eiuſdem ſacratiſſimæ Virginis, tam priuatim, quàm in Choro recitare, exceptis diebus primæ, & ſecundæ claſſis, & octauis earum: & quando occurrit, iuxta ordinem Breuiarij Romani, officium maius eiuſdem ſacratiſſimæ Virginis; & à feria 4. maioris hebdomadæ vſque ad Dominicam in Albis incluſiue. Exhortamur tamen omnes noſtros Monachos, vt per ſingulos dies cum deuotione, & ſpiritu ad minus tertiam partem Roſarij percurrant, & omnia monaſteria eiuſdē Congregationis, Prima abſoluta, quotidie ſacrificium Miſſæ in honorem eiuſdem B. Virginis ſolemniter modulentur; ſed in ſabbato maiori cum ſolemnitate: & ter ad ſalutationem Angelicam campana pulſabitur; videlicet, in aurora, antequam matutinalem orationem incipiant: in meridie poſt prandium; veſperi autem ad horam ſolitam. Oratio veſpertina omnibus diebus cum Litania Dominæ finiatur: & omni feria quinta ante veſpertinam ora-

Digitized by Google

orationem, Nomen eiuſdem ſacratiſſimæ Virginis ſolemniter decantetur: ad cuius decantationem omnes Monachi abſque vlla acceptione deuotè conueniant: & vt hæc deuotio non ſolùm verbis, ſed ſpiritu, & deuotione comprobetur; volumus vt omnes Monachi noſtri in ſabbatis totius anni, & in vigilijs feſtiuitatum eiuſdem ſacratiſſimæ Virginis; & à kalendis Auguſti vſque àd Aſſumptionem in honorem eius ieiunent. Sic ibi.

Porrò nomen Mariæ, quod omni feria quinta à Diui Baſilij filijs ſolemni ritu decantatur, ex Manuali & Proceſſionario Ordinis D. Baſilij Congregationis Hiſpanæ fideliter extractum; mihique à religioſiſſimo viro P. Roderico à Trinitate Hiſpano, eiuſdem Ordinis, & Congregationis in Alma Vrbe Procuratore perbenignè communicatum, in gratiam, vtilitatemque Marianorum cultorum, hunc in locum ponere non grauabor. Eſt autem huiuſmodi.

℣. Iube Domine benedicere.

℞. Oret voce pia pro nobis Virgo Maria.

Lectio.

Gloriosa dicta ſunt de te, Maria, quia fecit tibi Dominus magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius. Tu autem Domine miſerere nobis.

Aue Maria. Secretò.

Cantor incipit; & Chorus proſequitur.

Aue Virgo Sancta,
Stella ſole clarior,
Fauo mellis dulcior.
Tu es illa ſpecioſa,
Qua nulla eſt pulchrior,
Rubicunda plus quàm Roſa
Lilio candidior.
Præſta miſeris iuuamen,
Regina clementiæ;
Mœrentibus fer ſolatium
Aurora lætitiæ.
Et purgatis à peccatis
Dona nobis filium. Amen.

Prima Antiphona, quam Cantor incipit, & Chorus proſequitur.

Maria Virgo ſemper lætare,
Quia meruiſti Chriſtum portare:
Cœli & terræ Conditorem
Quia de tuo Vtero
Protuliſti mundi Saluatorem.

Pſalm. *Magnificat anima mea, &c.*

Secunda Antiphona:

Aue Regina Cœlorum
Mater Regis Angelorum,
O Maria flos Virginum,
Quaſi Roſa vel lilium,
Funde preces ad Filium
Pro Salute fidelium.

Pſalm. *Ad Dominum cum tribularer, &c.*

Tertia Antiphona.

Recordare Virgo piiſſima,
Sancta Maria Domina Mundi
Mater Chriſti,
Dum ſteteris in conſpectu Dei
Vt loquaris pro nobis bona,
Vt auertat indignationem ſuam à nobis:

Pſalm. Retribue *ſeruo tuo, &c.*

Quarta Antiphona:

Inuiolata, immaculata, intacta
Es Maria, quæ es effecta
Fulgida cœli porta:
O mater alma Chriſti chariſſima
Suſcipe pia laudum præconia
Noſtra vt pura pectora ſint & corpora:
Tua per precata dulciſona
Nobis concedas veniam per ſæcula
O Benigna, quæ ſola inuiolata permanſiſti.

Pſalm. *In conuertendo Dominus, &c.*

Quinta Antiphona:

Aue ſtella matutina
Peccatorum medicina,

Mun-

Mundi Princeps, & Regina,
Virgo ſola digna dici:
Contra tela inimici
Clypeum pone ſalutis,
Tuæ titulum virtutis.
Tu ò ſponſa Dei electa,
Eſto nobis via recta
Ad æterna gaudia. Amen.

Pſalm. *Ad te leuaui oculos meos, &c.*
Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege
Et hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi Domine
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & ſancto Spiritu
In ſempiterna ſæcula. Amen.

Cantores dicunt.
Aue Maria mater pietatis.
Chorus reſpondet.
Et totius Trinitatis nobile Triclinium.

Poſtea Hebdomadarius dicit hanc Orationem.
Oremus.

Deus qui glorioſiſſimam Virginem matrem tuam Angelo prænunciante Mariam nominari voluiſti: præſta quæſumus; vt qui eius glorioſiſſimum Nomen in præſenti implorant, effectum redemptionis tuæ conſequantur in cœlo. Per temetipſum Chriſte Deus noſter, qui cum Patre, & Spiritu ſancto viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE SANCTO HIERONYMO Stridonenſi, ſacri Hieronymiani Ordinis Fundatore.

CAPVT III.

SANCTVM HIERONYMVM Stridonẽſem, quem Deus Eccleſiæ ſuæ in exponendis ſacris ſcripturis Doctorem maximum prouidit, peculiarem Religioſorum Ordinem, qui modò ſub eius nomine in Hiſpania præſertim, ac Luſitania floret, in Bethleem fundaſſe, licet aliqui negent, multorum tamen ſcripta teſtantur. Hic autem Ordo ab ipſo Hieronymo in Vrbe Bethleem primò inchoatus, diuque conſeruatus, cùm iam pridem ceſſaſſet, illum Petrus Fernandez nobilis Caſtellanus, Petro Caſtellæ Regi, tum paternis, tum proprijs obſequijs gratiſſimus cum alijs eiuſdem animi, & conſilij, excitare aggreſſus eſt circa annum Domini 1383. idque in Toletana primùm Prouincia. Sed cùm Ordo recens eſſet in Hiſpania, nec pluribus adhuc quàm duobus, aut tribus, iiſque paruis conſtaret Monaſterijs; aliqui fratres eam paucitatem moleſtè ferentes, communicato inter ſeſe conſilio ad alium Ordinem tranſire decreuerant. Iamque abibant, cùm benigniſſima Dei mater viſibili ſpecie eis accurrit, monens, atque adeò etiam imperans, vt in ſuſcepto inſtituto permanerent, breui enim fore, vt id valde propagatum viderent; ſe verò Ordinem illum totum in ſuum recipere famulatum.

Vid. Iacob. de Siguenza in hiſt. Ord. s Hieron. tom. 1.

Plat. de bo. ſtat. Relig. lib. 2. c. 22. Barboſ. de vniu. iur. Eccl. li. 1 c. 41 Bened. Gonon. in vit. Pet. Fernã. li. 6. de vit. PP. occidentis.

Quæ cùm dixiſſet, non ſolum illi in ſuo propoſito confirmati ſunt; ſed ad hunc ipſum famulatum Virginis conteſtandum, tota ea familia reliquis veſtibus albam tunicam adiunxiſſe dicitur, quam adhuc retinent.

Solem verò ignorare videtur, qui neſciat, quantus ſanctiſſimus Eccleſiæ Doctor Hieronymus cultor ac prædicator Virginis extiterit. Hic, vt ex reuelatione ip-

ipſius Beatæ Virginis Alano Rupenſi facta perſpicuum eſt, Marianum Roſarium, ſeu orandi ritum ad calculos 150. angelicis ſalutationibus frequentauit; cui & ſingulare extitit refugium, tum aduerſus hæreticos, tum vt in omni ſcientiarum genere tantum præſtaret ſtilo, quãtum Orbis admiratur. Salutationem autem angelicam appellabat Arborem vitæ ſuſcitantem mortuos, ſanantẽ infirmos, conſeruantem viuos: Scalam Iacob, qua in cœlum aſcenditur, & tota cæleſtis Curia promeretur, atque poſſidetur: Montem Dei verum, quo terrena relinquuntur, homines in bono firmantur, ſurſum corda eriguntur, & hoſtes deuincuntur: Prophetiarum Reginam, ad quam cæteræ ſemper ſunt ordinatæ prophetiæ: denique Virginum puritatem, per quam Deo ſunt deſponſatæ.

B. Alan. Rupen. in Roſar. B. Virg. par. 2. c. 2.

Idem li. de dignit. pſalter. B. Virg. c. 10. apud Io. Andr. Coppẽſ. in claue prædic. Roſar. lib. 1. c. 9.

Credebat quòd Virgo Maria tota fuit fides in credendo; tota oculus in cognoſcendo; tota charitas in diligendo; tota virtus in operando; tota candor in concipiendo, tota ſpleudor in pariendo, & tota decus in aſcendendo. Nulli dubiam eſſe volebat, quin Dei mater talis eſſe debuerit, quæ de peccato redargui non poſſet, cùm hoc ad improperium filij ſui fuiſſet. Cuius præterea ab omni peccato immunitatem ſuper illud Pſalmi 77. Et deduxit eos in nube diei, apertè teſtatus eſt iſtis verbis. Certè nubem leuem debemus S. Mariam accipere: pulchrè dixit, In nube diei; nubes enim illa non fuit in tenebris, ſed ſemper in luce.

Maur. de Villa probat. in Cor. B. M. ſer. 10

Buſt. in Mariali ſer. 2. de aſſimil. B Mariæ.

Iac. Vorag. in Mariali ſer. 7. litt. S

Guliel. Pepin. in ſer. de Cõcept.

Salaz. in tr. de Cõc. c. 42. ſæcul. 4.

Quanquàm nihil magis quàm Mariam laudare deſideraret; tamen timebat ſatis, & valde pertimeſcebat, ne laudator indignus inueniretur; cùm ſibi nec ſanctitas, nec facundia ſuppeteret, ad tam beatam, & glorioſam Virginem dignè prædicandam. Nec ſolùm de tali tantaque Virgine loqui ſe indignum fatebatur; ſed etiam putabat quòd nemo eſſet, niſi qui quanta eſſent, quæ panduntur penitus ignoraret. Addebat tamen: etſi ad virgineas laudes nemo idoneus inueniretur, votis omnibus etiam quemlibet peccatorem non debere ab iiſdem laudibus ceſſare, quamuis explere non queat, quod ſen-

Vid. D. Hieron. in ſer. 1. de Aſſũpt B. Virg.

tit: vnde nec ipſe ceſſans dicebat: Hæc eſt virgo, quæ ſola interemit vniuerſam hæreticam prauitatem; ſola poſt Deum quæ nos confirmet in omni veritate, ſuiſque commendet meritis, & precibus auxilietur. Hæc eſt forma diſciplinæ Chriſti, & exemplum perfectionis Virginibus: à Prophetis quidem prænunciata, à Patriarchis figuris, & ænigmatibus præſignata, ab Euangeliſtis exhibita, & monſtrata, ab Angelo venerabiliter, atque officioſiſſimè ſalutata. Talibus namque decebat Virginem oppignerari muneribus, vt eſſet gratia plena, quæ dedit cœlis gloriam, terris Dominum, pacemque refudit, fidem gentibus, finem vitijs, vitæ ordinem, moribus diſciplinam. Cæteris per partes præſtatur; Mariæ verò ſimul ſe tota infudit plenitudo gratiæ. Verè gratia plena, per quam largo S. Spiritus imbre ſuperfuſa eſt omnis creatura. Quicquid maledictionis infuſum eſt per Euam, totum abſtulit benedictio Mariæ. Erat Maria candidata multis meritorum virtutibus, & dealbata niue candidior Spiritus ſancti muneribus, ſimplicitatem columbæ in omnibus repræſentans, quoniam quicquid in ea geſtum eſt, totum puritas, & ſimplicitas, totum veritas, & gratia fuit, totum miſericordia, & iuſtitia, quæ de cœlo proſpexit: & ideò immaculata, quia in nullo corrupta. In ea poſuit Rex thronum ſuum, quia concupiuit eius ſpeciem ac decorem: fuit enim plena charitate ac dilectione; & idcirco ſequitur poſt eam purpuratorum exercitus, & candidatorum grex: quam ſi diligentius aſpicias, nihil virtutis eſt, nihil ſpecioſitatis, nihil candoris, gloriæque, quod ex ea non reſplendeat: & ideò benè circumdant eam flores roſarum, & lilia conuallium, vt virtutes virtutibus fulciantur, & formoſitas decore caſtitatis augeatur. Matrem Virginem ideo Deus elegit, vt ipſa omnibus eſſet exemplum caſtitatis; in qua velut in ſpeculo refulget forma virtutis. Quid nobilius Matre Domini? quid ſplendidius ea, quam ſplendor elegit paternę glorię? quid caſtius ea, quæ corpus Chriſti ſine contagione corporis generauit? Mariæ vita omnium eſt diſciplina, cuius mores inſtituta ſunt

Ec-

Eccleſiarum, quæ præcellit cunctos, ſupereminet vniuerſis: ſicut in cõparatione Dei nemo bonus, ita in cõparatione matris Dñi nulla inuenitur perfecta, quãuis virtutibus eximijs comprobetur. Hæc eſt hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquarum viuentium: ad quam nulli potuerunt doli irrumpere, nec præualuit fraus inimici, ſed permanſit ſancta mente & corpore, multorum donorum priuilegijs ſublimata. O genitrix glorioſa, ò puerpera ſublimis, cuius viſceribus auctor cœli, Ex ſerm. 2. de Aſſũpt. terræque committitur: fœlicia oſcula labijs impreſſa lactentibus, cùm inter crebra indicia reptantis infantiæ, vtpote verus ex te filius tibi Mater alluderet, cùm verus ex Patre Dominus imperaret. Nam Auctorem tuum ipſa concipiens edidiſti in tempore puberem, quem habueras ante tempora conditorem. Felix puerperium, lætabile Angelis, expectabile Sanctis, neceſſarium perditis, congruum profligatis: qui poſt multas acceptæ carnis iniurias, ad vltimum verberatus flagellis, potatus felle, patibulo affixus, vt te veram matrem oſtenderet, verum ſe hominem, patiendo tormenta, monſtrauit. Tu ergo beata, glorioſaque Maria inter iſta, & propter iſta laudabilis, quæ ſic meruiſti donum fœcunditatis, quæ virginitatis non amiſiſti ſuffragium: tu es enim benedicta inter mulieres, tu prærogata cunctis Virginum cateruis, tu ſequeris agnum quocumque perrexerit; tu virgineos choros, & ab incentiuæ carnis illecebris alienos, per albentia lilia roſaſque vernantes ad fontem perennis vitæ inuitas. Tu in illa Beatorum feliciſſima regione primi ordinis dignitatem adepta es, plantis roſcidis oberrans inter paradiſi amœnitates, & gramineos choros tenero poplite pergens, fœlicique palma violas immarceſcibiles carpis: tu concinentibus ſine fine Angelis coniuncta, Archangeliſque ſociata, indefeſſa clamitare voce, Sanctus, Sanctus, Sanctus non definis. Sed quid dicam pauper ingenio, cùm de te quicquid dixero, minus profectò eſt, quàm dignitas tua meretur? Si Matrem vocem gentium, præcellis: ſi formam Dei ap-

pellem, digna exiſtis: ſi nutricem cœleſtis panis vocitem, lactis dulcedine reples. Lacta ergo mater cibum noſtrum; lacta cibum Angelorum; lacta eum, qui talem te fecit, vt ipſe fieret in te, qui tibi munus fœcunditatis attulit conceptus, & decus virginitatis non abſtulit natus: qui priuſquàm naſceretur, te matrem creauit, ex qua ipſe naſceretur, vt illinc procederet tamquam ſponſus de thalamo ſuo, quo mortalibus oculis poſſet videri. Quanta fuit hæc dignatio, vt crearetur ex te, quam creauit; portaretur manibus, quas formauit; ſugeret vbera, quæ ipſe impleuit? His atque alijs laudibus ſalutis auctricem venerabatur Hieronymus, aſſerens totum ad gloriam laudis Dei pertinere, quicquid dignè genitrici ſuæ impenſum fuerit, atque ſolemniter attributum: honorē maternum eius eſſe, qui eſt natus ex ea. Mariæ celebritatem, laudem & fauorem eſſe Saluatoris.

D.Hier. ſer 1. de Aſſūp

Mariam Theotocon veraciter confitebatur, Dei ſcilicet genitricem, quia Deum verè genuit incarnatum. Laudem, amorem, atque imitationem beatiſſimæ Dei genitricis omnium cordibus altè inſculpere ſatagebat: vnde in Epiſtola ad Paulam, & Euſtochium: Hortor, inquit, vos & commoneo in hac ſacra ſolemnitate genitricis Dei Mariæ, nolite ceſſare à laudibus. Quod ſi virgo es, gaude; quia meruiſti eſſe, & tu quod laudas: tantum cura, vt ſis, quæ dignè laudare poſſis. Quòd ſi continens & caſta es, venerare, & lauda; quia non aliunde conſtat, vt poſſis eſſe caſta, quam ex gratia Chriſti, quæ fuit pleniſſimè in Maria, quam laudas. Quod ſi coniugata, certè, aut peccatrix; nihilominus & confitere, & lauda; quoniam inde miſericordia omnibus profluxit, & gratia, vt laudent. Et quamuis non ſit ſpecioſa laus in ore peccatoris, noli ceſſare à laude; quia inde tibi promittitur venia, vnde & omnibus, vt laudes. Et infra: Diligite matrem Domini, quæ vobis ſponſum genuit immortalem. Imitamini quam amatis Beatam & glorioſam Virginem. Amate quam colitis, & colite quam amatis; quia tunc eam verè colitis & ama-

ma-

matis; ſi imitari velitis de toto corde, quam laudatis Mariam imitamini moribus, ſequimini caſtitate: vt alia id generis plurima prætermittam. Sed quamuis in cæteris virtutibus non negaret, in humilitate tamen maximè Deiparam imitandam eſſe affirmabat. Habetis, inquit, in ea, id eſt in Virgine, magiſteria probitatis expreſſa; quid primum eligere, quid reſpuere, quid ſequi debeatis. Prima eius virtus eſt fundamentum omnium virtutum, & cuſtos, humilitas ipſa, de qua gloriatur. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: idcirco & vos humilitatem ſectamini, & Matrem Domini, quæ ſe ancillam vocat, cordis amore imitari procurate, quæ didicit ab ipſo ſponſo, cui vos deuouiſtis, humilitatem. Non enim Beata Dei genitrix à filio ſuo Domino noſtro didicit cœlos fabricare, non Angelos creare, non miracula Deitatis inſignia operari, ſed tantùm humiliari; cæteraque virtutum documenta intra humilitatis cuſtodiam aggregare: & ideò ſi placet vobis talis & tanta Virgo, placeat, & opus virtutis; quæcunque virgo ſibi ab ea optat præmium, debet imitari exemplum. Sic ille.

Ad ſenſum ſuæ pietatis erga B. Virginem oſtendendū, Bethleem pergens Præſepe Domini veneraturus, præter Monachorum Cœnobium, inſignem ibi Deiparæ Virgini Baſilicam ædificauit: quod à quamplurimis memoriæ proditum eſt, teſte Pio Rubeo Placentino Commentariorum in vitam S. Hieronymi cap. 9. n. 17. Idem ſcripſit contra Heluidium de B. Mariæ Virginitate perpetua librum vnum; cuius ipſe ſæpius meminit in ſuis ſcriptis, & præſertim in libro de viris illuſtribus, in epiſtola de cuſtodia Virginitatis ad Euſtochium, & in Matthæi Commentarijs. Heluidius enim Auxentij diſcipulus (vt Gennadius habet in Catalogo) Symmachi imitator, quidem religionis ſtudio, ſed non ſecundum ſcientiam, librum ſcripſit neque ſermone, neque vera ratione nitidum, in cuius opere ita ſanctorum ſcripturarum ſenſum ad ſuam peruerſitatem flectere conatus eſt, vt earum teſtimonijs aſſerere voluerit, S. Mariam poſt natiuitatem Domini, quem Virgo peperit, Ioſeph ſponſo

Pius Rub. in vit. S. Hier. c. 9.

Gennad. in Catalog.

ſo

ſo ſuo iunctam, & ex eius conſortio filios ſuſcepiſſe; qui fratres Domini appellati ſint. Cuius prauitatem Hieronymus arguens, libellum documentis ſcripturarum ſufficienter factum aduerſus eum edidit. Hæc Gennadius, qui minus quàm par eſt, optimum illum Hieronymi librum commendat. Porrò Hieronymus ſancto priùs inuocato Spiritu, vt Beatæ Mariæ virginitatem ſuo ſenſu ore eius defenderet: inuocato Domino Ieſu, vt ſacri ventris hoſpitium, cuius nouem menſibus inhabitator fuit, ab omni concubitus ſuſpicione tueretur; inuocato quoque Deo Patre; vt matrem filij ſui Virginem oſtenderet fuiſſe poſt partum, quæ fuit mater antequam nupta. Heluidium velut idiotam, & ſcripturas penitùs ignorantem redarguit, oblatrantis canis, qui ex blaſphemia ſibi gloriam comparare ſtudebat, maxillas confregit, eumque deſpectui omninò habuit, vt propria eius verba declarant, quibus eumdem ita alloquitur: Imperitiſſime hominum, ad iniuriam Virginis tuam rabiem contuliſti, in exemplum eius, quem fabulæ ferunt, cùm vulgo eſſet ignotus, & nihil boni poſſet facinoris excogitare, quo nobilis fieret, Dianæ incendiſſe templum, & nullo prodente ſacrilegium, fertur ipſum in medium proceſſiſſe, clamitans ſeſe incendium ſubieciſſe. Sciſcitantibus Epheſi Principibus, quam ob cauſam hoc facere voluiſſet, reſpondiſſe; vt quia benè non poteram, malè omnibus innoteſcerem. Et hoc quidem græca narrat hiſtoria. Tu verò templum Dominici corporis ſuccendiſti, tu contaminaſti ſanctuarium Spiritus ſancti; ex quouis quadrijugam fratrum & ſororem proceſſiſſe congeriem: deniq; cùm Iudæis voce ſociata dicis: Nonne hic eſt fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioannes, & Simon & Iudas; & ſorores eius omnes apud nos ſunt? omnes niſi de turba non dicitur. Quis te oro ante hanc blaſphemiam nouerat, quis dupondij ſupputabat? Conſecutus es quod volebas, nobilis es factus in ſcelere. Ego ipſe qui contra te ſcribo; cùm in eadem tecum Vrbe conſiſtam, albus, vt aiunt, aterve ſis, neſcio. Prætermitto vitia ſer-

Vid. Poſſeuin. in App ſacr.

D. Hier. in lib. aduer. Heluidium

ſermonis, quibus omnis liber tuus ſcatet: taceo ridiculum exordium: O tempora, o mores, non quæro eloquentiam, quam ipſe non habens in fratre Craterio requiſiſti, &c.

Intuens ſorores ſuas Venerabilis Paula Romana, circa cultum ſanctæ Dei genitricis ac Virginis deuotiſſimas Beato Hieronymo vna cum filia Euſtochio ſupplicauit, vt de eius Aſſumptione ſermonem faceret, eiuſdem Virginis præconia continentem: quarum pias petitiones vir pariter deuotus admittens, cum ſumma diligentia quod rogabatur, impleuit, ſermone illo ad eas dato, cuius initium eſt: Cogitis me, o Paula, &c. quem germanum Hieronymi fœtum doctiſſimi etiam agnoſcunt auctores. In eo ſermone B.Mariam ſingularibus omnino præconijs Doctorum maximus attollit; appellans Genitricem Dei beatam: Interemptricem vnicam vniuerſæ prauitatis hæreticæ: Formam diſciplinæ Chriſti: Exemplum perfectionis: Virginitatem pudiciſſimam: Primam inter primas ſummi Regis cohortes: Reginam mundi: Vellus virgineum, in quod cœleſtis imber placido ſe infudit illapſu: Auroram noui diluculi rutilantem: Lunam ſine ſui defectu coruſcantem, cœleſtibus illuſtratam fulgoribus: Hortum deliciarum, in quo conſita ſunt vniuerſa florum genera, & odoramenta virtutum: Fontem totius Trinitatis ſigillo ſignatum: Domum, in qua paratæ ſunt nuptiæ Eccleſiarum Dei, & terrenis cœleſtia fœderata: Speculum, in quo refulget forma virtutis: Spiritusſancti ſculpturam: aquarum viuentium Puteum: Sponſi immortalis Genitricem: Lanam candidiſſimam ſuo colore dealbatam: Purpuram veriſſimam ad indumentum, & gloriam ſummi Regis diuinitùs aptiſſimè dedicatam; cum alijs laudibus ſexcentis.

Lup. Hiſp. in vit. s. Hieron.

Vid. Chriſtoph. de Caſtr. in hiſtor. Deip. Anton. Spinellum in thro. Deip. Piuu Rub. Cōment. in vit. s. Hier. & alios. D. Hier. in ſer. 1. de Aſſumpt.

Luculentum etiam ſe Mariæ virginis laudatorē oſtēdit ſermone 2. de Aſſumptione: in epiſtola de Natiuitate S. Mariæ ad Cromatium, & Heliodorum: in epiſtola ad Amicum ægrotum, de viro perfecto: in epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, de ſeptem gradibus

Ec-

Eccleſiæ : in epiſtola ad Mauricij filiam,de laude virginitatis : in libro 1.aduersùs Iouinianum : in apologia ad Pammachium: in epiſtola ad Euſtochium , de cuſtodia virginitatis : in epiſtola ad Cælantiam , de inſtitutione matrisfamilias, & alibi ſæpe in ſuorum operum tomis.

Vid. Bellarmin. de ſcript. Eccl. in Hieron.

Obijt Honorio imperante, anno Domini 422. ætatis ſuæ 91. ex chronico ſancti Proſperi : vel anno Domini 420. ætatis 78. ex Annalibus Cardinalis Baronij, & ad Præſepe Domini, partu beatæ virginis Mariæ nobile, ſepultus eſt. Cuius corpus poſtea Romam tranſlatum, in Baſilica S.Mariæ Maioris digno honore ſeruatur. Tranſlationem verò; venerabilis Pater Lupus Hiſpalenſis,huiuſmodi ſtilo proſequitur : Inter laudabiles prærogatiuas, quas reuerendæ, ac Almæ Vrbi diuina clementia contulit abundanter,beati Hieronymi Doctoris eximij corpore exornauit. Cui, & apud Baſilicam perpetuæ virginis Mariæ, quam in vita magnificis, & deuotiſſimis laudibus ſtuduit commendare, locum magnificum detulit. Qualiter itaq; corpus eiuſdem Doctoris mirabilis à Bethleem,vbi ſepultus fuerat,ad præfatam glorioſæ Virginis aulam, quæ ad Præſepe dicitur, Romam delatum fuerit, ſicut à Sanctis,& honeſtis Epiſcopis, & ab antiquioribus Patribus & Sacerdotibus Deũ timentibus, aſſertione veridica percepimus, ad laudem ipſius Hieronymi Beatiſſimi, breui quidem ſermone cum dilectione legentibus referemus. Igitur poſtquam ciuitas ſancta Ieruſalem propter hominum culpas ſacratiſſimis penè omnibus remanſit orbata reliquijs, venerandi ſolùm Doctoris corpus,in S.Maria de Bethleem ſecretius tunc & abſq; decenti honore iacebat. Volens igitur ad magnificam Vrbem, vnde priùs Cardinalis receſſerat,corpus ſuũ deferri, & in præfata Genitricis Altiſſimi domo collocari, Monacho cuidam in partibus Vltramarinis agenti apparuit: cui & benigno oraculo, Scias, inquit, frater chariſſime, tuo corpus meum labore extumulandum, Romæq. quantocyùs integrè, denoteq. ante ianuam deuotiſſimæ illius Criptæ, quæ Præſepe Domini appellatur deportandum, vt in ſancta illa

Lup. Hiſpalen. relatus à Pio Rubeo Placentin. Cõmentar. in vitã. Hier. c.21.

Baſi-

Baſilica dulciſſimæ Reginæ adhæreat, quam viuens ab infantia dilexi, in iuuentute quæſiui, & in ſenectute totis viribus, licet inſufficiens prædicaui, ad extremum deniq; vſque vitæ ſanctis ſcripturarum teſtimonijs collaudaui. Cæterum cùm Monachus iuſſis cæleſtibus obtemperare formidaret, poſt trinam demum iuſſionem rem ipſam aggreſſus ad locum acceſſit, atque duobus aſſumptis comitibus, ſacrum inde ſuſtulit pignus, mira vndiq; odoris fragrantia exuberans. Quod ne ſcandalum aliquod oriretur, clam tandiu illud apud ſe retinuit, quãdiu ad Vrbem, ſicut vir ſanctus præceperat, proficiſceretur. Deniq; iterum Monachus per viſionem de vitando in via populorum plauſu admonitus, ne videlicet aliqua in reliquijs diminutio fieret, ad eiuſmodi Baſilicam cum comitibus nocte perueniens, ſolis Eccleſiæ Canonicis conuocatis, ſacrum in ea pignus depoſuit; inter columnas videlicet eiuſdem, & ianuam præſepis: vbi & maxima lux, vocumq. concentus, necnon ſuauiſſimus odor obortus eſt. Adhæreat nunc ſepulturæ doctiſſimi Laudatoris, & doctiſſimi ſui *Hieronymi* luna lucidior, & ſole ſplendidior; omnibus odoramentis ſuauior, roſis & conuallium myſticis vallata pretioſis lilijs ſplendidiſſima ſemper Virgo Maria, quæ cùm ita ad honorem, & gloriam fideliſſimi ſui compleuit, per Salomonem de ſe ipſa teſtimonium perhibente, Qui elucidant me, vitam æternam poſſidebunt. Hæc Lupus de ſacri Hieronymi corporis tranſlatione.

Neq; hic omittam pulcherrimum Deiparæ Virginis de S. Hieronymo elogium, quod apud D. Birgittam in eius reuelationibus reperitur. Cum enim Birgitta hunc ad Deum de eius virtute & magnificentia habuiſſet ſermonem, ſcilicet: Benedictus ſis tu Deus meus, qui es trinus, & vnus; trinus in perſonis, vnus in natura. Tu es ipſa bonitas, & ipſa ſapientia: tu ipſa pulchritudo, & poteſtas; tu ipſa iuſtitia & veritas, per quam ſunt omnia, viuunt & ſubſiſtunt. Tu verè ſimilis es flori creſcenti ſingulariter in campo, de quo omnes appropinquantes flori obtinent ſuauitatem in guſtu, & alleuiationem in

D. Birgitta in reuelat. lib 4.c.81.

ce-

cerebro, delectationem in viſu, fortitudinem in reliquis, membris. Sic omnes appropinquantes tibi fiunt pulchriores relinquẽdo peccatum, fiunt ſapientiores ſequẽdo voluntatem tuam, & non carnis; fiunt iuſtiores ſequendo vtilitatem animæ, & honorem Dei. Propterea, pijſſime Deus, da mihi amare quod te delectat, tentationibus viriliter reſiſtere, mundana omnia contemnere & te iugiter in memoria retinere. Cùm inquam, Birgitta hanc ad Deum orationem habuiſſet, ei Deipara Virgo reſpondit: Hanc ſalutationem promeruit tibi ille bonus Hieronymus, qui receſſit de falſa ſapientia, & inuenit ſapientiam veram; qui contempſit honorem terrenum, & lucratus eſt ipſum Deum. Felix talis Hieronymus, felices, qui eius imitantur doctrinam, & vitam; qui fuit amator viduarum, ſpeculum profitentium, Doctorq. totius veritatis & puritatis. Sic Deipara. Atq; eadem Birgittæ iterum loquens ſubdidit: Quid tibi dixit Magiſter ille ventilator verborum, quòd epiſtola Hieronymi mei, quæ legitur de Aſſumptione mea non eſſet legenda in Eccleſia Dei, quia videtur ſibi in legenda illa, quòd Hieronymus dubitauit de Aſſumptione mea, eò quòd dixit, ſe neſcire vtrùm ſim aſſumpta in corpore, vel non: vel à quibus perſonis aſportata. Ideò ego Mater Dei reſpondeo Magiſtro; quòd Hieronymus non dubitauit de Aſſumptione mea; ſed quia Deus non reuelauit apertè huiuſmodi veritatem: ideò Hieronymus maluit piè dubitare, quàm definire non oſtenſa à Deo. Sed recordare filia, quod dixi tibi prius; quod Hieronymus erat amator viduarum, imitator Monachorum perfectorum, & aſſertor & defenſor veritatis, qui & promeruit tibi orationem illam, qua me ſalutabas. Ideò nunc addo, quòd Hieronymus fuit tuba ductilis, per quam loquebatur Spiritus ſanctus; necnon & flamma inflammata de illo igne, qui venit ſuper me, & ſuper Apoſtolos in die Pentecoſtes. Ideò felices, qui hanc tubam audiunt, & ſequuntur. Hæc mater Domini de Hieronymo.

Eadẽ Birg loc. cit. li 6 c. 60.

DE SANCTO AVGVSTINO Hipponenſi, vniuerſi Auguſtiniani Ordinis Fundatore.

CAPVT IV.

SAnctiſſimus Eccleſiæ Doctor, ac totius Chriſtianæ religionis iubar Auguſtinus; quo fundatore Auguſtiniani Patres, tum Eremitæ & Mendicantes, tum Regulares Canonici meritò gloriantur, Beatiſſimam Virginem Dei matrem præcipuo venerabatur affectu. Hanc quemadmodum & ſanctiſſimum eius filium in cruce fixum ardentibus ſæpe precibus compellans, tanta mentis implebatur dulcedine, vix vt auelli alterutro poſſet. Vnde frequenter hoc eius Apophethegma inter Chriſtum & Mariam genua figentis: Poſitus in medio quo me vertam neſcio; hinc paſcor à vulnere, hinc lactor ab vbere. Quæ fuſiùs explicata elegia non minùs docta quàm pia, vide in Pijs Hilaribus Angelini Gazei Societatis Ieſu, necnon in libro ſecundo Viridarii Franciſci Mendozæ Problemate 2. vbi de D. Auguſtino inter vbera matris, & vulnera filii ambiguo elegantiſſima hæc carmina leguntur.

Aug. Vrich. in Brabant. Mariau. libro 3. capite 75.

Vbera me Matris, Nati me vulnera paſcunt;
Scilicet hæc animi ſunt medicina mei.
Nam mihi dum lacrymas amor elicit, vbera ſugo:
Rideat vt dulci miſtus amore dolor.
At me pertentant dum gaudia; vulnera lambo;
Vt me læta pio miſta dolore iuuent.
Vulnera ſic Nati, ſic vbera ſugo Parentis;
Securæ vt varia ſint mihi ſorte vices.
Quis ſine lacte precor? vel quis ſine ſanguine viuat?
Lacte tuo Genitrix, ſanguine Nate tuo.
Sit lac pro ambroſia, ſuaui pro nectare ſanguis,
Sic me perpetuum vulnus, & vber alit.

C Vbi-

Vbique & ſemper Auguſtinus in omnibus libris ſuis tam honorificis titulis ſalutat Beatam Virginem Deiparam; tam eximijs præconiis eam deprædicat; vt nihil ſcire niſi Mariam, nihil ſcribere niſi Deiparam videatur.

——— Cui ſi nomen in ore eſt,
Mel ſuper & nectar, & ſuper ambroſiam.

D.Aug.relatus à D. Bernardin. ſeneñ.to.2 ſer.51. art. 3, capite 4.

Appellat Florẽ,& Ianuã Paradiſi;Gloriã generis humani, Thronũ & Camerã Regis æterni, Charitatẽ Dei, Lucernam mundi, Scalam Cœli, Reginam Angelorum, Terrorem dæmonum, Refugium peccatorum, Imaginem, & ſpeculum puritatis, Exemplum,& Regulam honeſtatis, Fontem & Tabernam gratiarum, Montem, & Scalam virtutum, Arcam cęleſtium theſaurorum, Conſolationem pauperum,Refrœnationem diuitum,Recreationem humilium, Confuſionem ſuperborum, Solatium electorum, Conductricem peregrinorum,Portum naufragantium, Murum obſeſſorum, Requiem tribulatorum, Matrem orphanorum, Tutelam viduarum, Scutum pugnatorum,Dulcedinem contemplatiuorum, Magiſtram prędicatorum, Fortitudinem laborantium,Aduocatam pœnitentium,Medicinam ægrotantium,Formam iuſtorum, Spem, & laudem credentium, Titulum Catholicorum.

Idem in li. de Aſſump. Mariæ, & in alijs ſuis ſerm. & opuſculis.

Appellat Aulam Regis æterni, Matrem filii Dei, Virginem perpetuam, Vnum cum filio ſuo, Miniſtram Chriſti, Nutricem Dei, Sponſam & columbam filii ſui, Reginam cœlorum, Templum Dei,Fontem ſignatum,Portam in domo Dei clauſam, Puerperam ſublimem, Cœlum cœlo altius, Matrem gentium, Formam Dei, Dominam Angelorum, Mulierum beatiſſimam, Creaturam quæ edidit Creatorem, Famulam quæ Dominum generauit, Sponſam decoram Regis regum; Florem campi, de qua ortum eſt pretioſum lilium conuallium, Auctricem meriti,Tympaniſtriam noſtrã,Obſidem fidei mundi apud Deum,Spem vnicam peccatorum,Matrem ſemper intactam, Habitaculum ſeruatori præparatum. Appellat Lignum in quo vitæ eſt arbor inſerta,Riuulum de quo fons magnus exortuseſt, Virgultum de quo nata eſt radix omnium; Palmitem, cuius vitis vera effecta eſt

fru-

fructus, Lactatricem panis cœli, & pretii mundi, Miniſtratricem ſubſtantiæ temporalis Deo, Suſceptricem hoſpitis immortalis in aluo mortali, Typum ſanctæ Eccleſiæ, Feneſtram cœli, per quam Deus verum fudit ſæculis lumen, Scalam cœleſtem, per quam Deus deſcendit ad terras; vt per ipſam homines aſcendere mereantur ad cœlos, Reſtaurationem fœminarum, quia per ipſam à ruina primæ maledictionis probantur eſſe ſubtractæ; Euam nouam, quæ virginitatem ſeruando omne genus fœminarum ad ſe venientium reſtaurauit; Hoſpitium virgineum, quod ſibi Dominus noſter ad habitandum requiſiuit, Portam clauſam in æternum, quia virgo ante partum, virgo in partu, virgo poſt partum, Ianuam clauſam illi, qui poſt ſuam reſurrectionem ingreſſus eſt per oſtia clauſa. Appellat Cubiculum Regis, Ciuitatem Domini Virtutum, Sponſam Chriſti in ſua carne virginitate ſeruata; Caſam, quam per oſtium fidei ſperatus quondam dominator intrauit; Originem, per quam detruncata eſt origo peccati; Proſapiam pietatis, per quam impietatis proſapies deſtructa eſt, Stirpem vitæ, per quam ſtirps mortis eſt percuſſa; Templum pudoris, Sanatricem percuſſionis Euæ, Thronum nuptialem, Thalamum de quo Chriſtus tanquam ſponſus proceſſit, Matrem æternæ virginitatis, Sponſam Dei æternam, Domicilium caſtitatis, Virgam Aaronicam, Virgam virtutis Dei, Virgam de radice Ieſſe, Rubum ardentem, ſed non conſumptum, Dominam totius mundi, Matrem mundiſſimam mundiſſimi filij. Appellat terram repromiſſionis, Ciuitatem Dei antiquam, Ciuitatem ab altiſſimo fundatam, Sion in qua Deus factus eſt homo, Mulierem ſole iuſtitiæ coopertam, Habitaculum ſacroſanctum, Matrem capitis noſtri, Matrem membrorum Chriſti, Terram Saluatoris germinatricem, Viam quam Dominus ſuo itineri præparauit; Domum ad quam nullus hoſpes acceſſit; ſed ſolus ad eam Dominus, & fabricator eius venit, veſtem, quam non habebat induit, eamque ſicut inuenit, clauſam reliquit. Appellat denique (vt innumera alia notatu digna breuitatis ſtudio pertran

Vide Iac. de Vorag. in Marial. ſerm. 5. M. Buſtum in Marial. parte 9. ſer. 1. & 11.

ſeam) Paradiſum ligni vitæ, Sacrarium Dei delicatum, Cellam aromaticam, ex qua omnium vulnerum noſtrorum medicina defluxit; per quam generalis omnium eſt celebrata curatio, Parentem vitæ, Euæ Aduocatam, Tabernaculum viuum totius Trinitatis, Opus æterni Conſilij, Ianuam Cœlorum, ſublimationem Apoſtolorum, Laudem Martyrum, Iubilationem Confeſſorum, Normam Principum, Iuſtitiam Regum, Salutem omnium populorum, Gloriam Viduarum, Gaudium Angelorum, Requiem animarum, Salutem morum, Mortem criminum, Vitam virtutum, Virtutem pugnantium. Palmam victorum.

De laudibus ſacratiſſimæ Virginis loquuturus dicebat: Quid nos tantilli, quid actione puſilli, quid in eius laudibus referemus? cùm etſi omnium noſtrûm membra verterentur in linguas, eam laudare ſufficeret nullus? Altior cœlo eſt de qua loquimur; abyſſo profundior, cui laudes dicere conamur. O felix Maria, & omni laude digniſſima; ò Virgo Dei genitrix glorioſa; ò ſublimis puerpera, cuius viſceribus auctor cœli, terræque committitur. Quid dicam pauper ingenio, cùm de te quicquid dixero, minor laus eſt, quam dignitas tua meretur? Si cœlum te vocem, altior es; ſi matrem gentium dicam, præcedis; ſi formam Dei appellem, digna exiſtis; ſi Dominam Angelorum vocitem, per omnia comprobaris. Quid ergo de te digne dicam, quid referam, cùm non ſufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes?

Quanto animi ardore Dei parenti ſupplicaret, ex varijs locis patet; & maximè ex ſermone 18. de ſanctis, 2. de Annunciatione. eius affero verba: Sancta Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo ſexu, ſentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam ſanctam commemorationem. Quæ ab eo mutuata eſt Eccleſia. Tum pergit: Aſſiſte parata votis poſcentium, & repende omnibus optatum effectum: ſint tibi ſtudia aſſidue orare pro populo Dei, quæ meruiſti benedicta Redemptorem ferre mundi, qui viuit & regnat in ſæcula ſeculorum. Neque iſtud ex ſermo-

mone 35. de ſanctis, qui eſt ſecundus de Aſſumptione, minus exhibet tanti Doctoris in Deiparam ſtudium. Quas, inquit, tibi laudes fragilitas generis humani perſoluet, quæ ſola tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe igitur quaſcunque exiles, quaſcũque meritis tuis impares gratiarum actiones, & cùm ſuſceperis vota, culpas noſtras orando excuſa. Admitte noſtras preces intra ſacrarium exauditionis, & reporta nobis gratiam reconciliationis: ſit per te excuſabile, quod per te ingerimus, accipe quod offerimus, impetra quod rogamus, excuſa quod timemus; quia nec potiorem meritis inuenimus, quam te, ad placandam iram iudicis, quæ meruiſti eſſe mater Redemptoris & Iudicis. Sit tibi compaſſio ſuper afflictis, ſit tibi pius affectus ſuper cœlorum peregrinis & cùm te lætantem ſemper aſpicis, fletus noſtros quæſumus ipſa ad Deum admittas, eumque vt proprium filium pro nobis interpelles: nos enim adhuc in hac terra affligimur, perſequimur, iniurijs laceſſimur, opprobrijs afficimur, eſurimus, ſitimus, ſomnum patimur, in carcere retinemur; tu verò in cæleſtibus regnis prælata es cunctis Virginum choris, tu agnum, quocunque perrexerit, ſequeris. Tu virgineos choros, & ab incentiuæ carnis illecebris alienos per albentia lilia, roſaſque vernantes ad fontes perennis vitæ potandos inuitas. Tu in illa beatorum feliciſſima regia primi ordinis dignitatem adepta plantis roſcidis oberrans, inter paradiſi amœnitatem, gramineoſque crocos tenero poplite pergis, feliciq. palma violas immarceſcibiles carpis. Tibi thronus regius ab Angelis collocatur in aula æterni Regis; teque ipſe Rex regum vt matrem veram & decoram ſponſam præ omnibus diligens, amoris amplexu ſibi aſſociat. Has ergo tuas felicitates poſſidens conuertere ad noſtrarum miſeriarum ſalutem. Inter hæc igitur, fratres, cum toto cordis affectu beatiſſimæ Virginis nos interceſſionibus committamus; omnes eius patrocinia omni nixu imploremus, vt dum nos ſupplici eam obſequio frequentamus in terris, ipſa nos ſedula prece commendare dignetur in cælis. Neque enim dubium, quæ meruit pro li-

berandis proferre pretium, poſſe plus omnibus liberatis impendere ſuffragium. Sic ille. Quæ eò libentius attuli, quòd eadem, & nos orando vſurpare poſſimus, & imitatione clariſſimi Doctoris ijſdem verbis ſanctiſſimam Deiparam compellare.

In ſerm. de Aſſumpt.

Aiebat, nihil nobis prodeſſe Mariam compellare vocibus, niſi etiam humilitatis exempla teneremus. Aiebat, eos, qui Deiparæ feſtiuitatibus dignè intereſſe vellent, veſtimentis humilitatis, atque charitatis indutos eſſe oportere: aiebat, beatam Dei Genitricem ardentius nobis ſubuenire apud filium, & Dominum ſuum Ieſum Chriſtum, dum nos virtutibus ornatos, charitate coniunctos, humilitate fundatos eſſe videt. Feſtum diem Aſſumptionis ſanctæ Dei Genitricis, vocabat diem inclytam, diem præclaram, diem omnium Sanctorum ſolemnitates præcellentem; & ideò tali die vniuerſam terram ad laudes Deiparæ cum ſumma exultatione perſoluendas inuitabat: indignum valde exiſtimans, vt illius recordationis ſolemnitas eſſet apud nos ſine maximo honore, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere.

Vide B. Alan. in lib. de pſalt. B. Mar. c. 10.

Salutationem Angelicam, Aue Maria, tanti faciebat, vt hæc ex illius ſententia eſſet Cœlum ſydereum, omnibus ſtellis virtutum, & gratiarum, & ſcientiarum, & meritorum adornatum: Fons vitæ Eccleſiæ, quo lauantur fideles animæ ab omni ſcelere, curantur infirmi, potantur ſitibundi, & conſcientiarum horti irrigantur: Corona gloriæ ex lapidibus pretioſis cunctorum meritorũ, & ex auro charitatis compoſita, qua dulciſſimè Virgo Maria mater Chriſti toties coronatur, quoties per eam ſalutatur; præualetque hæc corona omnibus coronis Regum terræ: Templum Salomonis, in quo ſacræ hoſtiæ, & fidelium vota, & Eccleſiæ ſacramenta Deo offeruntur; per quod iniquitates delentur populorum, tribulationes pelluntur fidelium, auxilia recipiuntur ſanctorũ, melodia percipitur beatorum: Vitis Engaddi, quæ balſamum mundo attulit Dominum Ieſum Chriſtum, quo viuentes vtuntur, & defuncti, pariterque beati, cuncti ſanantur & illuminantur vniuerſi: Iris clementiæ Dei,

in

in qua deſignatur pax mundo oſtenſa, pulchra manifeſtantur, & vtiliſſima; hominibus quoque ſanguinum & ſuperbis in auro, croceis, in vanis rebus elatis, & humanæ ſcientiæ lumine fulgentibus, grata per hanc data eſt clementia: Fabrica mirabilis, per quam Deus fabricauit mundum: Camiſia mundiſſima caſtitatis; Velum virginalis honeſtatis: Zona regię dignitatis: Anulus cæleſtis deſponſationis: Monile nobiliſſimę dotis: Sandalium puellaris pulchritudinis: Sertum florum, quo beatorum animæ coronantur; Virgo ipſa cum filio plurimùm adornatur, ex ea enim tota laus, & virtus habentur: Nubes rorida, quę mundum irrigat, eumque facit germinare, florere, & fructificare: beatorum Seraphim Ciuitas immenſa, ratione diuinæ ſapientiæ incarnatæ ad reparationem eorum: Prouidentia maxima per quam ſingulariter prouinciæ & regna diſponuntur ad ſumma bona: Patriarcharum ſpes prima propter filij Dei incarnationem: denique pœnitentium tolerantia.

Et in ſermone pulcherrimo de eadem ſalutatione hanc rupi, montique aſſimilans dicebat: Quid dicam de montibus, quos ſacra mihi nominat pagina? In monte Sinai data eſt lex antiqua; ſed in monte ſalutationis Angelicæ data eſt lex noua. In monte Garizim, & Næbal terreſtræ datę ſunt maledictiones; at in hac rupe benedictiones. In monte Hor Aaron ſepelitur, ſed in hac rupe benedicta Dei filius naſcitur. In monte Libani aromata cuncta pullulant, ſed in rupe iſta Virginea cœleſtia continentur totius mundi medicamenta. In monte Moria templum Dei fundatum eſt; ſed in hac rupe benedicta filius Dei eſt homo factus. In monte Thabor apparuit gloria Trinitatis, ſed in hac rupe benedicta facta eſt primitus in humanitate aſſumpta gloria Trinitatis. Quid mihi ergo de alijs montibus, in quibus cum difficultate aſcendo, cum timore ſto, cum eſurie & ſiti plurimùm deficio, atque in quibus infirmatus tandem morior cum Moyſe, & Aaron me in immenſum maioribus? Sed in hac angelica rupe proficio, fatigatus reficior, infirmatus ſanor, mortuus ſuſcitor, ſitiens & eſu-

Alan. Rup. in Roſar. B Virg. pa. 4.

eſuriens reficior, & ſicut per ſcalam Iacob cęleſtia contemplaturus, & ibi in æternum commoraturus gaudenter & potenter & ſecure conſcendo, nunquàm poſtea damnum paſſurus. Hæc ille.

Idem loco cit. par. 2. cap. 2. & p. 4. capit. 32. Aſſerit B. Alanus S. Auguſtinum Eccleſiæ Doctorem incomparabilem Pſalterium ſeu Roſarium B. Mariæ vſurpaſſe. Et quis enim, inquit ipſe, dicere audeat; vel cogitare tantum virum tantum Pſalterium ignoraſſe, quod nos ſcimus, quod Eccleſia prædicat, & frequentat?

In Deiparæ laudem officium cum antiphonis & reſponſorijs Auguſtinum compoſuiſſe nonnulli tradunt, cum alijs precibus; quas familia Auguſtiniana ſtatis diebus ei recitat, imitatione ſui Patroni tantæ Virginis ſingulari ſtudio accenſa. In cuius quoque honorem alba veſte vtitur, cum obligatione cuiuſdam penſi horarij, quod ei choris alternantibus exoluit. Eamdem veluti Matrem & Patronam Ordinis ſingularem in ſigillis ac inſignibus à Romanis Pontificibus iam olim accepit, in quorum Area Beata Virgo Maria dextera parte conſtat totius ordinis cuſtos & Patrona; ſiniſtra verò cernitur S. Auguſtinus Monaſticis ſimul & Pontificalibus amictus veſtibus.

Adrianus Moerteci us i ſuis inſtruct. Euãgelicis pro cõceptiõe B. M. virg. Fuit Auguſtinus præcipuus Conceptionis B. Virg. Immaculatæ aſſertor, vt pa et ex eius ſcriptis: nam in libro de natura & gratia cap. 36. Excepta inquit, ſancta Virgine Maria, de qua propter honorem Domini nullam prorſus, cùm de peccatis agitur, habere volo quæſtionem. Inde enim ſcimus, quod ei plus gratiæ collatum fuerit ad vincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere, & parere meruit eum, quem conſtat nullum habuiſſe peccatum. Nec poteſt hic reſponderi Auguſtinum loqui ſolùm de actualibus peccatis; quia alioquin debuiſſet etiam excipere Innocentes occiſos ab Herode, paruulos baptizatos, Ioannem Baptiſtam, qui actuale peccatum non habuerunt aut habent: Ergo loquitur D. Auguſtinus etiam de originali peccato, maximè cum contra Pelagianos diſputet, qui negabant peccatum Adæ cum ſuis damnis & oneribus in omnes ſuos

po-

poſteros tranſlatum: negabant etiam nos omnes contraxiſſe originale peccatum ex carne & corrupta natura ipſius Adam: & è contra aſſerebant, quemlibet hominem ex viribus propriæ naturæ per ſolum liberum arbitrium abſque ſpeciali gratia Dei poſſe omne peccatum vitare, & diuina præcepta implere. Cùm verò Pelagiani allegarent contra S. Auguſtinum multos iuſtos ex veteri & nouo teſtamento, ipſe citato libro reſpondet, quòd licet omnes iſtos ſcriptura Iuſtos apellet ob ingentes virtutes; tamen fuerunt aliquando ſub aliquo peccato actuali, aut veniali aut originali; & ſi quando vitauerunt peccata actualia, hoc non fuiſſe ex proprijs viribus, ſed ex ſpeciali Dei gratia. Excipiens hic ergo B. Virginem Mariam cenſendus eſt loqui non de ſolis actualibus, ſed et de originali; dicit enim in primis, propter honorem Domini: Honor autem Domini IESV non minùs poſtulat, vt mater eius careat peccato originali, quam actuali aliquo. Deinde, generaliter dicit de Beata Maria: Cùm de peccatis agitur, nullã ſe velle habere quæſtionem. Dicit etiam Matri Chriſti gratiam collatam ad vincendum omni ex parte peccatum, quod, explicans D. Bernardus homil. 2. ſuper ſalue; Ex omni, inquit, parte, hoc eſt ex parte originalis & actualis peccati. Ita citant D. Bernardum Ioannes de Carthagena homil. 19. et Petrus Caniſius lib. 1. de Deipara cap. 7. Eodem modo explicant D. Auguſtinum Bellarminus lib. 4. de Statu peccati, & Epiſcopus Chryſopolitanus in pſal. 43. aſſerens de mente eſſe Diui Auguſtini Virginem Mariam fuiſſe preſeruatam per gratiam ab omni peccato non ſolùm actuali quocunque, ſed etiam originali. Solet hic opponi, quod agens contra Pelagium ſic ſcribat idem Doctor: De omnium hominum peccato obnoxia ſucceſſione. Vnde, inquit: neminem eruit, niſi quem ſine lege peccati repugnanti legi mentis Virgo concepit. Vnde ſolum Chriſtum videtur excipere à peccato originali; ſed non obſtat; nec enim ipſe D. Auguſtinus, aut alius quiſpiam B. Mariæ immaculatæ Conceptionem defendens exemit eam à lege, & obnoxia ſucceſſione om-

nium

nium mortalium ad contrahendum originale peccatum; ſed docet tantùm ſanctam hanc Virginem Mariam ſingulari fuiſſe gratia præuentam, ne originale peccatum, cui ex natura ſua cum cæteris obnoxia erat, incurreret.

Tribui ſolent Auguſtino illa verba, Cùm ſubiectio peccati originalis caput ſit Diaboli, tale caput Maria contriuit, quia nulla peccati ſubiectio ingreſſum habuit in animam Virginis. Producunt autem hæc verba Ioannes Echius in ſermone de Conceptione: & Bernardinus de Buſtis in officio de eadem Conceptione. Et ex his alij. Sed tamen in Auguſtini Codicibus hodie non reperiuntur. Alia loca Auguſtini pro Conceptione citant Clictouæus lib. 1. de Concept. cap. 13. & Salazar in ſua defenſione cap. 42. ſæcul. 5. ad quos, ne actum agere videar, lectorem remitto.

Obijt Deiparæ Virginis cultor, Encomiaſtesque præcipuus anno ſalutis 433. vt Proſper teſtatur in Chronico. Quem benigniſſima Creatoris mater, eademq. Altiſſima cœlorum Imperatrix nobiliſſimo diſcipuli ſui nomine appellare dignata eſt, vt videre eſt apud B. Alanum Rupenſem Rediuiuum in Roſario B. Virg. part 4. c. 49. Cùm enim B. Alanus aliquãdo Deiparæ ſupplicaret, quatenus breui compendio intimaret, quid ei, eiusq. filio faciendum eſſet à cunctis peccatoribus pauperculis, Maria reſpondit: Audi Auguſtinum diſcipulum meum loquentem: inquit enim: Si volumus Chriſto, & Mariæ eius Matri dilectiſſimæ ſummè placere, totum noſtrum eis offeramus corpus, & animam; interiora & exteriora. Hæc ille in quodam ſermone de me.

B. Alanus in Roſario B. Virg.

De

DE S. BENEDICTO ABBATE ſacri Benedictini Ord. Fundatore.

CAPVT V.

GLorioſus Monachorum Pater Benedictus, vir egregius, & poſt Apoſtolos ſingularis, è cuius Religione, velut ex perenni virtutum fonte, innumeri ſancti ac ſacri Pontifices emanarunt, velut lucidiſſimæ Eccleſiæ faces; toto vitæ ſuæ tempore, à primo inditæ pueritiæ flore, Deiparæ Virgini, Angelorum Reginæ, addictiſſimus fuit. Extat Romæ in oratorio Eccleſiæ, quæ nunc D. Benedicti in Piſcinula dicitur, vbi paterna fuit ipſius Benedicti domus, egregij artificis manu eleganter exarata, & à fidelibus religioſè admodùm culta Virginis Beatiſſimæ Matris Mariæ imago, quæ ipſamet eſſe circumfertur, quam adhuc puer idem Benedictus aſſiduis venerari precibus in dies conſueuerat. Vnde in hodiernum vſque diem, ipſum etiam oratorium, S. Benedicti oratorium denominatur: ibi ſpiritum Religionis hauſit, & inde duobus Angelis comitantibus ad Offidanum oppidum ſe recepit: quod oppidum non ſolùm illuſtrauit Capiſterij ſanatione ſtans ante B. Virginis imaginem, verùm etiam exercitu miraculorum, vt Græci in Meneis cantant. D. Cōſt. Caietanus in opere de Præſt. relig. Benedict.

In Marianum Roſarium, quàm fuerit propenſi ac deuoti animi, patet ex B. Alano Rupenſi Dominicano; cuius iſta ſunt verba: S. Benedictus Ordinis ampliſſimi Patriarcha digniſſimus, ea cura & religione ſanctum in Pſalterio ſalutatorio, in Roſario ſcilicet B. Virginis, cultum Dei familiarem ſibi perpetuumque voluit & obſeruauit ſic, vt eo tam diuinæ Monaſticæ inſtitutionis fundator & auctor fieri mereretur. Tanti Patris ab exemplo ſacer mox Chorus fratrum vniuerſus per orbem latè ſecū circumtulit Roſarium, & cætera præter conſueta Ordinis exercitia diuina, iſtud quoque velut priuatum quiſque B Alan. Rupen. in Apolog. pro Roſario B. Virg. c. 9.

in

in delitijs ſuis ſecretioribus deamauit interiùs; & in eo almam Virginem Matrem Sponſam Sponſi ſui ſanctâ quadam familiaritate cordialiùs diſſuauiauit; vt Doctor quidam Ioannes de Prato traditum reliquit. Sic ille in Apologia pro Roſario B. Virginis cap. 8. & iterum in parte 2. Roſarij cap. 2. In occidente, inquit, S. Benedictus noui factus inſtituti Patriarcha inclytus, cui ante diu inſueuerat, Pſalterium Mariæ ſimul & inter ſuos non tam præcepto vllo, quàm vſu ipſo, in ſanctam conſuetudinem introduxit, quæ in Religionem dein vertit & inſedit, teſte ipſius, & ſi longè poſt, filio Benedicti Ioanne de Prato.

Id. par. 2 Roſar. c. 2.

Vt autem ſingularem pietatis, cultusque affectum, quo in B. Virginem Mariam honorandam propendebat, publico aliquo monumento palam conteſtaretur Benedictus, in eiuſdem Beatiſſimæ Virginis Mariæ honorem Monachorum Cœnobium ædificauit, à Sublacenſi Monaſterio mille ac quingentos prope paſſus diſtans, vulgari cognomento Sanctæ Mariæ ex Morrabotta nuncupatum: hodie verò B. Laurentij, quòd eo loco multis à S. Benedicto tranſactis annis vitam ſanctiſſimè egerit quidam Benedictinus oblatus, nomine Laurentius: cuius præclara acta, atque diuina prodigia exceptus vitæ proceſſus clarè demonſtrat. Cæterùm hic locus S. Benedicti ætate, S. Maria ex Portiuncula, non, vt alij ſcribunt, in Primerana, vocabatur; ad cuius exemplar, vt Gulielmus Narnienſis teſtatur; Cœnobium S. Mariæ ex Portiuncula Aſſiſij in Vmbria extructum fuit, ſacro Caſſinenſi Monaſterio iam ſubiectum, atque eius beneficentia Minoritarum ſanctiſſimo Principi Fráciſco poſteà donatū.

D. Conſt. Caiet. loc. cit.

Nec virorum tantùm, ſed mulierum etiam Cœnobiū, in honorem B. Virginis Mariæ Cœnobitarum Pater Benedictus extruxit. Soror namque B. Benedicti Scholaſtica, omnipotenti Domino ab ipſa pueritia fratris exemplo dicata, Monaſterium Virginum nobilitauit, quod non longe à cella S. Benedicti, Cœnobioque Caſſinenſi ab ipſo Benedicto conſtructum, S. Maria de Plumbariola appellabatur: vt Caſſinenſia teſtantur monumenta.

Sa-

Sacra Deiparæ pignora ſeu Reliquias in Eburnea capſula reconditas loco diuini muneris habuit, tanquàm pretioſiſſimum theſaurum cuſtodiuit, easque miro deuotionis affectu coluit & veneratus eſt. Quam porrò capſulam cum iiſdem pignoribus, ſeu reliquijs paulò ante obitum diſcipulo ſuo Mauro in Gallias proficiſcenti per duos Monachos miſit, ac etiam quamdam Epiſtolam breuem, hæc dulcia verba & prophetica continentem. Accipe, dilectiſſime, extrema Inſtitutoris tui dona, quæ & longum teſtentur amorem, & tibi & Commilitonibus tuis contra omnia perpetuum munimen præbeant impedimenta malorum. Sic ille.

Baling. in Cal. Mar. 21. Mart. Bened. Gonus de Vit. Patr. Occid. li. 1

Vltimum ſpiritum inter verba orationis efflauit: ſtrata pallijs, atque innumeris coruſca lampadibus via in cœlum deducendum anno ſalutis 543. ætatis 63. die 21. Martij. Cuius laudes glorioſa ipſa Dei parens, in cuius obſequio feruentiſſimus ſemper fuerat Benedictus, dulciſſima promulgauit facundia; appellans bonum Abbatem, virum Beatum, famulum ſuum, Benedictum ſuum, eidemque immarceſcibiles Encomiorum Corollas contexens in hæc verba: Scriptum eſt, quòd qui quinque talenta acceperat, alia quinque lucratus eſt. Quid enim eſt talentum, niſi donum Spiritus ſancti: nam alij accipiunt ſcientiam, alij diuitias; alij apud diuites familiaritatem; & tamen omnes duplum reportare debent Domino ſuo lucrum ſcilicet de ſcientia, viuendo vtiliter ſibi, & alios inſtruendo. De diuitijs & cæteris donis, vtendo rationabiliter, & alijs miſericorditer ſubueniendo. Sic ille bonus Abbas Benedictus donum gratiæ, quod acceperat, multiplicauit, quando omne contempſit, quod tranſitorium erat, quando carnem ſuam ſeruire coegit animæ, quando nihil præpoſuit diuinæ charitati. Qui inſuper timens, ne aures macularentur auditu inani, oculi viſione delectabilium, fugit in Erèmum, imitans illum, qui nondum natus exultando intra viſcera materna cognouit aduentum ſui piiſſimi Redemptoris. Qui quidem Benedictus etiam ſine Erèmo obtinuiſſet cœlum; quia mundus erat ei mortuus, & cor eius

D. Birg. in Reuel. ti. 3. c. 20. & 21. li. 4. c. 127.

co-

totum plenum Deo. Sed placuit Deo vocare Benedictum in montem, vt cum pluribus innoteſceret, plures eius exemplo ad perfectionis vitam incitarentur. Huius beati viri corpus erat quaſi ſaccus terræ, in quo claudebatur ignis Spiritus ſancti, qui excluſit ab eius corde diabolicum ignem. Sicut enim ignis corporalis ex duobus accenditur, ex aere ſcilicet & flatu hominis; ſic Spiritus ſanctus ingreditur animam hominis, vel per inſpirationem perſonalem, vel per aliquam operationem humanam: ſeu locutionem diuinam, mentem excitat ad Deū. Similiter ſpiritus diabolicus viſitat ſuos, ſed differunt incomparabiliter: nam Spiritus ſanctus calefacit animam ad quærendum Deum, ſed non comburit carnaliter, lucet etiam puritate modeſtiæ, ſed non offuſcat mentem malitia. Spiritus verò nequam comburit mentem ad carnalia, & amaricat intolerabiliter; obfuſcat quoque animam per inconſiderationem ſui, & deprimit eam inconſolabiliter ad terrena: Ergo vt ignis iſte bonus, qui erat in Benedicto, igniret plures, vocauit Deus Benedictum in montem, qui conuocatis ad ſe pluribus ſcintillis fecit de eis per ſpiritum Dei maximum rogum, & compoſuit eis regulam de Spiritu Dei, per quam multi perfecti facti ſunt, ſicut Benedictus. Sic Deipara apud S. Birgittam in Reuelationibus lib. 3. cap. 20. & ibidem cap. 21. cum eadem S. Birgitta loquens adiecit: Dixi tibi quòd corpus S. Benedicti erat quaſi ſaccus, qui diſciplinabatur, & regebatur, ſed non regebat. Denique eius anima erat quaſi Angelus, qui dedit ex ſe calorem magnum, & inflammationem, ſicut per exemplum oſtendo tibi. Quaſi ſi eſſent tres ignes, quorum primus in myrrha ſuccenſus dedit ex ſe odorem ſuauitatis: ſecundus erat ſuccenſus in arido, qui dedit ex ſe carbones ardentes, & ſplendorem fulgentem: tertius ſuccendebatur in oliua, qui dedit ex ſe flammam, lumen & calorem. In his tribus ignibus intelligo tres perſonas, & in tribus perſonis tres ſtatus in mundo. Primus ſtatus erat eorum, qui conſiderata charitate Dei reliquerunt voluntatem propriam in manus aliorum, qui pro vanitate
&

& ſuperbia mundi aſſumpſerunt paupertatem, & abiectionem; pro intemperantia dilexerunt continentiam, & puritatem. Iſti habuerunt ignem in Myrrha, quia ſicut myrrha eſt amara, ſed tamen fugat dęmonia, & extinguit ſitim; ſic abſtinentia eorum amara erat corpori, ſed tamen extinguebat inordinatam concupiſcentiã, & omnem poteſtatem dœmonum euacuabat. Secundus ſtatus eorum erat, qui cogitabant ſecum,taliter: Ad quid diligimus honorem mundi, cùm non ſit aliud, niſi quaſi aer verberans aures? Ad quid diligimus aurum, cùm non ſit niſi terra rubea? quis verò finis carnis,niſi putredo & fauilla? Ad quid verò nobis prodeſt concupiſcere terrena, cùm omnia ſint vanitas? propterea ad hoc ſolùm viuere, & laborare volumus, vt Deus honoretur in nobis, & vt alij ex verbis noſtris, & exemplis ad Deũ igniantur. Iſti tales ignem habuerunt in arido,quia amor mundi fuit eis mortuus, & quilibet eorum dabat ex ſe carbones ardentes iuſtitiæ, & fulgorem diuinæ prædicationis. Tertius ſtatus erat illorum, qui de amore Chriſti paſſionis feruentes, toto deſiderio affectabant mori pro Chriſto. Iſti ignem ſuum habuerunt in oliua; ſicut enim oliua in ſe habet pinguedinem, & feruentiorem calorem cùm inceditur: ſic iſti totaliter impinguati fuerunt diuina gratia, ex qua dederunt ex ſe lumen diuinæ ſcientiæ, ardorem feruentioris charitatis, & robur honeſtiſſimæ conuerſationis. Iſti tres ignes longè, latèque ſe dilatauerunt; quorum primus incenſus fuit in Eremitis, & Religioſis, ſicut deſcribit Hieronymus, qui vitas eorum inſpiratus Spiritu ſancto inuenit mirabiles, & merito imitandus. Secundus incenſus fuit in Confeſſoribus, & Doctoribus. Tertius in Martyribus, qui carnem ſuam pro Deo contempſerunt. Ad quoſdam igitur iſtorum trium ſtatuum, & ignium miſſus fuit B. Benedictus, qui conflauit tres ignes in vnum; in tantum quòd qui inſipientes erant,illuminabantur; qui frigidi inflammabantur, qui feruentes erant feruentiores efficiebantur: & ſic cum his ignibus incœpit Religio Benedicti, quæ vnumquemque iuxta diſpoſitionem & capacitatem
ſen-

ſenſus ſui dirigebat in viam ſalutis, & æternæ fœlicitatis: Hactenùs Cœlorum Regina, quæ præterea Benedictum ſuum ſocium, comitemque habere voluit, quando varijs occaſionibus ſe mortalibus viſendam præbuit, vt in S. Ioanne Gualberto, ac S. Bernardo Abbate pleniús infra dicemus.

Nec tacitus relinquam, quod de B. Virgine, & S. Benedicto apud Deum pro quodam Canonico intercedentibus, à venerandæ pietatis, & reconditæ doctrinæ viro Cæſario Heiſterbachcenſi in libro 7. cap. 8. Illuſtrium miraculorum, ſeu hiſtoriarum mirabilium his verbis refertur: Canonicus quidam Sancti Cuniberti in Colonia nomine Henricus ſatis ſæcularis, cum die quadam ſolus equitaret, nubecula lucida viam ipſam eo intuente tranſuolauit, vocemque clariſſimam de ipſa nube audiuit, dicentem: Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: eratque vox eadem tantę dulcedinis, vt quoties eius poſtea recordaretur, lacrymis infunderetur. Cumque vocem hanc cœlitùs demiſſam minùs attenderet, vel potiùs non intelligeret, nocte quadam per viſum ſe ſtare vidit in Capella domus ſuæ ante altare coram imaginæ Beatæ Genitricis Dei Mariæ, quam cùm verbis Angelicis ſolitò ſalutaret, reſpondit illa; Vt quid me ſalutas? homo perditus es, & niſi vitam tuam emẽdaueris citius peribis; ego enim & ſanctus Benedictus interceſſimus pro te. Qui cùm ſecundam hanc admonitionem dulcedine vitæ ſæcularis abſtractus negligeret, circa tempus ſex hebdomadarum, tam graui infirmitate correptus eſt, vt inungeretur nec vlla eſſet ſpes vitæ eius. Tunc demum ad cor reuerſus, & quid audierit, quidue viderit, recordatus, fratribus quibuſdam Bergenſibus Ordinis Ciſtercienſis ad ſe vocatis ſe reddidit, qui in proximo Paſcha Monachus factus eſt, meritiſque, & precibus Beatæ Mariæ Virginis ſe illuminatum vſque hodie gloriatur. Apollonius. cuius fuit vox illa facta de nube, & quis ſenſus eius? Cæſarius. Quantum iam ex dictis colligitur, Beatæ Mariæ, & Sancti Benedicti, orabant enim Chriſtum, vt ſicut voluntas eius eſt

Ceſar. li. 7. illuſtr. mirac. cap. 8.

in

in cœlo, id eſt, in iuſto, ita & voluntas eius, quæ ſemper bona eſt, fieret in terra, id eſt, in illo iuuene tum peccatore. Sic Cæſarius.

DE S. ODONE ABBATE
Sacri Ord. Cluniacen̄. Fundatore.

CAPVT VI.

SVb Regula Sancti Cœnobitarum Parentis Benedicti plures militant Monachorum & Militum Ordines, tam a Monachis ipſius, quam ab alijs inſtituti. Quorum primus eſt ſacer Cluniacenſis Ordo, ſic dictus à primo eius Monaſterio Cluni, in Diœceſi Matiſconenſi fundatus à Sancto Odone Monaco Benedictino, ex Francorum proſapia oriundo, circa annum Domini 900. Hic autem Odo per Virginis Deiparæ merita ſterilibus parentibus diuinitus datus eſt: nam cùm pater eius Abbonis nomine nuncupatus, Vuilhelmo Aquitaniæ Duci in primis charus, liberos non haberet, in vigilia Natiuitatis Domini dum orationibus inſtaret, menti ſuæ ſuggeſtum eſt, vt à Domino peteret ob Virginis partum ſibi condonari filium, talique inſtantia precum vxoris emortuum meruit ſuſcitare vterum. Cùm adoleuiſſet Odo, ei militaribus exercitijs, venationibusque iam ſaturo ſuaſit Pater celebres habere vigiliarum excubias, quas ipſe celebrare conſueuerat. Exolutis autem aliquot annis ad celebrationem vigiliꝫ natiuitatis Domini partusque virginei, cùm ſeipſum præparaſſet, & partem noctis duxiſſet peruigilem, ſubitò venit ei in mentem obſecrare pro vita ſua Domini Ieſu Chriſti Genitricem, & orans cœpit dicere: O Domina, & mater miſericordiæ, tu nocte iſta mundo dediſti Saluatorem, oratrix pro me dignanter exiſte, ad tuum glorioſum & ſingularem confugio partum, pijſſima & tu meis precibus aures tuæ pietatis inclina. Vehementer expaueſco ne vi-

Barboſ. de vniuer. iur. Eccl. lib. 1. c. 41. n. 45.

Io. Clunia. in vit. s. Odonis apud Bened. Gonon. lib. 3. de vit. PP. Occidētis.

ta mea tuo diſpliceat filio. En quia Domina per te mundo ſe manfeſtauit, propter te, quæſo, abſque dilatione miſereatur mei. Hæc ille. Non irritis precibus, vt vita deinceps acta propalauit: tanta enim Virgine intercedente apud Deum ſibi gratiam inuenit, vt Ordinis Sanctiſſimi, ampliſſimique fundator fieri meruerit.

Benedict. Gononus in Chron. Deiparę ad an. 940. Baling. in Cal. Mariæ 18. Noueb.

Hic cum refrigeſcente Monaſtica diſciplina S. Benedicti Regulam ad priſtinum ſtatum reducere voluiſſet, vt reformatio faciliùs ſuccederet, inſtituit, vt in omnibus Congregationis ſuæ Monaſterijs, ſingulis diebus Sabbati non impeditis aliquo feſto ab octaua Purificationis vſque ad Quadrageſimam; à Paſchate vſque ad Rogationes, à Pentecoſte vſque ad Aduentum diceretur officium de B. Virgine, quem ritum poſtea vniuerſalis Eccleſia recipiens, comprobauit.

Fo. Cluniacẽſ. loc. cit.

Quodam die iter agens iuxta prædonum fines, quidam latro iuuenis intuens vultus eius affabilitatem, illicò compunctus corde, eius prouolutus veſtigijs, vt ſui miſereretur, humili precabatur voce. Quem cùm interrogaret, quid vellet; Monaſtica ſibi deprecabatur ſubueniri miſeratione. Deinde interrogauit eum Odo, ſi aliquis ex eadem Parœcia eum cognoſceret. At ille, Omnes, inquit, diſcoli, ac nobiles. Vade, ait, hodie, & craſtino duc tecum vnum ex prioribus loci iſtius, cùm veneris ad me. Quo audito abijt, & ſicut ei imperauerat, peregit. Altera verò die cùm vtrique ante eum veniſſent, cœpit B. Odo virum illum magnatem de vita, moribusque prædicti latronis ſciſcitari. At ille, Iuuenis iſte, Pater, inſigniſſimus latro eſt. Quo audito diſcretus Pater ait latroni: Vade, & priùs mores tuos corrige, & poſtmodum monaſticum appete diſcipulatum. At ille, Ego, inquit, proiectus à te hodie vado in perditionem; animam verò meam à te Deus requiret. Tunc miſericordia motus pius Pater, præcepit ei, vt arrepto itinere ad monaſterium, eum præcederet: quod & factum eſt. Peracto itaque aliquo tempore, ſub regulari degens examine; tandem effectus Monachus Cellario fratri eum ad obediendum ſubdiderunt. Etenim cùm

idiota

idiota eſſet; vtrumque ei impoſuerunt, ſcilicet obedientiæ iugum, & ſtudium litterarum; quod deuotè ita peragebat, vt vnam manum obedientię porrigeret, altera verò pſalterium ferret: ſicque frater iſte vitam ſuam peragens, poſt paucum tempus exilij huius vitę ſuſcepit finem. Iam cùm in extremo vitæ laboraret, vocauit pium Patrem, ſingularem ſupplicans loquutionem. A quo cùm veniam peteret, interrogauit eum ſi in aliquod peccatum incidiſſet poſt monachatum. At ille, nudo cuidam, te ignorante, mea culpa, tunicam noſtram tribui, & funem pilis contextum de Cellario abſtuli. Quem cùm interrogaſſet, quid ex ea feciſſet: refrænando, inquit, ingluuiem, quam dudum male viuendo contraxi ventrem meum ex ea circumligaui. Super quod factum ſtupefactus pius Pater, cùm vellet eum ab eius viſceribus ſoluere, cutis quæ ei adheſerat, vnà cum ſanie eſt ſecuta. Adiecit & ait, Hac nocte, Pater, in cælis eleuatus ſum per viſionem. Obuiauit autem glorioſæ perſonæ, & excellentiſſimæ poteſtatis mulier, appropinquanſque ait mihi: Cognoſcis me? at ego: Nequaquam Dominą. Et illa, Ego, inquit, ſum mater miſericordiæ. Cui ego, Quid iubes, vt faciam Domina? & illa reſpondit: Poſt triduum venies huc, tali hora. Quod & factum eſt: tertia enim die, hora qua dixerat, defunctus eſt. Inde beatus Odo conſuetudinem tenuit Beatam Mariam matrem miſericordiæ vocare; eamque impenſiùs diligere, ac ſtudioſiùs colere, ad vltimum vſque mortalis vitæ terminum, non ceſſauit. Animam Deo reddidit Anno Domini 940. 14. kal. Decemb. quem S. Bernardus ad Guilielmum Abbatem ſcribens, ſanctum fuiſſe aſſerit. Eius feſtum celebratur 28. Nouembris.

DE S. ROMVALDO ABBATE Sacri Ordinis Camaldulenſis Fundatore.

CAPVT VII.

S.Pet. Damian. Pet.Ribad. atq; alij eius vit. Scriptores.

SANCTVS ROMVALDVS Rauennas, ex illuſtriſſima Ducum ſtirpe progenitus, ſacri Camaldulenſis Ordinis Inſtitutor; dum poſt affinis cum Sergio patre patratam cædem, pœnitentiæ cauſa in Claſſenſe Benedictinorum Cœnobium confugiſſet, conſuetudinem habuit ante præcipuum Eccleſiæ Altare, quod ad honorem beatæ Mariꝺ virginis conſtructum erat, orationi frequenter incumbere; ibique poſtquàm fratres abſceſſerant, multis Deum, Diuamque ſatagebat gemitibus exorare. Dumque hoc quadam die attentiùs faceret, tanto mox diuini amoris igne mentem illius Spiritus ſanctus accendit, vt in fletum repente prorumperet, vberes lacrymarum riuos reſtringere non valeret Monachorum ſe pedibus proſtratus aduolueret, tradiq. ſibi Monachorum habitum inenarrabili deſiderio flagitaret. Quo cùm fuiſſet indutus, cœpit de virtutibus in virtutes mirabiliter creſcere, ac ad tam magnæ perfectionis culmen, Virgine, ante cuius Altare aſſiduus orauerat, intercedente, pietas illum diuina prouexit, vt ſancto afflatus ſpiritu, nonnulla ventura proſpexerit; veteris ac noui Teſtamenti occulta myſterio radijs intelligentiæ penetrarit; ad cæleſte deſiderium innumerabilium penè hominum animos accenderit, ac in talem, tantumque virum euaſerit, qualem, quantumque vniuerſus nunc terrarum orbis admiratur. In honorem virginei partus Quadrageſimam annis ſingulis ieiunauit. Nongenta ſui Ordinis Monaſteria ædificauit; è quibus multa glorioſiſſimo Deiparæ nomini ab eo dedicata fuiſſe non ambigo. Cætera huius ſancti viri in Dei parentem

Vir-

Virginem amoris, ac Religionis argumenta, licet plurima extiterint, ad noſtram tamen notitiam non venerunt. In cælum à Deo euocatus eſt Anno Redemptionis humanæ 1027. ætatis 120. 19. Iunij.

DE S. IOANNE GVALBERTO, Ordinis Vallis Vmbroſæ Fundatore.

CAPVT VIII.

SAnctus Ioannes Gualbertus, natione Italus, patria Florétinus, ſacri Vallumbroſæ Ordinis Auctor, Deiparæ Virgini quàm addictiſſimus extitit: cuius honori à Rodulpho epiſcopo Paderbronenſi principem ſui Oratorij Vallis Vmbroſæ Aram conſecrari voluit. Laicos fratres Religionis habitu recens donatos, centies Angelicæ ſalutationis formam recitare iubebat: ſcilicet, vt ipſius Deiparæ deuotio altius eorum medullis inſideret. Eiſdem Horas canonicas dicto earundem ſalutationum numero commutauit. Adeo beatiſſimã Virginem ſincero dilexit affectu, vt hanc Florentio ſui Ordinis monacho ſupremum iam iam ſpiritum agenti, contra dæmonis inſidias defenſatricem adeſſe promeruerit. Quidam etenim Florentius nomine vir eloquens, & moribus ciuilis, qui ſimoniaca perfidia valde ſe contaminarat, in cuiuſdam Epiſcopi patrocinio ſuſcepto grauiſſimè decumbebat, iam iamq. moriturum ſe affirmabat, atq; inter acerbos, mæſtosq luctus, crebrosq. ſingultus, per amicos à B. Ioãne Gualberto habitum Ordinis eius ſibi donari petijt. Aſſenſit vir ſanctus, nec multum cunctatus Nouitiorum habitu eum induit. Eo indutus cum iam reualuiſſet, & Scipioni innixus monaſterium perluſtraret, prior morbi vis eum denuò inuaſit, ita vt morti propinquus videretur. Id vbi Sanctus audiuit, ad lectum ægro-

Rudolf. Loccatel. & Blaſius Melaneſius in eius vita.

 ti

ti cum multis fratribus acceſſit, eumque a corpore migraturum Domino commendauit. At æger caput ſuum pallio, quo erat opertus, texit; & viro ſancto, cur id faceret, inquirenti, reſpondit, timens ac tremens: Video ſatanã propè aſſiſtere, è cuius ore vaſta flamma funditur, & ex naribus fumus ſulphureus prodit. Cum autem locum, in quo illum cernebat, viro Dei indicaſſet, ille ablata è manu tenentis Cruce, diabolum ea egregiè verberauit: tum ille mox inſtar fumi euanuit, & ægrotus in has erupit voces: Gratias Deo, ecce aufugit ſatan, ecce receſſit: & ecce adeſt beata virgo Maria (Ioannis ſine dubio precibus inclinata) ſanctique Petrus & Benedictus: atque his dictis ſpiritum exhalauit.

Ioannes verò è viuis exceſſit in cœlo æternum victurus, anno à Chriſto nato 1073. ætatis 88. 12. Iulij; qui vt viuens Deiparę amoris vinculo ipſe annexus fuerat, ita vita functum ipſa in edendis, fidelium beneficio, prodigijs, eum ſibi iunxit. Quorum prodigiorum vnum, quod non inferius locandum, breuis reddo.

Aeſtiuis temporibus daturus trituræ operam, rus familia adducta, ciuis Florentinus expetijt. (Hugo ei nomen, cognomen haud abſimile) Huic infans lac ſugebat, cui nutrix ad aream ducto ex trituratione longum oblectamenta collegit. Mox eo in foribus caſæ relicto aquatum vadit. Hæc inter, triturantes, excuſſa cerere, paleas intra caſam, furcis, raſtriſque impingunt, puerum vnà inuiſum ſegeteque inani obuoluunt. Cunctatum eſt parum: redit nutrix, rem, vt erat, haud reuiſo puero, mente verſat, ſed vitæ timens raptim, vltroque exulat. Hugo ad vſque noctem expectata nutrice fruſtratus; tandem indagatum per totam viciniam mittit, ſed irritè indolet, & ſimul domus; nec minus ſequentibus diebus inanem indagationem facit. Extremùm, humana induſtria miſsa cum coniuge Hugo ad Diuam Deiparã, ac Ioannem Gualbertum lacrymabundi voto accedunt, his fermè verbis: Glorioſiſſima Maria virgo, ſpes vna orthodoxæ gentis, miſerorum confugium, vexatorum ſolamen, à qua omne & bonum & delectatio. Tuque

Pa-

Pater beatiſſime Ioannes Gualberte,ornamentum cùm Florentinæ Vrbis, tum Hetruriæ totius, vobis ambobus vouemus ambo, pollicemurque templum honori veſtro extruere, doteque ditare; tantummodò pignus, quod lugemus enectum, veſtra benignitate parentibus reddatur. Mirum dictu. Iam dies octaua abſumebatur,factoq. voto ſtatim famulus ad caſam paleatum veniens, emiſſum vagitum exaudit, conſequitur aure ſonum, inuertit paleas, inuenit puerum, citò citiùs ad Hugonem ad volat; rem parentibus narrat: omnes in admirationem vertit. Lætitiam cenſere longum eſſet: dantur amplexus, miſcentur delitiæ, blandiuſculæ cùm puero allocutiones habentur. At infans qui nedum rectè parentum nomina promebat, lætabundus lac ex vberibus nobiliſſimæ matronæ eo tempore ſuxiſſe teſtatur; gliſcit in hæc gaudium; gratisque Deo, ac Diuis Virgini Deiparenti, Ioannique Gualberto exactis, ad ædem ſacram nuper deuotam, animum attendunt, quæ etiamnum ex Auctoris nomine, Eccleſia ſanctæ Mariæ ad Hugos appelationem retinet.

DE SANCTIS ROBERTO, Alberico, & Stephano, ſacri Ciſtercienſis Ordinis Fundatoribus.

CAPVT IX.

Sacer Ciſterciesium Ordo, ſic dictus à Valle Ciſtercio, in Diœceſi Cabilonenſi in Burgundia apud Gallos inſtitutus fuit, & ſub Deiparæ Virginis titulo, ac patrocinio conſtitutus, à ſanctiſſimis viris, iiſdemque egregijs Marianis cultoribus Roberto, Alberico & Stephano Monachis Benedictinis. Et quidem Robertus in Campania nobilibus ortus parentibus, etiam an- Barbeſ. de vniu.iur.eccl.li 1 c.41 num.50.

Bened. Gonon. in vit. huius Rob. li. 3. de vit. PP. Occid.

te quàm naſceretur, Deiparæ cordi fuit: prægnanti etenim matri, quæ Engardis dicebatur, glorioſa Dei genitrix virgo Maria in ſomnis apparuit, atque in manu pretioſiſſimum anulum tenens, ad deſponſandum ſibi filium ſuum eſſe dixit. Engardis hac viſione perterrefacta, quid iudicaret, quidue diceret, neſciebat. Quapropter iterum Regina cælorum eidem apparens, ſe Dei Matrem eſſe, & quòd filius eius ei deuotiſſimus eſſe deberet: vnde ipſa magnum honorem conſequeretur, indicauit. Natus puer, & ſacri baptiſmatis vnda ablutus vocatur Robertus; adhucque puerulus erga beatiſſimam Dei Matrem incredibili amore affici cępit, ad cuius honorem altaria paruula erigebat: ſocios pueros ad hoc idem faciendum incitabat, & denique ſuas orationes omnes, actioneſque beatiſſimæ Virgini offerebat. Grandior factus cùm anno ætatis ſuæ decimoquinto Monaſticum habitum in ſancti Petri de Cella Cœnobio ſuſcepiſſet, eam vitam egit, quæ ſanctæ Virginis Sponſum deceret: proceſſu verò temporis, duobus ſecum ſocijs aſſumptis, ad nemus, cui nomen eſt Moliſinus, pergens, ibi proprijs manibus laborans, ex ramis arborum domicilia & Oratorium in honorem ſanctiſſimæ Dei genitricis virginis Mariæ conſtruxit, & Abbas gubernauit. Ordinis Ciſtercienſis initio, cum crudele bellum ab aduerſarijs pateretur Robertus, fundatus tamen ſupra firmam petram, ſcilicet Dei genitricem Mariam, omnes inimicos ſuperauit. Conſtituerat enim Ordinem ſuum ſub eius tutela; omniaque Monaſteria ipſius Matris Dei nomini conſecrauerat. Quod pietatis genus quàm Deiparæ gratum fuerit, non alium ab ipſa Virgine teſtem aduocabo. Equidem Cæſarius, vir pietate, ſcientia, & ipſa antiquitate commendabilis, auctor eſt, beatiſſimam Virginem cuidam Extatico Aſcetæ verba talia aliquando protuliſſe: Ita mihi dilecti, ac familiares ſunt hi, qui de Ordine Ciſtercienſi ſunt, vt eos ſub vlnis meis fouẽa.

Ferreol. Locr. l. 3. Mar. Aug. c. 10.

Cæſar. li. 7. c. vlt.

Sur. in eius vit. tom. 2. d. vit. ſãct.

Beata autem Dei genitrix Maria, quæ Robertum, cùm adhuc vteri materni clauderetur anguſtijs, ſibi deſponſauerat, gratiam quam ſingularẽ à Domino accepit, commu-

municare non deſtitit ſeruo ſuo: nam à Sancti viri obitu, in Eccleſia Moliſmenſi, quam ille in honorem conſtruxerat eiusdem ſacratiſſimæ Virginis, cui ſe totum à primæua ætate dicauerat, & deuotione ſpeciali ſeruierat, creberrima miracula fieri cœperunt. Diuinæ autem diſpenſationis gratia in omnem terram diuulgante miracula, quæ Deus omnipotens ſuæ Matris precibus, & beati Roberti meritis in Eccleſia Moliſmenſi operari dignatus eſt, cœpit vndique gentium multitudo confluere. In ijs, quædam paupercula mulier morbo laborans caduco, ad Eccleſiam Moliſmenſem venire conſtituit, auxilium à Matre Domini, & beato Roberto eius famulo quęſitura. Secum igitur duobus puerulis aſſumptis, quorum alter ab eius vbere pendebat, alter verò greſſu debili eius veſtigia ſequebatur, iter proſequitur deſtinatum. Inclinante autem iam die ad Monaſterium Quinceij venit, hoſpitium à Monachis mendicans: ſed quia illorum Canon intra Monaſterij fines ſexum muliebrem non admittit, compulſa eſt miſera mulier inde recedens, in nemore pernoctare: vbi ſanè caſu fortuito focum reperit, quem è ſopitis cineribus rurſus excitans, cum duobus puerulis illic manſit. Media autem nocte lupus aduenit; & cùm mulier ex vna parte ignis ſederet, crudelis beſtia in altera recubauit. Quo viſo mulier fronti ſuæ ſignum Crucis imprimens ſe & pueros ſuos beatiſſimæ virgini Mariæ, & beato Roberto deuotiſſimè commendauit. Interea illam ſuus inuaſit morbus, & dum corpus ceu exanime palpitat, lupus quaſi de induſtria expectaſſet, minorem puerum abripiens aufugit. Morbo autem illo ſe remittente, fœmina tanquàm à morte reſurgẽs inter brachia ſuum quærit infantulum, quem paulo ante tenuerat, nec alibi ſe reliquiſſe ſciebat. Lætatur ſe illo morbi dolore liberatam; ſed ecce ſuccedit dolor illo acerbior, quando maiorem filium interrogans de minori, caſum planè miſerabilem cognoſcit. Quid faceret miſera mulier; aut quò ſe verteret, neſciebat; ſed inter lacrymas & eiulatus hæc ſubinde repetebat: Redde, redde depoſitum, beatiſſima virgo Maria; redde depoſitum

Pa-

Pater Moliſmenſis. Mira res, dum iſthæc crebro repetit, & beatam Mariam, ſanctumque Robertum ſæpiùs inuocando, vim doloris ſui exprimit: ecce bellua ſuæ feritatis oblita, cui proprium eſt non parcere, ſed vorare, de ſilua procedens, & innoxio ore puerum deferens, eum incolumem matri ſuæ reddidit. Tum illa conceptum mærorem ſubſequenti lætitia profligans, cœptæ peregrinationis iter proſequitur, & in multorum præſentia rei ſeriem enarrat. Porrò in dorſo pueri dentium relicta veſtigia eius verbis fidem conciliabant.

Vir etiam quidam in villa, quæ Nouallames dicitur, cum vxore ſua negotijs externis occupatus, domo ſua obſerata, ſolum reliquit infantulum in cunis dormientem. Interea ignis correpta materia paulatim increſcens, in flammas ſeſe, etiam foras diffunditur; cumque iam in tecti ſuperficie debaccharetur, accurrit populus illi periculo remedium allaturus; ſed fruſtrà id fuit, flammis aditum in ædes prohibentibus. Accurrunt etiam parentes, pueri nomen crebrò appellantes, tundunt pectora, lacerant capillos, præ amore chari pignoris non ſentiunt conflagrantes ædes, quarum diſpendium eius ſaluti poſthabebant. Mater hæc ſæpiùs iterat: Eſtote clypeus à facie ignis deuorantis, Domina Moliſmenſis, & beate Roberte. Demum aduolat ad puerum vterque parens; rogant, vt vel cineres flammis abſumpti pueri liceat inuenire. O rem planè ſtupendam! Inueniunt infantulum flammis arridentem, & cunabulis ſimul cum pannis in cineres redactis, in ſolum puerum ſæuire neſcit incendium. Ita in laudem ſuæ Matris, & ad beati Roberti merita declaranda, filius Dei Patris antiquum Babilonicæ fornacis miraculum dignatus eſt renouare. Pueró itaque à parentibus oblato, & Eccleſiæ præſentato, conuenerunt plurimi Dominum laudantes; quorum etiam conſilio, ne res obliuione deleretur, litteris mandata eſt.

Ad coronam peruenit Robertus Anno ſalutis 1098. ætatis ſuæ 83. tertio kal. Martij, in Eccleſia Moliſmenſi beatiſſimæ virginis Mariæ, quam ipſe, vt diximus, in

eius

eius honorem fundauerat, honorificè tumulatus.

Beatiſſimus autem Pater Albericus, vir ſanctimonia, & miraculis illuſtris, glorioſiſſimam Cœlorum Reginam ſumma pietate coluit, eidemque præcipua religione addictus fuit. Cùm aliquando beatus iſte vir, orationi intentus, ſpiritum ad æthera erigeret, apparuit ei pijſſima Mater, & Ordinis propagationem & incrementum promiſit, & adiecit: Ego Ordinem iſtum vſque in finem ſæculi protegam, & defendam. Qua viſione confirmatus, Ordinem ſuum à ſummo Pontifice Paſchaſio confirmari curauit, & primas leges Ciſtercienſibus ſanciuit. Imo Conſtitutiones, quas ipſe primò condidit, à beatiſſima Virgine accepiſſe fertur. Quadam nocte Alberico, eiuſque Monachis matutinas horas deuotè canentibus adfuit Deipara Virgo, cæleſtium ſpirituum ſtipata phalange, præferens manibus candidam & nitidiſſimam cucullam (ante enim nigris vtebantur) quam ſtupentis Alberici capiti impoſuit. Sed ecce miraculum miraculo excipitur; ſimul atque enim habitus ille albus Alberico impoſitus eſt, Monachorum in choro pſallentium cucullæ colorem mutarunt, & quæ ante nigri erant coloris, repente candidiſſimæ inſtar niuis colore ſunt tinctæ, & ſtatim ex oculis ſeruorum ſuorum beata Virgo euanuit. Vnde nigro habitu relicto albis veſtibus Ciſtercienſes vti cœperunt. Cumque ſæpè ab ipſa glorioſiſſima Angelorum Regina viſitaretur Albericus, & varijs miraculis clarus effulgeret; in morbum incidit, & Monachis ſui Ordinis propagationem, & incrementum promittens, cùm ad illum Litaniarum perueniſſet locum, Sancta Maria, ora pro nobis: facies eius cœpit quaſi diuina inſtar ſolis luce perfuſa intermicantes effundere radios, & mox velut in ſomnum leniter ſolutus, animam efflauit ſanctiſſimam. Anno Virginei partus 1107.

Chryſoſt. Henriq. in Menolog. Ciſtercie. die 26. Ian. Bened. Gono. in chronicò Deip.

Beatus verò Stephanus in Anglia honeſtis parentibus ortus, religionis, paupertatis & diſciplinæ regularis ardentiſſimus amator, & fideliſſimus æmulator, glorioſam Dei parentem toto cordis affectu dilexit: in cuius honorem vnà cum ſocio Alberico, cùm ad ſiluam Ciſter-

Chryſ. Henriq. loc. cit. die 5. Aug. & in faſcic. Sanctorum Ord. Ciſt. l. 2. diſtin. 28. cap. primo.

ſter-

Bened. Gdno. in eius vita de vir. PP. Occid. li.3.

ſtercium vocatam deueniſſet, Oratorium, ſeu Eccleſiam ædificauit. Huic cingulum laneum, quo ſcapulare ſtringeret, cælorum Regina ei viſibiliter apparens, obtulit. Cùm quadam die nimio dolore affligeretur, quod Ordinis ſui exterminium breui imminere formidaret; vidit, in ſpiritum raptus, copioſiſſimam hominum candidatorum turbam, quam iuuenis quidam pulcherrimus præcedebat. Vidit etiam beatiſſimam Dei parentem Mariam, quæ manum iuuenis apprehendens eum Stephano obtulit, dicens: Noli de cætero affligi, ſemper enim in conſpectu meo fuerunt lacrymæ tuæ, pro quibus hos omnes, quos vides, Ordini tuo obtinui, & reſeruaui, qui in dies augebitur, & dilatabitur. Inter cæteros verò hunc tibi commendatiſſimum eſſe volo, quia eum à multo tempore in peculiarem filium mihi elegi. Sic Deipera. Quibus dictis, viſio euanuit. Iuuenis autem à Deipara Virgine Stephano oblatus, fuit S. Bernardus, qui paulò poſt Ciſtercium veniens, cum ſocijs ampliùs quàm triginta, ſub eodem S. Stephano, ſuaui Chriſti iugo colla ſubmiſit. Stephanus tandem cùm flexis genibus ante imaginem quamdam virginis Mariæ Dominæ noſtræ, cui ſemper addictiſſimus fuerat, oraret; finis vitæ ſuæ ei reuelatus fuit, & præmium æternæ beatitudinis iam eum expectare intellexit; quod porrò præmium fœliciter aſſecutus eſt, anno 1134. die 8. Martij.

Bern. Brito in Annal. Ord. Ciſt. to 1. li.1.c. 12.

Quoniam verò glorioſiſſimæ virginis Mariæ ſacellanus, actuarius, iugiſque cultor Bernardus ſacri Ciſterctenſis Ordinis inſtitutor vulgò cenſetur, vt inquit Suarez tom. 4. de Religione Tract 9. lib. 2. cap. 3. num. 3. Eiuſdemque Ordinis Auctor, & fundator appellatur à B. Alano Rupenſi in Roſario beatæ Virginis part. 2. cap. 2. idcirco inter Marianos fundatores ipſi etiam locum tribuendum eſſe putaui.

Suar. to. 4. de Relig tr. 9. li.2.c. 3.n. 3. Alan. Rup. lib. de Roſ. B.V. p.2.c.2

DE.

DE SANCTO BERNARDO Abbate.

SANCTISSIMVS Pater Bernardus, ſacri Clareuallenſis Cœnobij Abbas primus, Ordinis Ciſterci enſis Amplificator mirificus, & ſacræ Romanæ Eccleſiæ mellifluus Doctor, erga Beatiſſimam Dei genitricem tanto ferebatur affectu, vt in familiaribus etiam colloquijs nullius ferè alterius rei mentionem, quam eiuſdem faceret: in omnibusque negocijs, & tribulationibus nullius opem tam feruenter, quàm Reginæ cœlorum imploraret. à qua ſingularibus priuilegijs fuit inſignitus, & præ cæteris ſanctis ſpeciali amoris prærogatiua nobilitatus. Adhuc puer beatiſſimam Dei parentem, puerum Ieſum fouentem, ſibique contemplandum offerentem conſpexit. Cùm aliquando infirmaretur vir Dei, & velut riuulus quidam phlegmatis inceſſanter ab eius ore flueret, ita vt exhauſto corpore vſquequaque deficiens paulò minùs ad extrema deueniret, adfuit ei B. virgo Maria, ſanctis ſtipata Laurentio, & Benedicto, qui imponentes ei manus, & loca doloris attactu pijſſimo lenientes, omnem protinùs ęgritudinem depulerunt.

Chryſ. Henriq. in faſci Sanct. Ord. Ciſt. lib. 1. diſt. 4.

Pſalterium, ſeu Roſarium beatiſſimæ Virginis mirifico zelo propagauit, & exemplo ſuo illuſtrauit Bernardus, & ad Pſalmorum Dauidis numerum, elegantiamque concinnauit. Fuitque id viro diuino certum inſtrumentum ad tantam vitæ ſanctitatem, quantam vidit Orbis, inuidit Orcus, hodieque veneratur Eccleſia. Vnde B. Alanus Rupenſis, Ordinis Prædicatorum in Roſario B. Virginis part 2. cap. 2. ait: Sanctus Bernardus Pſalterium Beatæ Virginis propagauit: & quid aliud zeloſiùs egiſſet ardentiſſimus ſponſæ Mariæ ſponſus? neque hic ipſius ſtetit ardor; ad Mariæ Pſalterium aliud ipſe iuxta numerum, ac ſententias Pſalmorum concinnauit, id quod vidi, manibuſque his pertractaui. Inde vir tantus tantam apud Deum ſibi gratiam adinuenit, vt vel in terra mul-

B. Alan. Rup in Roſ. B. V. p. 1 c. 8. & p. 2. c. 8.

Digitized by Google

Chryſ. Hẽriq. loc. cit.

multis altior Diuis merito Roſarij, Ordinisque ſanctiſſimi, ampliſſimique auctor fieret, & fundator. Sic Alanus. Ad tantam autem animi puritatem deuenit, vt crebriùs ab eadem pijſſima Matre viſitari mereretur, vt diſertè teſtatur in eius vita Philotheus Clareuallenſis Monachus his verbis:

Quid referam? quoties ſummi Regina theatri,
Nectareos illi viſa mouere ſonos,
Sæpè ſuum Virgo famulum venerata ſolebat
Viſere, & ambroſias ſæpe referre dapes.

Placid. Nigid. in Marial. opuſc. 3. li. I. c. 6.

Chryſ. Henriq. in Menolog. Ciſt. 13. Maij.

Certè nihil mirum, ſi eius nectareo lacte ablactatus, tantam loquendi dulcedinem, tantam in ſcribendo melliſluitatem hauſerit. In ſilua ſcripſit ſe didiciſſe, Gymnaſij meminit, non præceptricis, quæ vtique Virgo fuit, cuius cum lacte doctrinam hauſit omnem, & ad poſteros optimam hæreditatem tranſmiſit. Porrò de lactatione melliflui Doctoris ab auguſtiſſima Virgine, ac puriſſima Dei matre in M. SS. monumentis Ciſtercienſis Cœnobij hoc habetur: Diuus Bernardus lactatur à beata Virgine, decima tertia Maij. Hoc celebre miraculum, quia ab ijs, qui vitam S. Patris accuratè ſcripſerunt, intermiſſum eſt; fictum à pijs hominibus cogitauit Ioannes Bertel Munſterienſis in Luxemburgo Abbas, & vir alioquin doctus, craſſiſſimi erroris nebulis inuolutus, eiſdem alios excæcare conatus eſt. Sic enim in Dialogo 8. in Regulam ſancti Benedicti, ait: De Bernardi imagine, qua pingitur, genibus flexis ante Deificam Virginem Mariam: beataque Mater mamillam accipit, ſtringit, ac lac ſuum virgineum in oculos genua flectentis emittit, nemo putet hiſtoriam, ſed rem piè factam eſſe (niſi in ſpiritu fortè hæc contigerunt) nam nemo dubitet per multa ſæcula Mariam anteceſſiſſe Bernardum. Sed hanc finxiſſe puto pictores ex quibuſdam pijs eius ſermonibus, de quibus creditur, vt veriſimile, propter ſermonis dulcedinem, quòd doctrinam ſuam theologicam cœleſti oraculo acceperit, atque ob hoc Doctor melliſluus vocitetur à quibusdam. Crediderim potiùs, idque ſimpliciter, eum pingendum in candido

ſuo

ſuo habitu, ideſt alba cuculla cum baculo paſtorali. Et in primis neſcio vbi viderit, vel legerit hic auctor, quòd B. Virgo lac ſuum virgineum in oculos Bernardi emiſerit, & non potiùs in os; vt vniuerſæ orbis picturæ oſtendunt. Sed ne aliquis inanibus huius viri verbis vel ſeducatur, vel de huius virginei fauoris veritate dubitet, certiſſima proferam teſtimonia, ex ipſo loco, vbi miraculum accidit, deſumpta. Primum in lucem edidit Franciſcus Biuarius Nucalenſis lib. 1. Bernardi Vindicati §. 5. vbi ait: Suxiſſe autem Bernardum mamillam Virginis nemo neſcit; quod vtique vniuerſi Orbis picturæ ſacræ loquuntur, & grauiſſimo teſtimonio apud Caſtellionem hactenùs ſeruato, & à Reuerendiſſimo Domino Edmundo de Cruce, Ciſtercienſi Generali iuſtificato, comprobatur. Tenor autem teſtimonij eſt huiuſmodi: In Eccleſia S. Beroli Caſtri Caſtellionis ſuper Sequanam Lingonenſis Diœceſis, quædam imago in veneratione & honore beatæ virginis Mariæ antiquitus extitit conſtructa: quæ quidem imago S. Bernardo filium ſuum obtulit miraculosè in Eccleſia, dicens: Bernarde ſuſcipe puerum meum totius Mundi Redemptorem. Deinde quoque vltra omnem humanæ naturæ virtutē, ac ſi Chriſti frater naturalis fuiſſet, manu dictæ imaginis ſuſcepta mamilla, illico ſancto Bernardo ſibi deuoto ore aperto tres guttas lactis ab eiuſdem imaginis mamillis profluentes miraculosè diſtillabat. Quibus ſic ſuſceptis ab eodem dictæ imaginis mamillæ guttis, eiuſdem Dei genitricis Orator, & Chriſti filij ſui profeſſor, ac cæleſtis militiæ confeſſor fidelis, laudes quàm plurimas cęlorum Reginæ ſancto ſpirante pneumate, eiusdē Mariæ opitulante gratia compoſuit. Addam inſuper pulchrum huius miraculi teſtimonium, ex ipſo Caſtellione Lingonenſi ad Reuerendum Dominum Abbatem Caſtellionis Virdunenſis tranſmiſſum, à quo ipſum recepit Chryſoſtomus Henriquez, cuius hæc ſunt ipſiſſima verba: Caſtellione imago eſt B. Virginis, quæ S. Bernardum ſuo lacte quondam irroraſſe fertur. Cùm enim in B. Virginem ſingulari flagraret amore, ſe quoque

in

in eum, coram prædicta imagine indeſeſſe orantem, matrem eſſe monſtrauit. In dicto Caſtro ſacellum erat, in cuius parte ſiniſtra B. Virginis imago conſiſtebat. Ibidem, miles quidam demorabatur vocatus Picunt, qui ſuo fungens officio, in bellis ciuilibus, circumeundo Caſtrum, in dicto ſacello plus quinquagies, voces canentes, Aue maris ſtella, audiſſe teſtatur. Dictum enim miraculum accidiſſe memoratur, cùm, Monſtra te eſſe matrem, à S. Bernardo proferretur. Bellis ſopitis, caſtroque deſtructo, in templum tutiùs conſeruanda deportata eſt: vbi magna cum veneratione & populi concurſu: maximè verò vbi temporis neceſſitas exigit, in loco celebri, & eminenti aſſeruatur. Ex quo deponitur à tribus ſacerdotibus trium dierum ieiunio præparatis, & ſolemni in proceſſione, vnà cum reliquijs S. Veroli à plurimis Virginibus, eodem ieiunio triduano præmiſſo, deuotiſſimè circumfertur. Sunt Caſtellione, qui dicunt, eamdem imaginem, lactis guttas, cùm dimittitur, ſtillare. Nunc quoque ſuperſunt duo vitæ probatæ presbyteri illic demorantes; vnus Edmundus vocatur, alter Clemens, qui clarè & palam affirmant in manus tertij ſacerdotis, qui Iacobus Viandet dicebatur, modò defuncti, lactis copiam defluxiſſe; ita vt ſacriſtiã petere, illicque manus abluere cogerêtur. Reperta eſt etiam paucis abhinc annis antiquiſſima quædam imago B Virginis in eodem Caſtellionenſi Caſtro, cum hac inſcriptione.

Bernarde multum mi dilecte Capellane,
Cape, ſuſcipe de manu mea
Dulcem Ieſum Saluatorem Mundi.

Huius etiam miraculi hiſtoriam pulchre depingit Iacobus Bidermãnus Epigrammatum libro 2. his verbis.

Virgineo ſtabat ſignum venerabile templo,
Indita cui magnæ forma parentis erat.
Hic ſolitam Bernardus opem dum ſedulus optat,
Tergeminumque leui murmure dicit, Aue.
Ter vocat ætheriæ portam blandiſſimus Aulæ,
Ter ſtellam æquoreæ ternuus orat aquæ.

De-

Denique, Mater, ait, magni fœcunda Tonantis:
Incipe te Matrem virgo probare meam.
Sic ait, & niuei reſpexit ad vbera ſigni,
Vbereque à niueo lacteus imber ijt.
Cui medium flexo poſtquàm aera tranſijt arcu,
Arida Bernardi fluxit in ora liquor.

Nec id ſemel, ſed iterum atque iterum Bernardo accidiſſe pro certo conſtat. Nam præterquod in caſtro Caſtellionis virgineo lacte irrorari meruerit: Spiræ etiam in Germania ſimili fauore ab ipſa Dei parente donatus eſt, vt habet Biuarius lib. vlt Bernardi vindicati §.10. vbi ait: Aliunde verò liquet S.Bernardum deuotiſſimum eiuſdem Cantici, ſeu Antiphonæ, nempe, Salue Regina, extitiſſe; quippe cùm & illa vltima verba, O clemens, ò pia, o dulcis virgo Maria, ipſe addiderit, eo tempore, quo Legati Apoſtolici munere functus, Spiram inuiſit; vbi cùm illius decantationi adeſſet, ſpiritu Dei afflatus, ter genua flexit ante Deiparæ imaginem, à qua meruit reſalutari illis verbis: Salue Bernarde. Cuius rei hodieq. teſtimonium extat in Cathedrali Eccleſia, teſte Guillermo Einſengrenio, in Spiræ Chronicis tabulis æreis inciſum: quamquam & ipſe velit, tunc quoque egregio illo dilectionis pignore lactis virginei donatum fuiſſe Bernardum; id quod Caniſio, Coſtero, & alijs placuiſſe video. Hoc idem ad longum proſequitur Barnabas de Montalbo Tom. 1. Chronic. Ciſtercienſium lib. 3. cap. 64. vbi rem pulchrè deſcribit; & etiam nunc Dei parentis imaginem, ex cuius mamilla lac miraculosè in os Bernardi effluxit, ſumma veneratione aſſeruari, & maximo populi concurſu, fœminarum præſertim, quæ vel vberum dolore, vel lactis penuria laborant, coli teſtatur: variaque in huius miraculi comprobationem teſtimonia affert. Tandem Bernardus de Brito Chronic. Ciſterc. lib. 1. cap. 26. expreſſe aſſerit, id idem in Claraualle ſua mellifluo Patri accidiſſe. Dum enim, inquit hic auctor, ſermones ſuper Miſſus eſt, ſanctus Abbas ſcriberet, & totus Diuæ Virginis laudibus intentus quadam nocte templum intraret, in exſtaſim raptus, eamdem Dei genitri-

cem puerulum Ieſum dulciter amplectentem, & copioſo Angelorum numero circumſtipatam, magnoque, ac diuino ſplendore coruſcam contemplatus eſt, in cuius amorem, dum pius Pater dulciter ferretur, Virginei lactis nectar guſtare meruerit; & ab eo tempore dulciùs, ſuauiùs, eloquentiùs atque ſolidius eiuſdem ſanctæ Matris laudes proſecutus eſt: ita vt cæleſti hoc fauore donatum fuiſſe conſtet, diuerſis temporibus, & varijs in locis: Caſtellione ſcilicet, Spiræ, & in Clarauallenſi Cœnobio: vnde antiqui illi verſus, qui in initio Miſſalis Ciſtercienſis obſeruantiæ leguntur.

Splendet vt ante alias cæli via lactea partes,
Ciſterci ante alios, ſic nitet Ordo ſacer.
Hauſit enim Bernardus opem, & cum lacte nitorem
A Genitrice Dei, quo ſuus Ordo micat.

Chryſ. Henriq. in Menol. Ciſter. die 18. Oct. Decimoquinto kalend. Nouembris in Belgio celebratur commemoratio B. Mariæ virginis, quando per os imaginis Affligemienſis, præſente Monachorum cętu, & copioſa populi multitudine, ſanctiſſimum Patrem Bernardum ſalutauit, clara voce dicens: Salue Bernarde: quæ imago in tanti miraculi teſtimonium in magno ſeruatur honore. Celeberrima huius miraculi memoria extat in Affligemienſi Cœnobio. Ibidem enim Pater ſanctus duabus concionibus habitis, Monachos ad rigidiorem regulæ S. Benedicti obſeruationem fruſtra pertrahere conatus eſt. Cùm ergo ibi eſſet, multique eum comitarentur, ante imaginem diuæ Virginis tranſire neceſſe fuit: quam vir ſanctus intuens, ſtatim diuini amoris impetu extra ſe factus, genua flexit, eamque dulciter ſalutauit, inquiens: Aue Maria. Et ecce cunctis audientibus, ex eadem imagine vox clara & diſtincta in hæc verba erupit: Salue Bernarde. Id in antiquis illius Cœnobij Annalibus expreſſum reperitur, extantque ea de re hi vetuſtiſſimi verſus.

Bernardus, Maria, ait, mea: Aue tu, Virgo beata,
Et tibi Aue, Bernarde, Ego imago redico volenter.

Et in Chronico Cœnobij Gemblacenſis legitur: Ante Belgij deſolationem, atque in ipſo Belgio fidei Catholi-

licæ labefactationem, in Monaſterio Affligemienſi Dei Genitricis erat imago, cui, Vale, dicens Bernardus, Vale, inquit, alma Maria: at Bernarde, Vale, ait S. Maria. Hæc ibi: quæ imago B. Mariæ Pacis (ob pacem eodem tempore non ſine miraculo obtentam) titulo ſalutata eſt, & vſque in hodiernum diem, tum Affligemij, tum Bruxellis, quæ Principum Belgij curia eſt, Dei parenti, eiuſque dilectiſſimo Bernardo, huius pacis inuentrici, & mediatori, publicis monumentis gratias referunt. Simili fauore, vt diximus, ab eadem Angelorum Regina ſanctus Pater affici meruit in Germania: nam cùm aliàs ciuitatem Spirenſem intraſſet, & ante eiuſdem Virginis ſtatuam pertranſiſſet, eamque more ſolito ſalutaſſet, ab ea viciſſim in conſpectu totius populi, qui eum ſequebatur, reſalutatus eſt his verbis, Salue Bernarde: narrat id Gonzalus de Illeſcas in vita Innocentij II. Nauclerus generatione 39. Montalbus tom. 1. lib. 3. cap. 56.

Natiuitas domini noſtri Ieſu Chriſti ex B. Virgine B. Patri Bernardo ſingulari priuilegio per reuelationem fuit oſtenſa; vt meruerit videre puerum Ieſum recenter natum, eiuſque genitricem Mariam, & S. Ioſeph, eadem hora noctis, qua Verbum caro factum ex vtero virginali prodijt: tantoque fauore cùm adhuc puer eſſet, nobilitari meruit. Qualiter acciderit, ſic narrat B. Guilielmus Abbas S. Theodorici, lib. 1. vitæ *ipſius* cap 2. Cùm non parum in fide proficeret, adiecit ei Dominus apparere, ſicut olim puero Samueli in Silo, & manifeſtare ei gloriam ſuam. Aderat namque ſolemnis illa nox Natiuitatis Dominicæ, & ad ſolemnes vigilias omnes, vt moris eſt, parabantur: cumque celebrandi diuini officij hora aliquantiſper protelaretur, contigit, ſedentem, expectantemque Bernardum cum cæteris inclinato capite paululum ſoporari: affuit illicò puero ſuo ſe reuelans pueri Ieſu ſancta Natiuitas, teneræ fidei ſuggerens incrementa, & diuinæ in eo inchoans myſteria contemplationis. Apparuit enim velut denuò procedens ſponſus è thalamo ſuo: apparuit ei quaſi iterum ante oculos ſuos naſcens ex vtero Matris virginis Verbum infans,

Chryſ. Hér. in Menol. Ciſt. die 25 Decemb.

ſpecioſus forma præ filijs hominum, & pueri ſancti in ſe rapiens minimè iam pueriles affectus. Perſuaſum autem eſt animo eius, & nunc vſque fatetur, quod eam credat horam fuiſſe dominicæ Natiuitatis: ſed & facile eſt aduertere ijs, qui eius auditorium frequentarunt, in quanta benedictione ea hora præuenerit eum Dominus, cùm vſque hodie in ijs, quæ ad illud pertinent Sacramentum, & ſenſus ei profundior, & ſermo copioſior ſuppetere videatur. Vnde & poſtmodùm in laudem eiuſdem Genitricis, & Geniti, & ſanctæ eius Natiuitatis inſigne edidit opuſculum inter initia operum ſuorũ, ſeu tractatuum, ſumpta materia ex eo Euangelij loco, vbi legitur, Miſſus eſt Gabriel Angelus à Deo, &c. Et Ordo Ciſtercienſis in hymno, quem recitare ſolet ad Veſperas in huius Sancti ſolemnitate.

Naſcentis ei claruit,
Clara Chriſti Natiuitas,
Hoc à te donum habuit,
O lux beata Trinitas.

Et in hymno ad Completorium, habetur:

Tardant vigiliæ, dormit ad oſtium,
Mox venter Mariæ producit filium,
Laudes homiliæ prouocant ſtudium, &c.

Et quidem eximiam, quam erga Virginem gerebat pietatem, in ſuis ſcriptis abunde omnibus teſtatam reliquit alijsque eãdem pietatem vehementer commendat. In ſermone enim de Aquæductu, Filioli; Hæc, inquit, peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. Nec pro ſe ſolùm Bernardus; ſed & pro alijs Deiparam inuocare ſolitus erat, vt videre eſt in ſermone 2. Dominicæ 1. poſt Epiphaniam: Quoties mihi neceſſe eſt, fratres, poſt lacrymoſas querimonias veſtras exorare matrem miſericordiæ, vt ſuggerat ſuo benigniſſimo filio, quoniam vinum non habeatis: & ipſa, dico vobis, chariſſimi, ſi pie à nobis pulſata fuerit, non deerit neceſſitati noſtræ, quoniam miſericors eſt, & mater miſericordiæ. Ad hanc pietatem ſuos ſæpè ita hortabatur in homilia 2. ſuper Miſſus eſt: In periculis, in anguſtijs,

Spinell. in Thron. Dei par. c. 35.

ſtijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca: non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis ſuffragium, non deſeras conuerſationis exemplum. Et ſermone citato de Aquæductu in natiuitate Virginis: Totis medullis cordium, totis præcordiorum affectibus, & votis omnibus Mariam hanc veneremur; quia ſic eſt voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam. Et in fine eiuſdem ſermonis: Quicquid illud eſt, quod offerre paras, Mariæ commendare memento, vt eodem alueo, ad largitorem gratiæ gratia redeat, quo influxit. Hæc pauca de multis, quæ Bernardus hac de re pleno ore in ſuis ſcriptis pronunciare ſolet. Fertur, huius ſancti Patris eſſe, deuotiſſimus & pijſſimus ille hymnus, toties in laudem B. Virginis repetitus: Chry. Henr. in faſc. SS. Ord. Ciſt. l. 1. diſt. 4.

Aue maris ſtella,
Dei Mater alma,
Atque ſemper virgo,
Fœlix cæli porta.

Nec ab hac ſententia diſſentit Franciſcus Coſterus Societatis IESV, qui in meditationibus, quas in hunc hymnum compoſuit, ſic in principio ait: Hoc carmen incerti quidem auctoris eſt: refert tamen dulcedinem S. Bernardi melliflui, cui à nonnullis tribuitur. De hoc deuotiſſimo Deiparę Virginis cultore Petrus Abbas Cellenſis lib. 6 Epiſtolarum, Epiſt. 23. ad Nicolaum Monachum S. Albani, qui verborum iacula in ſanctum emiſerat, loquitur in hunc modum: Alumnus fuit familiariſſimus Dominæ noſtræ, cui non vnam tantum Baſilicam, ſed totius Ordinis Ciſtercienſis Baſilicas dedicauit; ad cuius laudem politiſſimos tractatus, & facundos compoſuit. Si ergo potes tangere pupillam oculi Dominę noſtrę, ſcribe contra Bernardum ſuum, cui loquitur ipſa: Qui tangit te, tangit pupillam oculi mei. Per. Cellenſ. li. 6 Epiſt. ep. 23.

Vtebatur Bernardus interpoſitione nominis Deiparæ, ad conuerſionem peccatorum: vnde poſtquam nobilem Gallũ varijs tentatis nequiuiſſet à grauiori ſcelere auocare: Age, inquit, ſaltem abſtine ad triduum in honorem Dei, abſtinuit; rogauit vt alterum triduum in honorem Baliug. in Cal. Mar. die 20. Aug.

beatæ Mariæ virginis abſtineret, abſtinuit: tertiò, vt in honorem ſanctorum omnium, & id præſtitit; donec ad Bernardum reuerſus, non iam trium dierum inducias, ſed perpetuam cum Deo pacem ſe habere velle profeſſus eſt.

Chry Her. in faſc. loc. cit.

Die quadam dominica, cùm ad altare B. Mariæ in maiori Eccleſia Leodienſi, Pater ſanctus miſſarum ſolemnia celebraret, coram vniuerſo populo, puer oblatus eſt, quẽ ex vtero claudum eſſe dicebant; vbi verò ſignauit tibias eius, & renes tetigit, apprehendens manum ipſius, erexit eum protinus & deduxit. In Eccleſia item B. Mariæ Cameraci, ad altare ſublimius, dum Chriſti corpus & ſanguinem immolaret, accedentibus cæteris ad oblationem, puer adductus eſt ſurdus & mutus ex vtero matris ſuæ, ſancti Patris manum exoſculans, auditum ſimul, & loquelam recepit.

Idẽ Chryſ. loc. cit.

Inſtabat aliquando ſanctiſſima ſolemnitas Aſſumptionis intemeratæ, & immaculatæ Virginis Dei genitricis Mariæ, & fratres Grangiarum Claraeuallis ob reuerentiam tantæ diei ad Abbatiam feſtinabant. Verùm in vna ex his Grangijs, quæ viciniores erant, fuit Conuerſus quidam religioſus, ac timens Deum, nomine Deſiderius, qui etſi pro ſimplicitate ſua perfectiora quæque ſacræ Religionis apprehendere nequibat, bonæ tamen voluntatis, & deuotionis exiſtens, pijſſimam Dei genitricem Dominam noſtram ſincero venerabatur affectu. Cùm autem Magiſter Grangiæ ordinaret, quinam ad Abbatiam ire deberent, vel qui ob tutelam domi remanerent; inter cæteros, qui remanſuri erant, eidem fratri cura cuſtodiendarum ouium commiſſa eſt: quam conditionem licet ægerrimè, quoniam ſperabat, & multum deſiderabat diuinis hymnis, & canticis ſpiritualibus intereſſe, quæ à ſancto illo Conuentu, in honorem Reginæ cœli deuotiſſime perſoluenda fore ſciebat; nihil tamen auſus contradicere, humiliter paruit imperanti. Vnde accidit, vt deuotio ſancta, quam mente conceperat, quamque per inquietudinem terrenæ occupationis, quam obedientia iniunxerat, perdere timebat,

ea-

eadem obedientia promptam ipſius voluntatem remunerante, velut ignis ſcintillans, & exæſtuans in præcordijs eius, magis ac magis dilatata feruentior efficeretur. Nocte itaque ſanctiſſimæ celebritatis, dum ſollicitas excubias ſuper gregem ſuum in paſcuo quieſcentem ſeruaret, factum eſt, vt ſonitus ſigni matutinalis, quo fratres ad diuinas laudes perſoluendas in Cœnobio excitabantur, aures ipſius reuerberaret. Tunc verò concaluit cor eius in ipſo, & in meditatione ipſius exarſit ignis, conſiderans ſanctæ multitudinis frequentiam, feruorem, & deuotionem, & quàm ſincero affectu piiſſimæ matri miſericordiæ, ſancti illi Monachi cæleſtis harmoniæ odas in commune perſoluerent, & qualiter ſinguli apud ſe in ſecreto ſuo, eiuſdem ſanctæ Virginis patrocinium votis, & ſuſpirijs implorarent: protinùs igitur exurgens, tantæque deuotionis pro modulo ſuo particeps effici cupiens, verſus illam plagam cœli, qua Monaſterium ſitum erat, vultu & animo intentus ſtabat. Dehinc conſuetudinarijs precibus, quæ Conuerſis, vice Matutinarum, ſtatutæ ſunt, quantò potuit deuotiùs expletis, cùm in paupere armariolo cordis ſui enixius quæreret, quid precis, quidve laudis ſanctæ Theotoco diuinæ miſericordiæ offerret; vnde protelatas, & in longum valde productas fratrum vigilias aliquo modo recompenſare potuiſſet, nihil aliud præter ſalutationem eiuſdem piæ Dominæ, quam vtcumque didicerat, ſe ſcire inuenit. Hanc itaque tamquam Verbum conſummans, & abbreuiatum, in quo plenitudo totius deuotionis inueniri poſſet, aſſumens, & oculos ad cœlum dirigens, venias venijs, ſuſpiria ſuſpirijs, ſalutationeſque ſalutationibus ſuperaddidit; & in tam religioſo negotio reliquam noctis, & diluculi partem ſine tædio tranſegit. Diuina namque cooperante gratia, quæ tantum feruorem in corde ſui pauperis accenderat, identitas mater faſtidij, nouerca deuotionis, miro contrario modo faſtidium propulſabat, & deuotionem exacuebat: dum verba illa ſuauiſſima, & omni melle dulciora, ſimplici corde prolata, itidemque crebriùs repetita, gratiam & fa-

fauorem vniuerſalis Dominæ oranti, & ſuſpiranti cœlitùs impetrarunt. Denique, quod non fruſtrà in gemitu ſuo laborauerit, nec incaſſum miſericordiam à Matre miſericordiæ quæſierit, Dominus beatiſſimo Patri Bernardo per ſpiritum reuelare dignatus eſt: qui diuinis hymnis expletis, ſacriſque myſterijs in honorem præcelſæ Dei genitricis, & virginis Mariæ à ſingulis ſacerdotibus deuotiſſimè celebratis, cùm in Conuentu fratrum, ob tantæ ſolemnitatis prærogatiuam commendandam, ſermonem faceret, Spiritusſancti gratia vehementer ignitus, inter cætera dixit: Et quidem fratres mei dilectiſſimi, dubitare fas non eſt, vos Domino Ieſu Chriſto vero Regi, necnon & ſpeciali Patronæ noſtræ glorioſæ virgini Mariæ matri ipſius, ſanctum beneplacitum, & acceptabile deuotionis veſtræ ſacrificium hac nocte obtuliſſe; ideoque fructum laboris veſtri, mercedem æternam apud Dominum, & eamdem benigniſſimam protectricem noſtram vobis repoſitam eſſe, certiſſima fide tenere debetis. Verum tamen ſcire vos volo, vnum eſſe ex minoribus, & ſimplicioribus fratribus noſtris conuerſis, quem obedientia hac nocte in montibus, & filuis tantæ feſtiuitatis gaudia celebrare coegerat, tam iucundum, tam deuotum, tam feſtiuum Dominæ noſtræ exoluiſſe ſeruitium, vt nullius noſtrum, quantumcumque ſuſpenſa contemplatio, ſeu intenta deuotio ipſius deuotioni; quam non alta contemplationis ſublimitas, ſed ſubmiſſa ſanctæ ſimplicitatis effecit humilitas, præferri potuerit. Quo audito, mirati ſunt vniuerſi.

Obijt Bernardus, deuotiſſimus ſummæ Mariæ cultor, & puer (ſic eum appellat Dionyſius Carthuſianus lib. 4. de Laudibus Virginis art. 4.) anno à Virginali partu 1153. ætatis ſuæ 63. Nec defuit militi ſuo, in vltimo, & periculoſiori agone Virgo beata, eum ſua gratiſſima præſentia contra omnes callidiſſimi hoſtis verſutias muniens, eumque victorem in æternæ gloriæ tabernaculum introducens; vt teſtatur Philathæus, dum cecinit.

Talia vix breuibus dederat mandata loquelis,
Saucia ſollicito corda dolore leuans.

Cùm

Cùm niueus, lacrymas inter gemituſque ſuorum,
Spiritus abiecto corpore celſus abit.
Ipſa per aerios Virgo nitidiſſima tractus,
Viſa eſt cæleſtes ducere læta choros.
Purpuream que trahens animam ſuper arce locauit
Empyrea, lateri compoſuitque ſuo.

Refert Nicolaus Monachus ſancti Albani, Conuerſum quẽdam Claraullis narraſſe conuentui in viſu noctis ſibi viſum fuiſſe beatiſſimum Patrem Bernardum, maculam ad pectus ſignatum, palinodiam decantantem eorum, quæ contra feſtum Conceptionis ſcripſerat: ſed fabulam confutat Petrus Abbas Cellenſis in epiſtola contra eumdem Nicolaum, necnon Franciſcus Biuarius Mantuæ Carpetanus in ſuis ſanctis Patribus vindicatis à vulgari ſententia, quæ illis in controuerſia de Virginis Conceptione imputari ſolet. Vbi inſuper oſtendit Apem mellifluam ſine aculeo, Bernardum inquam, cætera Virginis bellè, in controuerſia quoque Conceptionis, nihil ſiniſtrè loquentem; immò multis in locis præſeruationem Virginis ab originali contagio afferentem, ipſiuſque, vt creditur, precibus, ſpecialem ordinem Conceptionis in Eccleſia fundatum, ſub eiuſdem Bernardi inſtituto. Vid. Ep. Petr. Cellen. li. 9. ep. 9.

DE B. ROBERTO BLESIO Ordinis Fontis Ebraldi Fundatore.

CAPVT X.

Monachorum, & Monialium fontis Ebraldi Ordo, ſic dictus à celebri fonte, iuxta quem primum huius familiæ Monaſterium ædificatum eſt in Gallia in Diœceſi Pictauienſi, inſtitutus fuit à S. Roberto Bleſio Pariſienſi, Monacho Benedictino, egregiè in ſanctiſſimam Deiparam Virginem deuotione illuſtri. Balduuin. Eps Dolēſis in eius vit. apud Gon. in chron. B. V. Mariæ.

ſtri. Sunt ferè huius Ordinis Monaſteria duplicia, ideſt, virorum & fœminarum, muro diſtincta; eiuſdemque Ordinis inſtitutum eſt, vt Monachi ſubdantur, & obediant Abbatiſsis, & alijs Virginibus, propter illa verba Domini in cruce pendentis: Mulier, ecce filius tuus. Viciſſim verò teneantur Abbatiſſæ, cæteræque Moniales, tanquam matres, Monachos magno amore proſequi, & de eis curam habere, propter illa Chriſti verba ad Ioannem: Ecce mater tua. Propterea B. Robertus omnia virorum Monaſteria ſancto Ioanni Euangeliſtæ dicauit; Virginum verò, beatæ virgini Mariæ: vnde vocatur etiam Ordo B. Deiparæ virginis, & S. Ioannis Euangeliſtæ. Vitam ſempiternam inuenit ſanctè moriens, anno ſalutis 1117. quem alij Robertum Arbicellum; alij de Arsbruſcellis appellant. Vide Martyrologium Gallicanum 27. Decembris, & Benedictum Gononem in Chronico beatæ Virginis ad annum 1099.

DE SANCTO BRVNONE Colonienſi, Ordinis Carthuſianorum Fundatore.

CAPVT XI.

DOctiſſimus Bruno Carthuſiani Inſtituti primus auctor, parens, & architectus, natione Germanus, Colonia Agrippina oriundus, inſigni deuotionis cultu aduerſus illibatam Dei Matrem ferbuit. Patet hoc, cùm ex alijs, tum præcipuè ex varijs, pijs, atque eruditis opuſculis, quæ ipſe in tantæ Virginis honorem concinnauit, à Theodoro Petreo in tom. 3. operum eiuſdem relatis, atque à nobis in noſtra Mariana Bibliotheca enumeratis. Ad laudem Matris Domini inuitari ſe ſentiens à Spiritu ſancto per os Dauid patris ipſius Virginis, illis pſalmi 86. verbis: Glorioſa dicta ſunt de te Ciui-

Ciuitatis Dei: his illam illuſtribus præconijs commendabat. Non incongruè virgo Maria Ciuitas Dei appellatur, quam virginitas mentis & corporis quaſi murus ita ex omni parte vallauit, vt nullus vnquàm libidinis acceſſus adeſſet, & omnis inimicus à ſuę virginitatis corruptione deeſſet. Solet quippe Ciuitas vocari quælibet magna hominum collectio, munita vndique muro, & turribus, vt illius munitionibus hoſtes repellant; & ſe per illas defendant. Vnde & in laude ipſius Salomon applaudit, dicens: Pulchra es & decora filia Ieruſalem, terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Virgo quippe Maria merito filia Ieruſalem vocatur; quia ipſa fuit filia viſionis pacis, ideſt, filia & mater illius, qui fecit pacem ijs, qui erant longè à Deo, ideſt, Gentilibus idololatris; & ijs qui propè, ſcilicet, Iudæis, qui propinqui erant Deo per cognitionem legis. Vnde in natiuitate eius ab Angelis canitur: Gloria in altiſſimis Deo; & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hæc filia Ieruſalem pulchra eſt per internarum decorem virtutum; & decora eſt per exemplum virginitatis, quod toti exhibuit mundo. Eſt etiam terribilis, vt acies caſtrorum ordinata; ad quam omni virtute circummunitam non audet aliquis hoſtis accedere, vt quæ Spiritus ſancti protegitur adumbratione. Vnde & de hac ciuitate, iure glorioſa, & magnalia dicuntur, non ſolum ab hodiernis, ſed etiam ab antiquis Patribus & Angelis. Nonne enim valde glorioſum eſt, quod de ea ipſe Dauid pater eius in hoc eodem pſalmo dicit: Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus? Impoſſibile enim eſt, quantum ad alios homines, vt aliquis ſit fundator Ciuitatis, in qua naſcitur; quia ante quàm ſit natus, non poteſt fundare Ciuitatem: ſed Chriſtus, qui eſt Altiſſimus, per hoc quòd Deus eſt ante omnia tempora, fundauit Ciuitatem hanc, ideſt, Matrem creauit; & tamen vt homo in fine temporum natus eſt in ea, ſumendo carnem ex ea. Mirabile eſt ergo & glorioſum in hac Ciuitate, quòd ille qui fundauit eam, natus eſt in ea: glorioſum etiam fuit & admirabile, quod in figura iſtius Ciuitatis virga Aaron ſubitò

Vide ſerm eius de lau dib. B. V. M

Cant. c. 6.

Lucæ ca. 2

Num. c. 17.

flo-

floruit in tēplo, & nuces amygdalinas produxit ſine aliquo humore. Significabat enim quòd hæc glorioſa Virgo, quæ ſecundùm Iſaiam fuit virga de radice Ieſſe, genuit florem, ideſt Chriſtum, qui eſt flos campi, ideſt, mundi, & liliū conuallium, ſecundùm Salomonē, & eum non ex æſtu mentis, ſed ex ſuperueniente Spiritu ſancto concepit: vnde Salomon in Canticis Canticorum gloriam iſtius Virginis decantat, dicens: Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus: emiſſiones tuæ paradiſus. Virgo quippe Maria fuit hortus, in quo varij flores virtutum erant; & concluſus, quia vndique virginitate munitus eſt: & fons ſignatus ſigillo ſacroſanctæ Trinitatis: & emiſſiones, ideſt, fructus eius ſunt paradiſus, ideſt, deliciæ, quibus delectatur Deus. Cuius odorem longè antea odorauerat Iſaac, dicens: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Et Iſaias: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Et Ieremias: Faciet Dominus miraculum ſuper terram: fœmina circumdabit virum, ideſt, virgo Maria portabit in vtero Chriſtum, quem totus mundus capere non poteſt. Et Ezecchiel: Vidi portam in domo Domini clauſam, quam Dominus intrauit & exiuit, & clauſam reliquit, quia virgo ante & poſt partum. Vnde Angelus ad eam: Aue gratia plena, Dominus tecum: Ecce concipies in vtero, & paries filium; ſed Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Recte ergo dictum eſt à Dauid: Glorioſa dicta ſunt de te, Ciuitas Dei. Et nos ergo, fratres, Matrem Domini glorioſam cum Patriarchis, & Prophetis, & Angelis prædicemus, & laudemus, vt eam apud filium ſuum pro nobis orantem ſentiamus, & ipſum filium ei pro nobis annuentem agnoſcamus. Sic ille.

(Iſaiæ c. 11. — Cant. ca. 2. — Ibid. cap. 4. — Gen. c. 27. — Iſaiæ ca. 7. — Ierem. 31 — Ezech. 44 — Lucæ ca. 1.)

Aiebat, mortem per Euam factam, vitam per Mariam redditam eſſe: illam à diabolo victam eſſe, hanc diabolum ligaſſe, & viciſſe. Cùm enim ab Eua vſque ad Mariam linea dominicæ generationis extendatur, in ipſa tandem ille hamus ligatus, & incarnatus eſt, per quem captus eſt ille Leuiathan, ſerpens antiquus, qui eſt diabo-

(Ex ſerm. eius de Natiu. B. M. V.)

bolus, & ſatanas: vt qui per fœminam in regnum intrauit, per fœminam de regno extraheretur: & qui fœminam illuſit, & ſuis ſibi vinculis ligauit, ab hac vna fœmina illuderetur, & ligaretur. Hoc eſt enim (ſubdebat) quod Dominus ad beatum Iob loquitur, dicens: Numquid extrahere poteris Leuiatham hamo, & fune ligabis linguam eius? numquid illudes ei quaſi aui;& ligabis eum ancillis tuis? Non tu; quaſi dicat, ancillis tuis eum ligabis, quem nec ipſi viri fortes ligare potuerunt. Ego tamen per vnam ancillam meam eum ligabo,& fortitudine priuabo. Hæc autem nobilis ancilla, eſt beatiſſima virgo Maria, quæ etiam de ſeipſa loquitur, dicens: Magnificat anima mea Dominum; & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo: Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Vide humilitatem, Ancillam ſe vocat, quæ cœli, terræque Regina à Deo conſtituta eſt: legerat enim; quantò maior es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Sed conſidera potentiam Dei, qui tantam ſuperbiam per vnius Virginis humilitatem domuit, nihil ad eam ſuperandam cæleſtes fortitudines mittere, vnam ex ancillis mandauit, cuius humilitate & ſapientia ille ligatus eſt,& ſuperatus: de cuius potentia & fortitudine ipſe Dominus ad eumdem Iob: Non eſt poteſtas ſub cælo, quæ ei comparari poſſit. Cernens autem Bruno dæmonem tam ſuperbum, tam arrogantem, tam potentem, tam fortem, ab vna Virgine ancilla captum, illuſum & ligatum, exultatione plenus exclamabat: O beatiſſima inter mulieres, hæc ancilla, hæc Dei mater, & ſuperni Regis nobiliſſima filia, cuius hamo Leuiathan captus eſt, cuius humilitate quaſi auis illuſus eſt, cuius ſapientia quaſi latro,& vile mancipium ligatus eſt. Conſidera modò, quantas gratias debeamus beatiſſimæ Dei Genitrici. Conſidera quantis laudibus eam extollere, & prædicare debeamus; ſi tamen digni ſumus, quorum laudes inter omnes creaturas pulcherrima ſuſcipere dignetur; cuius humilitate & ſapientia hic tantus hoſtis captus & ligatus, & de regno, quod tanto tem-

Iob cap. 40
Lucæ ca. 1.
Eccl. ca. 3.
Iob ca. 40.

tempore iniuſte poſſederat, eiectus eſt. Ipſam igitur laudare, ipſam prędicare non ceſſabat; ſimulque cum Gabriele Archangelo dicebat: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc. 1.*

In feſto Purificationis ſanctæ Dei Genitricis, dignam offerre volens Deo oblationem, Mariam Reginam, & Dominam noſtram imitabatur; offerens & ipſe cum ipſa par turturum, & duos pullos columbarum: animæ ſcilicet, corporiſque integritatem, & innocentiam Domino reddens: hoc enim in his auibus ſignificatur; quarum altera de caſtitate, altera de innocentia commendatur. Oblationem autem illam turturum, aut columbarum, quam Deipara ſimul cum filio Domino obtulit, maximè ad ipſam pertinuiſſe iudicabat, quæ caſtitatis & manſuetudinis præcellit virtute. *Ex ſerm eius de Purificat.*

Feſtum Annunciationis beatæ virginis Mariæ, ſupra omnes dies feſtiuum, ac celebre habebat, probè noſcens gloriam, quam mundo hic dies peperiſſet; hoc enim die Verbum caro factum eſt, & Dei filius incarnatus eſt, quod quidem niſi factum fuiſſet, numquàm natus eſſet, numquam paſſus eſſet, numquam reſurrexiſſet, numquam infernum expoliaſſet, numquam cœlos aſcendiſſet, numquam Spiritum ſanctum Apoſtolis miſiſſet, in quo baptizati ſumus, in quo & per quem fit remiſſio peccatorum: vnde diem hanc primam feſtiuitatem; & principium, & cauſam aliarum omnium feſtiuitatum appellabat. Quam feſtiuitatem ipſe deuotiſſime celebrabat; omneſque vt cum Maria, de nuncio ei ab Angelo cœlitùs allato, gratularentur, hortabatur. Conſiderans Gabrielis ad beatiſſimam Virginem legationem, qualis & quanta eſſet; & quæ conſilia, quæ ſecreta, quales, & quantas vtilitates in ſe contineret, apertè pronunciabat. Ex quo mundus iſte factus eſt, numquam aliam legationem factam fuiſſe, quæ huic legationi poſſet comparari: numquam verba talia, tam læta conſilia, tam profunda myſteria huic mundo priùs, vel poſteà nunciata fuiſſe. In hac legatione tractatum eſſe de Incarnatione filij Dei, de humani generis reſtauratione, de diaboli expulſione, de inferni expolia- *Ex ſerm. eius de Annunc.*

tio-

tione, de ſanctorum liberatione, & de cæleſtis patriæ recuperatione. Quam legationem qui veram eſſe non crediderit, ſit, inquiebat, anathema maranatha. Aiebat, nullam creaturam eſſe, quam ſic Iudæi odio haberent, ſicut beatam Virginem & filium: neque enim matrem diligere poſſunt, qui tam iniquo odio filiũ proſequuntur.

Perpendens illa Dauidis verba in laudem Virginis: Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis, dicebat: Quid mirum, ſi diuites & nobiles Virginis matris vultum & pulchritudinem deſiderant, cùm concupierit Rex ſpeciem eius? Valde enim pulchra eſt, quæ ſua pulchritudine Deum ipſum ad amorem ſui prouocare potuit. Valde quidem conueniens fuit, vt ſpecioſus forma præ filijs hominum, ſpecioſam ſuam eligeret matrem. Conſidera modò cuius pulchritudinis fuerit, cuius ſplendor & pulchritudo cœlos penetrabat. Inde Angeli admirabantur eam; inde Gabriel recto itinere venit ad eam: ad eam enim miſſus eſt, quæ præ cæteris fulgebat: quæ pulchra vt luna, electa vt ſol, omnem pulchritudinem ſua pulchritudine vincebat. Sic ille. Pſalm. 44.

Recolens Bruno illud Domini præceptum, quo filijs Iſrael pręcipiebatur in Leuitico, vt in feſtiuitate Tabernaculorum ſumerent fructus arboris pulcherrimæ: per hanc arborem pulcherrimam, non arborem cytri, vt Hebræi: ſed beatam virginem Mariam intelligens, cuius fructus Chriſtus, cuius omnis feſtiuitas eſt; & ſine quo nulla feſtiuitas celebrari poteſt, omnibus ſuadebat, vt hunc fructum ſuſciperent in feſtiuitatibus ſuis, hoc reficerentur, hoc ſatiarentur; huius carne & ſanguine impinguarentur, & inebriarentur: arboris quoque huius pulcherrimæ numquam obliuiſcerentur; ad ipſam ſemper reſpicerent, fructum vitæ & ſalutis ab ea quærerent. Ex ſerm. eius de Aſſumpt. Leuit. 23.

Deiparæ virginis Mariæ Conceptionem ſine originali labe tenuit Patriarcha ſanctiſſimus, vt ea, quæ in expoſitione pſalmi 101. litteris commendata reliquit, aperτiſſimè declarant. Ibi enim circa illa verba: Dominus de cælo in terram aſpexit: ſic fatur: Hæc S. Maria eſt incorrupta terra illa, cui benedixit Dominus; ab omni prope- In expoſit. pſalm. 101

pterea peccati contagione libera, per quam viæ vitam agnouimus, & promiſſam veritatem accepimus: quæ, quia digna fuit, Dominus de cælo in terram aſpexit. Nimis autem parcus & auarus in Chriſti Matrem apparebit, ſi quis beatiſſimi huius Patris verba illa vniuerſalia, Ab omni peccati cõtagione libera: ad actuale ſolum crimen coarctet; prudentiusque faciet, qui ex illis omnem maculam à Maria defuiſſe proclamet.

Vid. Lezan in li. Apolog. pro Cõcept. B. V.

Cùm poſt horribile, & ad noſtram inſtructionem exhibitum Doctoris Pariſienſis cuiuſdam iam defuncti ſpectaculum; primum ſe iuſto Dei iudico accuſatum; deinde iudicatum, atque tertio damnatum clamantis vt ferunt, Lutetiæ conuerſus anno 1084. ad erêmum quamdam in Diœceſi Gratianopolitana ſitam, quæ Carthuſia dicebatur: à qua toti Ordini nomen adhæſit, cum nonnullis ſocijs ſe Bruno contuliſſet: eo in loco primam Ordinis ſui Eccleſiam conſtruxit in honorem ſanctiſſimæ virginis Deiparæ, quam eidem ſingularem Patronam delegit, eaque dicta ſuit, Sancta Maria de Caſalibus. Locus erat incultus & horridus, ſoliſque feris in altiſſimis montibus peruius, hominibus verò, cæteriſque domeſticis animantibus inacceſſus, vitæ inſtitutum planè aſperum: & ſanctus patriarcha Bruno Romam ab Vrbano ſecundo Pontifice Maximo euocatus; occaſionem hanc nactus is, qui tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret, nouellam hanc plantationem eradicare aggreſſus eſt. Quoſdam enim malignos excitauit, qui prauis ſuis ſuggeſtionibus vitam illorum auſteram nimis, atque in horribili illo Cartuſiæ deſerto, tanquam ſui homicidium voluntarium calumniabantur; multaque alia impedimenta obijciebant, & remoras, quæ etiam virum conſtantem alioquin deterrere poterant. Quare fratres hac de re perplexi cùm eſſent, & nùm illud vitæ genus proſequi deberent. inter ſeſe deliberarent (Brunone, vt par eſt credere, Virginem deprecante) adfuit mox, à beata virgine Maria de cælo ſubmiſſus, Apoſtolorum Princeps Petrus, qui blande eos conſolatus, hæc verba protulit: Perplexi eſtis, vtrùm hanc erêmum incolere, an deſerere debea-

Sur. in vit. S. Brun.

Aug. Vvich. in Barb. Mari. lib. 7 cap. 77.

beatis. At ego vobis annuncio, ſanctam Dei genitricem perpetuo tuo patrocinio in hoc deſerto vobis affuturam; ſi in eius honorem horarias preces quotidiè legere velitis. His dictis continuò ille diſparuit: & fratres incredibili affecti gaudio illam ſacroſanctam Virginem, cui ſcirent eius filium Regem immortalem omnium ſæculorũ nihil negare poſſe, patronam totius Carthuſiani inſtituti ſibi delegerunt, & mirificè confortati in arrepto vitæ propoſito perſtiterunt; dictumque Horarum beatæ Virginis penſum ſe quotidie perſoluturos vnanimiter concluſerunt. Vnde etiã factum, vt materno plane affectu eos huc vſque ſanctiſſima Virgo Deipara ſit dignata.

Vita functus eſt S. Bruno anno ſalutis 1101. à Leone X. Pont. Max. in Sanctorum numerum relatus.

DE S. STEPHANO ARVERNO, Ordinis Grandimontenſis Fundatore.

CAPVT XII.

SAcer Grandimontenſis Ordo, ſic dictus à Monte quodam prægrandi apud Lemouicenſes in Gallia; cuius Monachi intra terminos Galliæ, quam ferè non egrediuntur, ad ſeptemdecim Monaſteria poſſident, ſanctum Stephanum Aruernum, virum vitæ ſanctitate clariſſimum, ſuum patrem ac Inſtitutorem agnoſcit. Hic autem Stephanus beatiſſimæ Virginis amator eximius, cùm peragratis multis deſertis, in Aquitaniam ad montem nemoroſum perueniſſet; ibique locum, afflictionem corporis & requiem mentis manifeſtis indicijs promittentem, reperiſſet, illic omnipotenti Deo, eiusque ſacratiſſimæ Matri ſe ſeruiturum omni tempore ſpopondit, & cum quodam anulo, quem de omni mundi ſubſtantia tantùm habebat, ſemetipſum caſtiſſimum virginem de-

Barboſ de vniu. iur. eccleſ. li. 1. c. 41. nu. 49.

Vinc. Belu. in ſpec. hiſtor. lib 25. c. 45. & deinceps.

Bened. Gonon. in eius vit. li. 3. de vir. PP. Occidentis.

deſponſauit, dicens: Ego Stephanus abrenuncio diabolo & omnibus pompis eius;& offero me ac reddo Deo Patri & filio,& Spiritui ſancto;ſcribensque profeſſionem ſuam poſuit ſuper caput ſuum; fundens quoque orationem ad Ieſum Chriſtum Dominum, & Matrem eius virginem. Facto de virgultis paruo tugurio, Anno ab Incarnatione Domini milleſimo ſeptuageſimo ſexto, trigeſimum annum agens ætatis, habitare cœpit erèmum in ieiunijs & vigilijs,& orationibus continuis ſeruiens Deo, ac eius beatiſſimæ genitrici Mariæ. Quia verò Stephanus glorioſiſſimæ Virginis fideliſſimus ſeruus extitit, ac valde dilectus; ſequens ab ea inſigne miraculum meruit impetrare.

Homo quidam diues, victualia viro ſancto in erèmo conſueuerat deferre; ſed quia longè ab eius cella manebat, in itinere ſibi hoſpitium prouiderat, in quo vadens & rediens hoſpitaretur. Cuius hoſpitij dominus, quia diuitias illum habere cognouit, ſuadente diabolo, duobus eum latronibus tradidit, qui vt ad redemptionem illum cogerent, in ſpeluncis & cauernis terræ cum eo latitabant, ligatum eum tenentes & captum. Poſt aliquot dies nunciatum eſt Dei ſeruo, quod ille familiaris ſuus, in via, qua ad eum veniebat, ab ignotis furtim captus fuerat hominibus, & quo neſciebatur abductus. Tunc fratribus ſuper hoc conquerentibus, & dolentibus, ait: Cur eſtis anxij? ſcio cui manifeſtum eſt de homine, vbi ſit; & quo modo ſe habeat. Nudatis ergo pedibus eamus in Oratorium, & beatæ Virginis matris Domini, in cuius obſequio captus eſt, imploremus auxilium. Quod cùm feciſſent, ecce craſtina die diluculo proditor hoſpes cum duobus latronibus,& homine quem ceperant, ad cellæ ianuam pulſantes, adſtiterunt. Homo verò qui captus fuerat & ligatus, ſolutus ac liber: fures autem & proditor erant vinculis religati. Quod frater oſtiarius videns,& gaudens ſolito more Patri manifeſtauit diſcipulos inſtruenti. At ille gaudium mentis vultu diſſimulans, verbum quod incœperat, minimè prætermiſit. Deinceps, completo ſermone, fures & proditorem

à vin-

à vinculis, quibus erant ligati,ſoluit; Deoque & beatæ Virgini gratias agens,tutos ac liberos abire permiſit. Migrauit ad Dominum in illis verbis: In manus tuas, Domine,commendo ſpiritum meum. Anno ſalutis 1126. ætatis ſuæ 80. Idibus Februarij.

DE SANCTO NORBERTO Magdeburgenſi,Ordinis Præmonſtratenſis Fundatore.

CAPVT XIII.

SAnctiſſimus Magdeburgenſium Archiepiſcopus, & totius Germaniæ Primas, Patriarcha Præmonſtratenſis Ordinis S. Norbertus, ſanctiſſimæ Deiparæ Virginis amator, Aug.Vvich.in Brab. Mar. li.1.c.5.& in Sabbatis. Mar. cap.7.

Si fuit vſquam alius, maximus ille fuit.

eiusq. cultus propagator ſtrenuiſſimus,vtpote totus & in ſolidū Marianus;ſiue maternum Virginis erga illum,ſiue filialem illius erga Virginē affectum conſideres. Pernoctabat vir ſanctus, vnà cum beato Hugone diſcipulo ſuo, in Oratorio Præcurſori Dominico ſacro, de fundando Canonico ſuo Ordine cum Deo deliberans: & ecce miſericordiſſima Mater cæleſti Seraphinorum comitata ſodalitio, dilectum ſibi filium de omnibus edoctura apparet: locum archicœnobio erigendo in loco, qui,Pratum monſtratum, gallicè Præmonſtre dicebatur, ei deſignat. Nec tantum, candidiſſimum inſuper habitum, & id quidem, vt Hiſpanorum habet traditio, in teſtimonium immaculatæ ſuæ Conceptionis, vti olim B. Ildephonſo Toletano in præmium defenſæ perpetuæ ſuæ virginitatis, Angelorum manibus eidem tradidit, hiſce verbis eum affata: Fili Norberte, accipe candidam veſtem. Vlteriùs,vt à Romano Pontifice Ordinis ſui confirmationem petat, adhortata eſt,ac plurimis alijs extra,

ordinarij affectus indicijs, peculiarem fauorem tam ipſi, quam ipſius futurę ſocietati luculenter ſpopondit. Quod ipſum etiam præſtitit, ſicut eſt dies hæc. Noti ſiquidem ſunt & admodùm celebres ab hoc Mariano fauore illis exhibito, Milones, Hroznatæ, Frederici, Siardi, Hermanni, Ioſephi, Iacobi, Vulihelmi, Gerlaci, alijque ſanctitatis opinione illuſtres, illorum quidem confratres, ſed Deiparæ Beniamini. At quo modo à ſanctiſſimo Patre Norberto benigniſſimæ huic Matri in vicem mutui amoris repariatum? Mox à conuerſione ſua ſacerdotio initiatus, totum ſe eius cultui conſecrauit; quod vel ex cap. 13. vitæ eius apud Surium 6. Iunij clariſſimè colligitur, vbi legimus eum etiam in medio itinere conſtitutum, numquam die ſabbati Miſſam de beata Maria intermittere conſueuiſſe: quo vel hoc pacto, præter alia conſuetæ pietatis exercitia eam veneraretur, die nimirùm illo, qui ei hebdomatim feſtiuus conſtitutus eſt. Immò quodam ſabbato, cum in pago Monaſterienſi verſus Namurcum, reconciliandis fatalibus inimicis eſſet occupatus, & Miſſam, vt vocant, de Requiem, pro occiſis hinc inde in mutua pugna celebrare decreuiſſet: ne tamen hebdomadariam ſuam erga Dei parentem deuotionem intermitteret; primò in eius honorem ſacrificium Deo obtulit, ac deinde aliud pro defunctis. De qua Miſſarum, vt vocant, binatione, tum temporis ſatis in vſu. Vide Chryſoſtomum Vander-ſterre in vita S. Norberti, tribus libris flandricè ab eo edita. Ordinem quoque ſuum ſub eiuſdem felicibus auſpicijs inchoare voluit, atque eamdem coluit, & à ſuis coli præcepit; non tantum, vt in multis religioſis Ordinibus, velut Patronam tutelarem: verùm etiam vt omninò propriam matrem & parentem, vtpote quæ eumdem in Chriſto Ieſu, peculiari præ reliquis affectu genuit, lacte gratiæ ſuæ educauit; ac etiam veſte, quam cœlo tulit, benigniter fouit. Hinc tot peculiaria Præmonſtratenſi Ordini erga Deiparam obſequia, quæ non ita Ordinibus alijs vſitata. Quotidie ſiquidem Norbertini ei preces horarias, quas Horas de Domina vocant, perſoluunt; ſacrificium Miſſæ in omnibus cœno-

no-

Digitized by Google

nobijs ex præſcripto per dies ſingulos in eius honorem Deo offerunt, quod nullo die intermittitur, & ſingulis ſabbatis cuiuſque hebdomadis cum cantu grauiori, organorum feſtiua modulatione, & maiori ſacrorum apparatu ſolemne eſt. Feſta eius omnia religioſo ieiunio præueniuntur; eórumque tria, ſcilicet Aſſumptionis, Viſitationis & Natiuitatis plenaria octaua celebriora ſunt: Pleraque item, ac fermè omnia totius Ordinis cœnobia Deiparæ virgini conſecrata ſunt, & ab eius nomine nomina ſua ſortiuntur. Statuta quoque Ordinis, prima fronte eamdem, vt matrem peculiarem agnoſcunt, ſub cuius materna protectione ea olim Maiores auſpicati fuerunt. Exordium quippe eorum ab olim ita habuit: In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus ſãcti, & ad laudem & gloriam glorioſiſſimę Dei genitricis Mariæ, cuius ſanctis auſpicijs, & præmonſtratione, noſter Ordo ſub habitu candido, ſumpſiſſe creditur originem. Citat ea eumdem in finem Locrius lib. 3. cap. 11. quæ legiſſe ſe dicit in cœnobio Parcenſi iuxta Louanium. Porrò quàm ſtricta obligatione ad horas Deiparæ quotidie recitandas teneantur Canonici Norbertini, lubet hic attexere, ex cap. 3. diſt. 1. Statutorum Ordinis eiuſdem, quod ita incipit: Horæ deiparę virginis Mariæ Candidi Ordinis noſtri Patronæ ſingularis, ijs diebus, quibus à Breuiario dicendæ præfiguntur, ſub obligatione peccati mortalis in choro, ſiue conuentualiter compleantur, in quo nullus diſpenſare valeat. Quicumque Abbas, Præpoſitus, vel Superior in eo diſpenſare præſumpſerit; vel quicumque cauſam præbuerint, quod dictis diebus conuentualiter non dicantur, mortale peccatum incurriſſe ſe ſciant. Omnes & ſinguli tam Prælati, quam ſubditi, tam Paſtores & Beneficiati, quàm Conuentuales & officiati extra chorum, ſub obligatione peccati venialis, dictas horas præſcriptis diebus integrè & plenè perſoluere teneantur. Ab hac obligatione, Horarumque priuata recitatione, nullus Prælatorum, ſiue ſuperiorum vlla diſpenſatione aliquem eximere queat, niſi ob morbum, ſimileſque cauſas, ob

quas à lectione Horarum canonicarum, licitè quis liberari poteſt. Hactenus ibi. An non igitur meritò de Ordine Norbertino audeam,

Et eſſe Marianus Ordo niſi hic poteſt?

Antuerpiam ad profligandam Tanchelinianam hæreſim euocatus S. Pater Norbertus, obtenta contra hoſtes fidei, & virgineæ puritatis victoria, rei tam feliciter B. Virginis auſpicio geſtæ, æternaturum monumentum ibidem extare voluit. Collegiatam ſiquidem diui Michaelis Eccleſiam a Clero ſibi oblatam, in cœnobium Ordinis ſui Mariani conuertit, ſanctiſſimæ Deiparæ conſecrat, & Marianam ſuam ſodalitatem in eodem collocat. Populo inſuper vniuerſo auctor extitit aſſumendi beatam Virginem in peculiarem Vrbis tutelarem Patronam: quod illicò ad eius inſtinctum factum: ſancto Norberto in ſuis concionibus ad ſacras eleemoſynas pro noui Templi Mariani erectione adhortante. Moriens denique hic ſanctus Patriarcha hoc vnicè flagitauit, ne alibi quam in Mariano Cœnobio inter Marianos ſuos conſodales ſepeliretur. Archiepiſcopale mauſolæum præ virgineo ſuo Collegio paruipendens.

Obijt Magdeburgi, anno ſalutis 1134. 8. Idus Iunij.

DE SANCTO GVILIELMO Vercellenſi, Ordinis Montis Virginis Fundatore.

CAPVT XIV.

Io. Nuſcen. Mõtis Virginis Monachus huius Sancti coæuus in eius vita.

SAnctiſsimus Pater Guilielmus Vercellenſis, Ordinis Monachorum Montis Virginis Fundator, in obſequio beatiſsimæ Virginis Dei matris mirè feruens extitit, ac deuotus, in cuius virgineæ puritatis honorem, vt ex traditione habetur, candidum habitum induit, ſuisq. filijs induendum tradidit. Ei cœlitus immiſſa-

mens

mens eſt, vt in Virgiliano monte, quem Virgilius, vt fertur, quondam inhabitauerat, & ex ſuo nomen ipſi dederat, ad ſacræ virginis genitricis Dei Mariæ honorem Eccleſiam ædificaret. Ad diuinam verò voluntatem clarius dignoſcendam, in ſecretum quemdam locum ſecedens, totius pietatis fontem flexis genibus humiliter orare cœpit, quatenus ſi Marianum Templum illo in loco ſibi ædificari placeret, tantam populi frequentiam illuc mittere dignaretur, vt eodem die calcariam fornacem conſtruere valerent. Vix oratione completa, tanta ſuperuenit populi multitudo, vt ad eius imperium, & calcariam fornacem laborare, & ligna incidere cœperint, tantaq. deſeruiuit inſtantia, vt altero die igne ſuppoſito, lapides ſoluerentur in cœmentum, & ſine vlla mora, adiacentium Ciuitatum auxilio, Mariani Templi fundamenta locarentur. Dum congregatis in vnum lapidibus, reſolutis in cœmento petris, omni apparatu collecto, conductis fabris ad Templi conſtructionem toto conamine ſollicitus, ac deuotus inſiſteret Guilielmus. Quadam die, ecce quidam, Gualterius nomine, aduena, aridum habens brachium, ad eum locum aduenit, qui vt virum Dei, & fabricatores eiusdem Eccleſiæ fabricæ intentos vidit, hinc & inde cœpit quaſi explorando reſpicere: quem Guilielmus circumeuntem & inſpicientẽ cernens, ad eum dixit: Vt quid noſtræ fabricæ frater explorator exiſtis? ſi talis operis artifex es, incipe & operari noli negligere. Et ille: O mi pater, vtinam mihi poſſe non deficeret; ſi enim poſſem, non mihi miſerrimo libentius veſtra ſanctitas præciperet, quam ego veſtris obſecundarem imperijs. Ego namque in Liguriæ partibus architectonicæ artis non ignarus, ſed peritiſſimus extiti; nunc autem peccatis exigentibus, nec ad hoc, nec ad aliud opus peragendum ſum efficax, vel idoneus: nam cum ad quamdam turrim ædificandam in noſtris partibus laborarem, infortunio imminente à ſuperioribus miſerabiliter cecidi; ſicque factum eſt, vt in eadem ruina, quam perpeſſus ſum, totum brachium irremediabiliter amiſerim, & ab eadem hora illud cum mœrore aridũ,

quæ deſcripta ex vetuſtiſs. Codice Lõgobardis litteris exarato, qui in eo Monaſterio aſſeruatur, extat apud D. Cõſtantinũ Caietanum. Et Thom. Coſt. Neapolitan in vita eiuſdẽ edita Venetijs anno 1591.

atque omninò inutile fero: & hæc dicens, incolumi manu ęgrum eliciens brachium lacrymabiliter viro Dei oſtendit. Quod intuens Guilielmus, miſericordia motus ſuper eum infremuit, ſpiritu cordis interna agitans, & confidens in Domino, ac ſancta eius Matre, ei quemdam lapidem oſtendit, dixitque: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſume lapidem illum, & priſtina ſanitate recepta, alacriter ædificio B. Virginis compone. Qui protinus ad lapidem accedens, recuperata, quam nuſquàm melius habuerat, ſoſpitate, vtraque manu illum ſuſtulit; & gaudens & exultans celeri curſu Virgineo ędificio compoſuit: ſed tanti beneficij non immemor, nec ingratus, ad pedes ſancti viri prouolutus, vbertim præ gaudio lacrymas fundens, pro ſuæ ſalutis reſtitutione, omnipotenti Deo; & beato viro gratias egit, & paucis interiectis diebus ab eo ſacræ Religionis habitum deuotè & humiliter ſuſcepit; & eius diſcipulus effectus, feruenti charitate iugiter eiuſdem parebat imperijs, qui poſtea multis viuens temporibus, alia ſuæ artis opera in honorem beatiſſimæ Virginis conſtruxit.

Huius Mariani Templi ædificationem, cuiuſdam aſelli munere accepti vſu, facilius Guilielmus producebat, quem poſt fabricæ labores ad montis pabula laxatum, vorauit lupus. At ſuperueniens Guilielmus, aſini cædem indoluit, Deique, ac Deiparentis fretus ope in lupum minantia verba retorſit: Mihique, inquit, aſini vices præſtabis: quibus dictis lupus ferocire dedidicit, nec agno abſimilis tractandas manu ceruices obtulit: Guilielmus aſinaria armamenta lupi dorſo inducens, eum mirantibus cunctis ad Virginalis Templi ædificationē loco aſini in futurum adhibuit. His alijsq. prodigijs, cum vltimum tandem Virgineo ædificio colophonem impoſuiſſet Guilielmus, illud ab Auillanenſi Epiſcopo conſecrandum ac cum toto monte, qui exinde ex Virgiliano Mons Virginis dictus eſt, auguſtiſſimo eiuſdem beatiſſimæ Virginis nomini Eccleſiaſtico ritu dedicandum curauit.

Mons iſte Deiparenti virgini à beato Guilielmo oblatus, temploque & cōuentu ipſius honori erecto ſacra-

tus, Virgineis portentis emicuit: hoc autem inter cæte-ra ſingularius affertur, ſcilicet, cùm in Conuentu, tùm eo ambitu, quo per quingentos paſſus conuentus circumducitur telluris, edere ſeu afferre carnes aut lacticinia quæuis, penitus illicitum, famaque eſt, neminem ibidem hæc ediſſe, aut attuliſſe, quin manifeſtis prodigijs non fuerit coercitus; vel enim carnes parturiere vermes, vel tempeſtatibus deſæuit cælum, vel quid ſimile contigit miraculi. Ad præfati Templi dedicationem cùm maxima populi multitudo conueniſſet, mulier quædam adfuit, quæ per ſeptem annos loquutione amiſſa, muta ſilebat; huiusq. viri audita ſanctitate, de ſui ſalute corporis anxia, nutu quo poterat cum cõſanguineis, vbi, vel quiſnam eſſet Dei famulus inquiſiuit. Quid plura, ad eum deducta, & ad eius genua procumbens, à Dei famulo quid quæreret. inquiſita eſt; & illa ſubitò (mira Dei potentia, ac Dei Genitricis clementia) ad eius interrogationem libera voce reſpondit. Quod vbi miraculum multitudinis auribus innotuit, omnes vno ore Deum laudantes, eum ſanctum publicè prædicare cœperunt: Mulier etiam ſalute accepta, non ingratitudinis rea, per omnes illius regionis fines, quanta pro amore ſancti viri ſibi Deus, ac beata Virgo impenderant, inceſſanter prædicabat. Poſtquàm autem egregius Chriſti confeſſor Guilielmus, ad honorem glorioſæ virginis Mariæ in Virgiliano monte Templum cum Monaſterio condidit, & ſacrauit, collectis ibi fratribus, ſubſtituto Prælato, Anachoritica forma tradita, vale, dicens ijſdem fratribus, ad Lacenum montem ibidem manſurus perrexit. Sed non multò poſt, iubente Domino ab hoc loco recedens, ad eum montem, qui Cuneatus dicitur, cum omni celeritate venit; vbi poſt varia patrata miracula de Diœceſani Põtificis auctoritate, aliam ad honorem virginis Mariæ matris Dei Eccleſiam fundauit: in qua etiam fratres locauit, Præpoſitum ordinauit, necnon regularem normã tradidit. Aliam quoque ſimili ritu in Apulia conſtruxit, ſub titulo Sanctæ Mariæ Incoronatæ.

Quoſdam ſatus ſuos apud Altamurram ſitos aliquando

do inuiſens, eos adeò proculcatos reperit, vt ſpem frugum prorsùs deponendam cenſeret: de quo apud Altamurræ Præſidem queſtus, ab eoque de malefactoribus, vt illos ſibi puniendos adduceret, quæſitus, ad agrum proficiſcitur, debacchantumque diuerſarum belluarum per fruges conſpectum agmen ſequi ſe iuſſit; paruerunt illæ: apud Iudicem adduxit, ac eas malefactores aſſeuerauit. Stupuit diuinam potentiam Iudex, Regulumque loci ſtatim certiorem fecit. Ille ſeruum Domini alloqui petijt, humaniſſimèq. accepit, admirari non deſinens illarum obedientiam belluarum, quæ tunc etiam ſanctum ſequebantur. Poſtea verò à beato viro dimiſſæ belluæ, velociſſimo curſu ad ſua luſtra rediere. Ob id Heros ille fortunarum ſuarum magnam vim Guilielmo dono dedit, qui incolarum ope ibidem Templum, ac Conuentum virgini Deiparæ ſacrum poſuit. Vulgares S. Mariam à Mina, ſeu Mena indigitant; quod vocabulum ab adductione earum belluarum ante Iudicem deriuarunt.

Carnis ereptus ergaſtulo ad regna cæleſtia Domino vocante migrauit Guilielmus, anno Dominicæ Incarnationis 1142. die 7. Iunij.

DE S. GVILIELMO AQVITANO, Guilielmitani Ord. Fundatore.

CAPVT XV.

Renat. Chopin. in Monaſtico; & alij quos refert Marquez de ver. orig. Eremit. S. Auguſt. ca. 13.

SANCTVM Guilielmum Aquitaniæ Ducem, & Comitem Pictauorum, ex Saulo iam Paulum Eremitam factum, non modò ſanctam vitam egiſſe; ſed etiam auctorem multorum Eremitarum fuiſſe, præſertim per Galliam, Germaniam, & Flandriam, qui ex nomine auctoris, Guilielmitæ nominati ſunt, referunt Hiſtoriographi nonnulli. Quàm verò Deiparæ virgini addictus, ac dilectus fuerit Guilielmus, patet ex eius vita,

ta,quam à Theobaldo Epiſcopo cōſcriptam habes apud Surium,tom.1.de vitis Sanctorum,ſub die 10.Februarij: Sic etenim in ea legitur: Cùm nocte quadam in ſolitudine ſolus ignito quodam modo meditationibus inuigilaret,& in orationibus intentus pernoctaret Guilielmus, contigit,vt ei ſathanas inuideret. Inuidit & adfuit; nec ſatellitum immundorum fraudulenta multitudo defuit: & quem à rigore ſancti propoſiti per ſe aliàs non valuerat emollire, cogitabat innumerabili dæmonum multitudine circumdatus, tentando circumuenire. Conuenerunt igitur in vnum aduerſum Domini famulum,vt multitudine vincerent, quem vincere fortitudine non poterant. Prima igitur vigilia noctis, cùm ſurrexiſſet, in principio vigiliarum ſuarum,& effudiſſet ſicut aquam cor ſuum ante Dominum, audiuit ſubitò exercitum aduenientium dæmonum, qui quaſi totam vallem occupantes, phaleris equorum, & ſonitibus crepitaculorum perſtrepebant. Nunc animalia crederes vociferantia, nunc volatilia cantibus varijs audires garrientia, nunc ſibilabant vt ſerpentes, nunc hinniebant vt elephantes, modò rugiebant vt leones, iam vlulatibus pugnantium tota ſilua reſultabat, iam ſtrepitibus militantium vallis omnis reſonabat; modò clamoribus aucupum, & venātium totum nemus tremebat. Accedentes autem propius,cellam eius circumdederunt, & in modum coronæ rediuiuum Dauid ſathanas, & eius ſatellites cinxerunt. Mox mirum in modum circa illius cellam more militari cœperunt haſtis inter ſe congredi, & duello de victoria certare. Ex illis autem vnus cęteris clarior, & virtute robuſtior apparuit in ſpecie proprij genitoris,& ad Guilielmum dicere cœpit cum vociferatione clamoris:

Vide Barā boſ.de vniuerſ.iur.Eccleſ.li.1. c. 41.n.64. & Suar. to. 4. de relig. li. 2. cap. 9.

Theob.Epiſc. in eius vita.

Cerne ſeneſcentem fili Guilielme parentem:
Exi continuo patre rogante tuo.
Germine non humili genitus me reſpice fili,
Nec mea deſpiciat vota preceſque pias.
Exi Guilielme: tu namque reſumere per me
Terras & dotes, prædia, regna potes.
Iam ſat ſeruiſti, ſupereſt tibi gloria Chriſti;

Præ-

Præmia non poteris perdere, ſaluus eris.
Iam patrem ſequere; iamiamque tui miſerere;
Ad tua regredere; viſcera mota gere.
En generis ſoboles noſtri ſtat, turbaque fratrum,
Cum quibus in theatro ludere ſæpe ſoles.
Fratres cum cuneis notorum reſpice triſtes;
Exi, ne diſtes, aſſociandus eis:
Illis iungeris, pompa ſolioque frueris:
Cinget te generis turba; beatus eris:
Armigerorum turba decorum glorificabit,
Seruorumque chorum copia larga dabit.
Cernendum mœſtum te ſpecta turba nepotum:
His ſaltem præſta, quæſumus, antidotum.

Hæc & huiuſmodi princeps dæmoniorum in aures eximij Principis ſuggerens ſuadebat: ſed Chriſti miles verba & deceptoria paruipendebat. Licet enim in auditis anteà nouellis monſtris fuiſſet aliquantulùm perterritus, protectus fortitudine Dei nihil ad hæc reſpondit penitùs. Mentem eius firmam in Domino nec terrores concuſſerunt, nec blandimenta ſeduxerunt. Videns ergo diabolus ſuam nihil præualere induſtriam, contemni non ferens occultam fraudulentiam, ſeſe conuertit ad quantam permiſſus eſt apertam violentiam. Dolebant etiam angeli ſathanæ à Guilielmo ſibi illudi, qui illudendi non venerant, ſed potiùs illuſuri, & eſtractis cellulæ ianuis, multitudine copioſa audacter intrarunt, & extra domum trahentes verberibus acriter ceciderunt. Conquaſſatis ergo & confractis vniuerſis membris corporis eius ab iniqua caterua, ſupra dorſum eius fabricante, abierunt, ſemiuiuo relicto, & paululum reſpirante. Recedentibus igitur malitiæ ſatellitibus, & diſparentibus operarijs tenebrarum, athletam ſuum in ſua tribulatione conſolari dignatus eſt Pater miſericordiarum, & pius Dominus; qui nouit pios eripere de tentatione, & ſecundùm multitudinem dolorum in corde ſuo, eius lætificauit animam multiplici conſolatione: nam ſubitò miſſæ ſunt curare vulnera eius tres puellæ renitentes, inæſtimabiliter ſpecie generoſa, ſecum portantes vnguen-

Digitized by Google

ta pretioſa. E quibus vna cæteris præclarior, & facie venuſtior rutilabat, quæ militem Chriſti cohortando, ſermone dulciſſimo mitiùs blandiebatur. Hæc erat, ſicut ipſo poſtea referente cognitum eſt, Genitrix Dei, Domina mundi, Regina cæli, virgo Maria. Meritò ad eum Angelorum Domina mittitur de cœlis, qui puritate angelica rutilare nitebatur in terris. Iuſte quidem Dei filius Matrem deſtinauit corporalem, ad ſanandum in terris matrem ſuam ſpiritualem: Qui, inquit, fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis eſt, ipſe meus frater, & ſoror & mater eſt. Prædictæ ergo Virgines ignem vehementem circa ſauciatum mira celeritate accenderunt, corpusque illius dulciter calefactum, ſuauiter vnxerunt. O mira vnguenti ſuauitas! ò mira vnguentium efficacitas! o mira vnctionis & ſalutis celeritas! Sub omni celeritate incolumitati priſtinæ reſtituerunt, & ſic eo ſalutato & hortato diſceſſerunt. Felix contritio, quam pia manus puellaris alligat; felix fractio, quam virginalis palma conſolidat; felix vulneratio, quam digitus genitricis Dei perungit & ſanat. Reuera, Pater ſancte, iam non debent eſſe in memoria anguſtiæ priores, quas mitigauerunt tantæ Virginis conſolationes exteriores, & interiores. Quid te animi habuiſſe ſuſpicemur, cum odoratus tuus paſcebatur aromatis effuſione; auditus recreabatur Virginis alloquutione; viſus reficiebatur tantæ pulchritudinis admiratione; tactus leniebatur tantæ dulcedinis reſperſione? De cætero in periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs Mariam potes ſecuriùs inuocare, deuotiùs cogitare, iucundiùs ſalutare, nec vnquàm debet à corde recedere, nec ab ore excidere. Et nos quidem ſeruuli tui, ſi inſurgant venti tribulationum, ſi flumina tentationum, ſi ſcopuli perſequutionum, hoc ſolum poſt filium habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad eius miſericordiæ ſinum. Cæteris in virtutibus eius cõgaudeamus ei: ſed miſericordià miſeris ſapit dulciùs, miſericordiã amplectimur chariùs, recordamur ſæpiùs, crebriùs inuocamus. Quis miſeriricordiæ eius lõgitudinem, latitudinem, ſublimitatẽ, & profunditatem

tem

tem queat inueſtigare? Omnibus omnia facta eſt, ſapientibus, & inſipientibus copioſiſſima charitate debitricem ſe fecit. Tanti ergo certaminis victoriam, & refocillationem conſolatoriam, cum antiquo patris Antonij certamine, videmus non modicam habere conuenientiam. Huius autem tam dulciſſimæ viſionis arcanum, nulli vnquam quoad viueret, voluit pandere, excepto ſolo miniſtro eius, tunc temporis, Petro nomine, qui poſteà Prior factus Montis de Pruno, ad exemplar ſibi in monte monſtratum, domum dignè ſatagebat regere. Huic ſoli negare non poterat labilis gloriæ percalcator, qui huius rei notitiam, & ſignum quippiam operis intus tactitando acceperat, ſedulus Magiſtri explorator. Obijt Deiparæ Virginis cultor Guilielmus, Anno Verbi Incarnati 1156. 4. Idus Februarij.

DE BEATIS FELICE DE VALOIS, ac Ioanne de Matha, Ord. Sanctiſs. Trinitatis Fundatoribus.

CAPVT XVI.

ORdinis Sanctiſsimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum Fundatores beatus Felix de Valois, ac beatus Ioannes de Matha, beatiſsimæ Dei noſtri parenti, ac ſempiternæ virgini Mariæ addictiſsimi, atque dilectiſsimi fuere: de quibus ab auctoribus fide dignis hæc ſunt litteris conſignata. Anno Domini 1212. cùm B. Felix in Conuentu Ceruifrigidi habitaret, negligente excitatore ad Matutinas hora conſueta pulſare in vigilia Natiuitatis beatæ virginis Mariæ, ipſe B. Felix chorum adijt, in quo beatiſsimam Virginem habitu ſui Ordinis veſtitam, multosq. Angelos ipſam comitantes, & officium diuinum canentes, inuenit, quibus interfuit, vſque dum officium finitum fuit. Eodemq. anno die 4. No-

Io. à S. Roberto Aedicanus in Annalibus Ordinis ſanctiſs. Trinitatis Redempt Captiu. To. 1.

Nouembris eidem B. Felici feliciſſimę vitæ finem agenti,eadem B. Virgo apparens, eum ſuauiſsimis, ac dulciſſimis verbis conſolata eſt. Ita frater Georgius Ines li.3. de fundatione dicti Ordinis cap.9 & frater Ioannes à Sancto Roberto in Annalibus eiuſdem Ordinis ad annum 1212.

Beatus verò Ioannes de Matha, cùm adhuc eſſet in vtero matris, eidem matri ſuæ beata virgo Maria apparens affirmauit,eum, quem vtero portabat Chriſtianorũ captiuorum redemptorem futurum,& meritis ac ſanctis operibus cumulatum feliciter in Domino obiturum. Ita Aegidius Gondiſaluus de Auila, Catholicæ Maieſtatis Chroniſta in compendio hiſtorico vitę Sãctorum Ioannis de Matha, & Felicis de Valois. Poſtea verò idem B. Ioannes ætatis ſuæ anno 18. diuinitus inſpiratus, eremum, quę à paterna domo non longè diſtabat, petiuit; ibiq. in Capella B. V. Mariæ dicata aliquo tempore habitauit, & ab ipſa B. Virgine ſibi aliquoties apparente mirificas conſolationes accepit. Ita frater Georgius Ines Scotus Prouincialis Scotiæ loco ſupra citato.

Anno autem Domini 1103. idem B. Ioannes primam ſuam miſſam de beata Virgine Pariſijs in altari ipſi B, Virgini dicato celebrauit: & non ſolùm ipſi,ſed etiam adſtantibus cœleſtis viſio apparuit: Angelus ſcilicet in veſte candida, cui Crux rubei & cęrulei coloris pectore inhærebat, duos captiuos cancellatis manibus tamquam eos commutaret tenens. Ita idem Georgius lib. 1. de fundatione dicti Ordinis cap. 1. & frater Ioannes Blackeney Miniſter Collegij de Ingham Prouinciæ Anglicanæ lib. 8. de Mundi ætatibus cap. 27. & auctor Annalium Ordinis prædicti,ad annum 1193. Idem B Ioannes cùm Tuneſij anno Domini 1210. quamdam redemptionem 129. Chriſtianorum captiuorum feciſſet, deficiente ſibi pecunia, Agareni eum ſpoliantes flagellis crudeliter cæciderunt, ſemimortuum relinquentes. At ille paulò poſt vires aliquantulum recuperans, è pectore imaginem beatæ virginis Mariæ proferens, ab ea fuſis lacrymis auxilium tam ſibi, quàm miſeris Chriſtianis

captiuis poſtulauit. Et tunc ei quædam pulcherrima Virgo apparuit, tot ei pecunias tradens, quot erant neceſſariæ ad redemptionem illorum captiuorum. Ita Ines lib. 3. de fundatione dicti Ordinis, & auctor Annalium ad annum 1210. Idem Beatus Ioannes, poſtquàm anno Domini 1201. ſui Ordinis conuentum Auinganiæ fundauerat, inſtantibus Petro 2. Aragoniæ Rege; & nobili viro Petro de Beluis, quamdam redemptionem 207. Chriſtianorum captiuorum Valentiæ fecit, & cùm ei pecunia deeſſet, Miſſam de B. Virgine Maria celebrauit, humilibus ab ea precibus expoſtulans, vt neceſſitati illorum pauperum captiuorum ſubuenire dignaretur. Finita verò Miſſa iuxta altare tantam pecuniam, quanta ei ad dictam redemptionem peragendam, deerat, inuenit. Ita frater Ferrarius Grait, diſcipulus eiuſdem beati Ioannis, & quartus Prouincialis Aragoniæ, in quodam M. S. Codice geſtorum B. Ioannis de Matha, & auctor Annalium ad annum 1212. Idem B. Ioannes in Generali ſui Ordinis Capitulo anno Domini 1213. celebrato, ſtatuit vt ſingulis ſabbatis à Fratribus fieret officium nouem lectionum de B. Virgine Maria; vt teſtatur Ines loco citato, & auctor Annalium ad annum 1213. Animam Deo reddidit Ioannes anno à virginali partu 1214. 12. kalend. Ianuarij.

DE INNOCENTIO III. Pont. Max. Ordinis ſancti Spiritus in Saxia Fundatore.

CAPVT XVII.

To. 1. Bullar. Cõſt. 7. INNOCENTIVS Tertius Pontifex Maximus, natione Campanus, Ordinis ſancti Spiritus in Saxia Fundator, inſigni deuotionis cultu aduerſus illibatam Dei matrem ferbuit, ac Mariæ totus fuit. Et verò ip-

ipſam in peruetuſto illo ad Roſarij coronam precandi ritu libenter venerari; ac familiariter quotidiè ſalutare conſueuit. Neque ſolùm ſua illi ſat iſta fuerat deuotio; verùm etiam (quòd in concionibus ad frequentem populum habendis præcipuum nomen ferret ac laudem) in hiſce ad ſanctum Dei, matriſque Dei cultum latiùs proferendum, quod ipſe genus orandi deamabat, ac terebat Roſarium, idem vt laicis, rudique vulgo proprium impensè pro ſuggeſtu commendare ſolebat. Neque Deus zelum viri tanti tantum vel in hoc vitæ pelago irremuneratum dimiſit, ſed ad ſummum denique Pontificatum Romanum illum euocauit, vt dignum in terris Chriſti Vicarium ageret.

B. Alan. Rupenſis in Roſar. B. V. par. 4. c. 27.

Hic vt de fide perduceretur ad ſpeciem, de ſtadio veniret ad brauium, de vita tranſiret ad patriam, & faciliùs obtineret, quod implorabat, glorioſæ Dei Genitricis virginis Mariæ memoriam recolebat.

Vid. huius Innoc. li. 3 myſt. miſſ. cap. 9.

Idem pro defenſione, & tranquillitate catholicæ, & orthodoxæ Eccleſiæ in hunc modum orabat: A cunctis nos, quæſumus Domine, mentis, & corporis defende periculis; & intercedente beata, & glorioſa virgine Dei genitrice Maria, ſalutem nobis tribue benignus, & pacem, vt deſtructis aduerſitatibus, & erroribus vniuerſis, Eccleſia tua ſecura tibi ſeruiat libertate. Item: Mundet, & muniat nos, quæſumus Domine, Vnigeniti filij tui pretioſiſſimus Sanguis effuſus, & tibi oblatus in Cruce: & intercedente beata virgine Dei genitrice Maria, à cunctis nos reddas, & peruerſitatibus expiatos, & aduerſitatibus expeditos.

Vid. eiuſd. opera Coloniæ edita, an. 1575

Hymnum mirè deuotum de beatiſſima virgine Maria compoſuit, certis & magnis remiſſionibus atque indulgentijs ab ipſo ditatum, quem in Marianorum cultorum gratiam ſubiungere placet. Eſt autem huiuſmodi:

Aue mundi ſpes Maria.
Aue mitis, aue pia.
Aue charitate plena
Virgo dulcis & ſerena.
Sancta parens Ieſu Chriſti,

Electa ſola fuiſti
Eſſe mater ſine viro,
Et lactare modo miro.
Angelorum Imperatrix,
Peccatorum Conſolatrix,
Conſolare me lugentem
In peccatis iam fœtentem.
Me defende peccatorem,
Et ne tuum des honorem
Alieno & crudeli,
Precor te Regina cœli.
Me habeto excuſatum
Apud Chriſtum tuum natum,
Cuius iram pertimeſco,
Et furorem expaueſco.
Nam peccaui illi ſoli,
O Maria Virgo, noli
Eſſe mihi aliena
Omni gratia tu plena.
Eſto cuſtos cordis mei,
Signa me timore Dei,
Confer vitæ ſanitatem,
Da & morum honeſtatem.
Da peccata me vitare,
Et quod iuſtum eſt amare,
O Dulcedo virginalis,
Nunquàm fuit nec eſt talis,
Inter natas mulierum.
Omnium creator rerum
Te elegit Genitricem;
Qui Mariam peccatricem
Emundauit à reatu.
Ipſe tuo me precatu
A peccatis cunctis tergat,
Ne infernus me demergat.
Eia Roſa ſine ſpina,
Peccatorum medicina,
Pro me Deum interpella.

Vt

Vt me ſaluet à procella.
Huius mundi tam immundi,
Cuius fluctus furibundi
Omni parte me impingunt
Et peccati zona ſtringunt.
Chriſte fili ſummi Patris,
Per amorem tuæ Matris,
Cuius venter te portauit;
Et te dulci lacte pauit.
Te per ipſam oro ſupplex,
Quia tu es ſalus duplex,
Rerum dator mundanarum,
Atque ſalus animarum.
℣. Audi nos pia mater Chriſti;
℟. Nam te filius nihil negans, honorat.

Oremus. *Oratio.*

INteruen iat pro nobis, Domine Ieſu Chriſte, apud tuã clementiã glorioſiſſima virgo Maria digniſſima mater tua: cuius ſanctiſſimam animam in hora paſſionis, & mortis tuæ doloris gladius pertranſiuit. Qui viuis, & regnas cum Deo patre in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæculorum ſæcula. Amen.

Neque hic reticere poſſum huius Innocentij ſuper illa Canticorum verba: Quæ eſt iſta, quæ progreditur, quaſi aurora conſurgens, pulchra, vt luna; electa, vt ſol; terribilis, vt caſtrorum acies ordinata: De beatiſſimæ virginis Mariæ laudibus ſermonem pulcherrimum, ſeu iucundiſſimam meditationem verbis hiſce conſcriptam: Cant. 6.

Cum aurora ſit finis noctis, & origo diei, meritò per auroram deſignatur virgo Maria, quæ finis damnationis & origo ſalutis fuit; finis vitiorum, & origo virtutum. Oportebat enim, vt ſicut per fœminam mors intrauit in orbem; ita per fœminam vita rediret in orbem: & ideò quod damnauit Eua, ſaluauit Maria; vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. Illa conſenſit diabolo, & vetitum pomum comedit, ſecundum illud: Tulit de fructu, & comedit, deditque viro: iſta credidit Angelò, & filium promiſſum concepit, ſecundùm illud; Ecce Eſt ſerm a de Aſſump. B.V.M. Gen. 3. Luc c. 1.

concipies,& paries filium. Illa comedit pomũ ad mor-
Gen. 2. tem,iuxta quod fuerat illi prædictum: Quacunque die
comederis, morte morieris: iſta concepit filium ad ſa-
Matth. 1. lutem,ſicut fuerat ei prænotatum: Vocabis nomen eius
Ieſum; ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à pecca-
Gen. 3. tis eorum. Illa peperit in dolore, ſecundùm illud: Mul-
Luc. 2. tiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, & in dolo-
re paries: iſta generauit in gaudio ſecundum illud: An-
nuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni popu-
lo, quia natus eſt nobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus
Dominus in Ciuitate Dauid. Illa fuit de ſolo viro produ-
cta, quoniam ædificauit Dominus Deus coſtam quam
tulerat de Adam in mulierem; ſed produxit virum,& fœ-
minam: hæc autem producta fuit de viro, & fœmina;
Ierem. 31. ſed ſolum virum produxit: quia nouum fecit Dominus
ſuper terram, fœmina circumdabit virum gremio vteri
ſui. Illa dicta eſt Eua; huic dictum eſt Aue, quia per
hanc mutatum eſt nomen Euæ: Aue, inquit, gratia ple-
na, Dominus tecum, quaſi diceret: illa fuit plena pec-
cato; ſed tu plena gratia: illa fuit maledicta in mulieri-
bus; ſed benedicta tu in mulieribus: fructus ventris il-
Gen. 4. lius fuit maledictus Cain; ſed fructus ventris tui erit be-
nedictus Ieſus: Cain inuidioſè fratrem occidit Abel;ſed
Ieſus inuidioſè fuit occiſus à fratribus. Aurora fugatis
tenebris lumen mundo oſtendit; tu verò deſtructis vi-
tijs Saluatorem ſæculo protuliſti, quia per te populus
Gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem ma-
Iſa. 9. gnam; habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta
eſt eis: illa videlicet, quæ illuminat omnem hominem
venientem in hunc mundum. Tu es igitur aurora con-
ſurgens; finis videlicet noctis, & origo diei: finis dam-
nationis; & origo ſalutis.

Pulchra, vt luna. Sicut rationabiliter aſſerunt, qui de
rerum naturis ediſſerunt. Luna frigida eſt,& humida.
Quia frigida, deſignat virginitatem: quia humida, deſignat
humilitatem. Ignis enim, de quo ſiccitas prouenit, qua-
ſi leuis naturaliter petit ſublimia: aqua verò, de qua
procedit humiditas; quaſi grauis naturaliter petit humi-
lia.

Digitized by Google

lia. Frigiditas ergo, & humiditas lunæ; virginitas, & humilitas Mariæ: quia frigida fuit contra æſtum luxuriæ; humida verò contra faſtum ſuperbiæ. Luna verò tunc eſt plenè pulchra, cùm exiſtit rotunda; & Maria tunc extitit plenè formoſa, cùm fuit prole fœcundata. Felix virginitas, quam ornauit humilitas. Fèlix humilitas, quam honorauit virginitas. Sed longè felicior vtraque fœcunditas; quam ſimul ornauit, & honorauit virginitas, & humilitas. Ne ergo virginitas maledictionem illam incurreret, de qua dicitur: Maledicta ſterilis, quæ non parit; comitatur illam fœcunditas: & ne fœcunditas immunditiam illam contraheret, de qua legitur: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine: comitatur illam virginitas. Ne verò virginitas, vel fœcunditas ſententiam illam acciperet, de qua legitur: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur; vtramque comitatur humilitas. Hæc tria ſimul Euangeliſta commendat, & commemorat in Maria: Cùm eſſet, inquit, deſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph, ante quàm conuenirent, inuenta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto. Pura virginitas, quoniã ante quàm cõuenirent: non quòd poſtea vnquã conuenerint carnali commixtione: quia virgo fuit ante partum, virgo in partu, & virgo poſt partum. Hæc eſt enim porta in domo Domini clauſa; & vir non eſt ingreſſus per eam. Hæc eſt hortus concluſus, & fons ſignatus. Hæc eſt Rubus ardens; ſed non conſumptus. De fœcunditate Gabriel Angelus prædixit illi: Ecce concipies, & paries filium. Illa verò de virginitate reſpondit: Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Cùm autem audiuit, quòd nec virginitas impediret fœcunditatem, nec fœcunditas auferret virginitatem: Spiritus ſanctus, inquit, ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi: ſtatim de humilitate ſubiunxit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Fuit ergo Maria pulchra, vt luna: virgo ſcilicet, humilis, & fœcunda.

Electa vt ſol. Duo præcipuè commendantur in ſole: ſplendor & calor. Quia ſplendet ſignificat ſapientiam;

Exod. 23. Iob 14. Luc. 14. Matth. 1. Ezech. 44. Cant. 4. Exod. 3. Luc. 1.

quia calet, ſignificat charitatem. De ſapientia namque
Sap. 8. legitur, Quòd ipſa eſt candor lucis æternæ, & ſpeculum
ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. De
Iſai. 31. charitate legitur, Quòd ignis eſt in Sion, & caminus in
Hieruſalem: Aquæ multæ non poſſunt extinguere cha-
Cant. 8. ritatem. Electa eſt ergo Maria, quatenus ſplenderet, &
clareret, vt ſol: ſplenderet per ſapientiam, caleret per
charitatem, quia Spiritus ſanctus ſuperuenit in eam, &
virtus Altiſſimi obumbrauit eam. Spiritus ſanctus eſt
1. Io. 2. charitas, de quo dicitur: Deus charitas eſt; & virtus Al-
tiſſimi ſapientia, de qua legitur: Chriſtus eſt Dei virtus,
& Dei ſapientia. Audi Mariam interrogantem ex ſapien-
tia: Quomodò fiet iſtud, quoniam virum non cogno-
ſco? Audi reſpondentem ex charitate: Ecce ancilla Do-
mini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Audi ſapien-
tiam in Maria: Maria, inquit, conſeruabat omnia ver-
ba hæc conferens in corde ſuo. Audi charitatem in ea:
Magnificat anima mea Dominum; & exultauit ſpiritus
meus in Deo ſalutari meo. Superuenit igitur in eam
Spiritus ſanctus, vt ad concipiendum in corpore daret
ei charitatis affectum; propter quod legitur: Quia
Chriſtus natus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine; &
virtus Altiſſimi obumbrauit ei, vt ad concipiendum in
corde, daret ei ſapientiæ intellectum: propter quod le-
gitur: Beata quæ credidiſti, quoniam omnia completa
ſunt tibi à Domino. Concepit in corpore Verbum, quod
caro factum eſt, & habitauit in ea: concepit in corde
Ioan. 1. Verbum, quod erat in principio apud Deum, & Deus e-
rat Verbum. Electa igitur eſt, vt ſol; quatenus in ſole
Pſal. 18. poſuit tabernaculum ſuum, & ipſe tamquàm ſponſus
procedens de thalamo ſuo.

Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Scriptum eſt
Sap. 8. enim, quia ſapientia vincit malitiam: inter quas in hac
vita mortali grandis & grauis exercetur conflictus. Pro
ſapientia namque pugnat, & expugnat chorus virtutum:
pro malitia verò pugnat & repugnat exercitus vitiorum:
quia non eſt conuentio lucis ad tenebras, neque Chri-
2. Cor. 6. ſti ad Belial. Caſtra vitiorum, quaſi ducem ſequuntur ſu-
per-

perbiam, de qua dicit ſcriptura: Initium omnis peccati eſt ſuperbia. Caſtra vero virtutum, quaſi ducem ſequuntur humilitatem, de qua dicit Maria: Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc Beatam me dicent omnes generationes. Acies ergo caſtrorum, ideſt, plenitudo virtutum, ita fuit in Virgine ordinata, vt de ſe veré dicere poſſit: Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Ipſa eſt ergo aurora conſurgens; pulchra vt luna; electa vt ſol; terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Luna lucet in nocte; aurora in diluculo; ſol in die. Nox autem eſt culpa, diluculum pœnitentia, dies gratia. Qui ergo iacet in nocte culpæ, reſpiciat lunam; deprecetur Mariam; vt ipſa per filium cor eius ad compunctionem illuſtret. Quis enim de nocte inuocauit eam, & non eſt exauditus ab ea? Ipſa eſt mater pulchræ dilectionis, & ſanctæ ſpei. Qui verò ad diluculum pœnitentiæ ſurgit, reſpiciat auroram, deprecetur Mariam; vt ipſa per filium cor eius ad ſatisfactionem illuminet. Quis enim deuotè inuocauit eam, & non eſt exauditus ab ea? Ipſa eſt mater pulchræ dilectionis, & ſanctæ ſpei. Quia verò militia eſt vita hominis ſuper terram (nam mundus poſitus eſt in maligno: caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: oculus deprędatur animam: mors ingreditur per feneſtras: nec eſt nobis colluctatio tantùm aduersùs carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus, aduersùs rectores tenebrarum harum: aduerſarius enim noſter diabolus tanquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret) quicumque ſentit impugnationem ab hoſtibus, vel à mundo, vel à carne, vel à dœmone, reſpiciat cœlorum aciem ordinatam, deprecetur Mariam; vt ipſa per filium mittat auxilium de ſancto, & de Sion tueatur, ipſo præſtante, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula ſæculorũ. Amen. Hæc Innocentius.

Eccl. 10. Luc. 1. Cant. 2. Eccl. 24. Iob 7. 1. Io. 1. Galat. 6. Thren. 3. Ierem. 9. Ephef. 6. 1. Petr. 5. Pſal. 19.

In ſolemnitate Aſſumptionis glorioſiſſimæ ſemper virginis Marię verſans illa verba Euangelij Lucę cap. 10. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum: ac per caſtellum Deiparam intelligens, hæc inter alia notatu digna, ac à me-

memoria numquàm excidenda fidelium auribus intonabat: Ad Munimentum caſtelli duo ſunt neceſſaria, murus & turris: murus exterior, & turris interior. Sanè in hoc ſpirituali caſtello, quod eſt Dei genitrix virgo Maria, murus exterior eſt virginitas corporis; turris interior eſt humilitas cordis. Habet caſtellum iſtud murum virginitatis contra inſultum luxuriæ; habet turrim humilitatis contra incurſum ſuperbiæ. Iſti namque ſunt hoſtes, qui miſerum hominem frequenter, & violenter infeſtant: videlicet, luxuria carnis exteriùs, & ſuperbia mentis interiùs. Si quando te luxuria carnis impugnat, ad hoc caſtellum procede, muro virginitatis adhære; deprecare Mariam. Quis vnquam inuocauit eam, & non eſt exauditus ab ea? Si quando te ſuperbia mentis infeſtat; adhoc caſtellum accede, turrim humilitatis aſcende, deprecare Mariam. Quis vnquam inuocauit eam, & non eſt exauditus ab ea? Hæc eſt mater pulchræ dilectionis & ſanctæ ſpei, quæ pro miſeris orat, pro afflictis ſupplicat, pro peccatoribus intercedit. Sic ille.

Vid. ſer. 1. de Aſſump. B. V.

Eius eſt iſtud de beatiſſima virgine Maria Encomium: Virgo Dei Genitrix virga eſt, flos filius eius, Mira floris ſummitas, & inattingibilis vitæ proceritas. Hæc eſt virga recta, virga erecta, procera, fragilis, gracilis, flexibilis, frondoſa, florigera, fructifera: recta per iuſtitiã, erecta per deuotionem, procera per longanimitatem, fragilis per abiectionem ſui, gracilis per humilitatem, flexibilis per manſuetudinem, frondoſa per ſanctiſſimam conuerſationem, florigera per virginalem conceptionem, per partum vitæ æternæ fructifera. Recta per fidem, erecta per ſpem, procera per charitatem, fragilis per pudorem, gracilis per deſpectionem mundi, flexibilis per compaſſionem proximi, frondoſa per bonorum operum exequutionem, florigera per gloriam virginitatis, fructifera denique per prærogatiuam fœcunditatis.

Eiuſdem eſt iſta ſalutatio: Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Aue, quia per te mutabitur nomen Euæ. Illa fuit plena peccato; ſed tu plena gratia. Illa receſſit à Deo; ſed Dominus tecum. Illa fuit ma-

Ex ſer. eius de Purif. B. Virg.

maledicta in mulieribus; ſed tu benedicta in mulieribus. Per illam mors intrauit in orbem; ſed per te vita rediјt ad orbem, &c.

Ordinem Militum de Auis, ab Alphonſo Luſitaniæ Rege contra Mauros inſtitutum, ſub Deiparæ virginis patrocinio militantem ſua auctoritate confirmauit Innocentius. Nec Albigenſium hæreticorum capitalium Deiparæ hoſtium peruicaciam ferre valens, quòd neque miraculis à beato Dominico patratis; neque doctrinæ veritate, aut vitæ ſanctitate mouerentur; bellum ſacrum in eos indixit, & Cruce ſignatos multis præmijs animauit. Porrò quàm impij eſſent, & quàm horrendas euomerent in Deiparam blaſphemias Albigenſes, pudori caſti lectoris conſulens, prudens omitto; eas tamen ſuggerit Bzouius. tom. 13. Baling. in Cal.Mariæ 16.Iulij.

De hoc Innocentio, à maleuolis in Ordinem Dominicanorum commoto, reuelauit Deipara Ferdinando Diaz Dominicano, Pontificis feruorem deſediſſe: & quæ contra libertatem, atque inſtituta Religioſorum, ad impiorum ſuggeſtiones, ſanxerat, abrogaſſe. Quam porrò reuelationem eiuſdem Ferdinandi orationes, vigiliæ & lacrymæ, vt Deipara iratum Pontificem mitigaret, præceſſerant.

Neque omittendum, quomodo Deipara per quemdam virum ſanctum, qui ei à ſacris confeſſionibus erat, eum à moleſtandis Religioſis Ciſtercienſibus ſibi deuotis auerterit. Litteris ſuis mandauerat Ordini iſti, vt quadrageſimam partem omnium mobilium in ſuccurſum belli Terræ ſanctæ, tranſmitteret. Ordo verò priuilegijs ſibi ab eius anteceſſoribus datis, innitens, nõ acquieuit exactioni: vnde Innocentius in tantum commotus eſt, vt ſæcularibus Principibus indulgere proponeret, vt ipſi poſſeſſiones Ordinis vſurparent. Abbates verò, qui in proximo generali conuentu confluxerant, ſpem ſuam in Deipara virgine Maria totius Ordinis Patrona ponentes, ſpeciales orationes indixerunt. Interim ſupradicto eius Cõfeſſario Deipara apparens in hæc verba Innocentio mandauit: Tu Ordinem Ciſtercienſem, cuius ego ſum aduocata, deſtruere conaris; at non præualebis; & niſi citò Cæſar.li.7. cap.6.

Digitized by Google

reſipiſcas, ego te & omnem potentiam tuam conteram. Territus Pontifex, vlteriùs non perrexit; immò Ordinis priuilegia roborauit: hocque adiecit, vt negocia huius Ordinis primò omnium in curia expedirentur. Cumque hanc gratiam, & ſua Bulla, & Cardinalium ſubſcriptionibus firmaret, eique vnus dumtaxat Cardinalis contradiceret, ita in eum exarſit, vt ſtatim eum amouere minaretur.

Humanis exemptus eſt anno à Virginali partu 1216. 16. Iulij. De quo apud Surium in vita S. Lutgardis hæc habentur, timoris ſimul & conſolationis plena: Dominus Innocentius Tertius Papa poſt celebratū Lateranenſe Concilium ex hac vita migrauit: moxq. apparuit viſibiliter sãctæ Lutgardi. Illa vt vidit illum ingenti flamma cinctum, quiſnam ſit, percunctatur. Reſpondit autem, ſe eſſe Innocentium Papam. Et illa, cum gemitu: Quid eſt hoc, inquit, communem noſtrum Patrem tam dire cruciari? Reſpondit ille: Tres ob cauſas ita crucior, quæ etiam me æternis ſupplicijs iuſtiſſimè addixiſſent, niſi per interceſſionem piiſſimæ Matris, cui Monaſterium condidi, in extremis, me pœnituiſſet. Quòd autem ad te ſuffragia petiturus venire permiſſus ſum, id mihi à filio ſuo miſericordiæ Mater impetrauit.

Laur. Sur. in vit. S. Lutgard.

DE SANCTO DOMINICO Calarogitano, ſacri Prædicatorum Ordinis Fundatore.

CAPVT XVIII.

Hiacynth. Choquæt de viſcerib. mater. Mar. Deip in Ordin. Prædic.

BEatiſſimus Pater DOMINICVS, inclyti Prædicatorum Ordinis Patriarcha, natione Hiſpanus, patria Calarogitanus; cùm futurus eſſet Mariæ; idest, Dominæ, eximius cliens, filius, plenoq. mutui amoris iure Marianus; dictus meritò eſt Dominicus, hoc eſt, ad

ad Mariam & Dominam ſingulariter pertinens. ſuum ipſe in Ieſu Matrem pietatis affectũ ſimul ac ſtudiũ, vix dum natus maior decennio, & exinde continuò ſua in Roſario Mariæ, non in manibus verſando ſolùm delectatione; ſed ad ipſum quoque ſedula orandi deuotione luculenter demonſtrauit: neq; orare tantùm, ſed & à zonula ſecum geſtare pendulum plus quauis aurea, gemmataq. torque delectabatur. Hauſiſſe illud cum materno lacte potuit, aut ab Eccleſiaſtico, dato eius pueritiæ rectore, atq; magiſtro, imbibiſſe. Verùm altior homine indoles pueri altiore digna Deo viſa fuit diſciplina magiſtra: itaq. Maria virgine hoc ipſi reuelante, cùm adhuc circiter decem eſſet annorum Roſarium ſemper portauit & orauit: ætatis etiam robuſtioris factus, terna in dies ſingulos Roſaria horis ſucceſſiuis Mariæ ſacrabat recitãdo, cum diſciplinis totidem ferrea catena ſibi inflictis. Neq; tot ſeſe illi tantæue dare occupationes in animarum procuranda ſalute quibant, vt à gemino iſto precationis & caſtigationis ſacrificio retardaretur: quin magis, ſi quando ab iſtis paulò maiorem vel impetraſſet, vel ſurripuiſſet ſibi remiſſionẽ; ſubinde nouena, ac etiam duodena quandoque Roſaria fundebat: in quibus noctes, nec rarò penè totas exigebat inſomnes. Nec mirandum minùs accidere debet in tantam, virum tantum ſeſe apud Mariam inſinuare planè dicam familiaritatem potuiſſe, vt in ſecreto, miras, magnas, ac multas ab ea cùm diuinarum aliarum, tum rerum Roſarij reuelationes, viſioneſq. acceperit: in publico autem tot ac tanta patrare admiranda prædicationibus & miraculorum deſignationibus valuerit. Neq; ſat ardori fuit, Prædicatoris Roſaria oraſſe ad hauriendum ſpiritum, commendaſſe concionibus ad ipſum propagandum per populum, ex cingulo geſtaſſe ad exemplum; verùm etiã ſibi piorum largitione plurimas prouidebat coronas, quas inter plebem pro concione diſtribuebat: atque ita doctrinis, roſarijs, miraculis, vndique loca omnia peragrãdo complebat; ſuo item exemplo ſuaſuq. nobiles & copioſos viros, fœminaſque ad diſtribuenda Roſariorum donaria cohortabatur. Experientia ipſi compertum erat,

B. Alan. Ru pen. rediuiuus in Roſar. B. Virg. par. 1. c. 8 & par. 2. c. 3.

erat, atque à non paucis obſeruatum, quod ſi quando minus alijs doctrinarum in medium allatarum prædicationibus ſeſe ad animarum fructum proficere ſibi videbatur, continuò ad Roſarij commendationem ſpiritu, totoque conatu excurrebat; atque eo dicendi argumento recta ſentientes orthodoxos mirum in modum accendebat, roborabat, & hæreticos vexabat, exagitabat, confundebat, vtroſque ſuſpenſos, illos veneratione, hos admiratione ſui ab ſeſe dimittebat.

Fortè cùm ad mortem vſque virgineus D. Dominico pudor conſtiterit illibatus, Deiparæ exemplo ſiue inſtinctu cùm adhuc in ephebis eſſet, necdùm matura pueritia eumdem Deo conſecrauit, & deuouit. Sanè tam frequens illi erat in ore beata Virgo, & pſalterium Virginis, eiuſque monitis cœteri ipſius ſocij priuſquàm Ordo Prædicatorum conderetur, Chriſtianos tam feruida oratione ad Deiparæ cultum incitabant, vt vulgò fratres Mariæ nuncuparentur, vt loquitur Nicolaus Ianſſenius in libro de beneficijs fratribus Prædicatoribus à diua Virgine collatis.

Indutus virtute ex alto, & vir factus verè Apoſtolicus, Hiſpaniarum terras latè prędicando peragrarat; cùm ecce iam ad exteras circum nationes ſpectaret, contingit, vt non procul ab S. Iacobi Compoſtellæ in Piratarum manus cum peregrinationis comite incideret; qui vtrumque raptum ad ſuarum nauium claſſem nobilem prædam adducunt. Hic multis priùs quæſtionibus excuſſos, ac plagis etiam tortos, viliſſima inter ſeruitia ad remos addixerunt. Itaque trimeſtre ipſis remorum duros inter labores ceſſerat mira cum patientiæ conſtantia exantlatos; cùm ecce miſericordiæ mater dilectum ſuum intuens Dominicum, totis viſceribus charitatis ſuper eo commouebatur. Iratum igitur ſceleratis, Maria volente ac mandante, ipſis mare, peruolitantibus cœlum omne vertitur, & atris nubibus inuolutum, noctem fert horrificam, emiſſiq. ruunt, & immane præliantur venti: fit ſæua tempeſtas, fulgura corruſcant, tonant æthera, fulmina volant; maria vertuntur, horreſcunt omnia, denſus ſuper

im-

improbos effunditur imber ; dixiſſes,cælum ruere. Interea feruet inferius quoque pontus, & rabidè tumet in immenſum. Quicquid agant perduelles remis, contis, omnique contra nixu:nihil agunt, denique deſperati fata complorant. Solus hæc inter cum ſocio ſanctus Dominicus turbatus nihil, nihil afflictus, maſculo animo mactus, erectusque ſpiritu, profanorum deſperatione viſa, animos ipſis ſolita prædicatione reuocare conatur, Fratres,ait, irato Deo res agitur, placandus Deus eſt, & placabuntur cetera. Dexteram Dei vindicem veſtra concitant ſcelera, maria turbant;illa animis execrati dãnate, Deiparam Mariam,maris ſtellam, implorate ſupplices opitulatricem. Dixit, ſed in ventos, deſperatorum barbaries hiſce fit rabies, ſæuiuntque hi animis in recta monentem: iſti vt fatuum ſannis proſcindunt, alij flagris etiam concidunt, & quod Sancto grauiſſimum accidit, Deum,Diuamque cœlitum diris impetunt blaſphemijs. Nox interea procellarum additur nocti (erat autem beatiſſimæ Annunciationis præcedens diem inſequentẽ) quæ ipſa Dominici ſtimulabat zelum, vt ad reuerentiam tantæ miſerationum Reginæ,cruda iam funus ſuum plorantia improborũ pectora detorquere, rursùm molli ſermone attentaret. Dictis igitur aggreditur manſuetare feros, humillime, & deuotè, vt licuit, admonet, Deum optent,orentque propitium, in rebus deploratis certum ſeruatorem Ieſum, ac ſeruatricem Mariam. Suauiſſimorum auditus nominum deſperata efferat pectora,vt quàm antè trucius ferocirent, ac Ieſum, Mariamque infandius blaſphemarent. Dum ij per ludibria procellarum miſerè iactantur, Parthenicæ inſtabat Annunciationis feſtiua ſolemnitas, ſurgente & obſcurum tranſparente iam ſole. S. Dominicus autem impensè precibus ad Annunciatam inſiſtebat; vitæ licet ſecurum, ſui tamen immemorem, infelicium piratarum cura ſalutis habebat ſollicitũ: pro hac dum orat, ſua ecce aduocata Maria ſoli apparens, diaque in luce coruſca ſponſo adeſt, & talibus alloquitur: Eia Dominicè, feliciter: certas viriliter, perijſſent cœteri, tu ſeruas vnus:tuis ego velificabo votis:par-

cam

eam amore tui, nihil filio, nihil mihi, tibi nihil parcentibus ſacrilegis. Vindictæ pars eſt, ſuſpendiſſe vindictam, vt irruat grauior: optionem offero; vel æternum diſpereant, vel pſalterium, ſiue Roſarium meum accipiant, & vitam viuant ſaniorem, inita inuicem, te auctore, fraternitate Ieſu, & Mariæ nuncupanda. Si adplacebit improbis, placet, vt ſigno Crucis obiecto tempeſtatem ponas placatam, ipſa filium eis placabo. Sin tute ſolus cum fratre ſupergradiens aquis, exibis ab vndis, cæteris ponto, & orco abſorbendis: hæc illis ex me certus denuncia. S. Dominicus haud ſecus ac iuſſus mandata faceſſit; minas, iraſque prædicat, intentat mortes, contumaciam arctat ea vi ſpiritus ac oris, dum pectora adamantina rumpat, expugnet, vinctaque conſtringat. Affatu demum meliore, de Ieſu, de Maria, vtriuſque Roſario, de fraternitate rudes informat, pœnitentiam edocet ac perſuadet, Deo ſenſim intimis gementium penetralibus illabente. Huc plurimùm adiuuabat, quòd ſolo Crucis, vociſque obiectu, tempeſtas tanta momento reſediſſet. Eſt vox, ſuntque vota vna omnium ſupplicum mandata ſe facturos, tantùm ipſe imperet. Perfidiam, ſcelera, vitam anteactam, ſeque ipſos deteſtati, pœnitentiam eiulatu magno ſpondent, Roſaria de manu ſeruatoris ſui accipiunt, acceptant, coeuntque fraternitatem omnes vnam ac nouam ſub auſpicio Ieſu, & Mariæ, tituloque Roſarij. Vidiſſes humi prouolutos, infuſos fletu, ſqualore ſordidatos ad pedes inter hauſtas aquas arreptare Dominici, veniamque opemque precari. Nam poſtquàm ad hanc vocem: In nomine Ieſu Chriſti, & Mariæ matris eius piiſſimæ, Quieſce, foris quidem facta quies erat, & ſecuritas; ac intùs ipſa naui mors admiſſa obnatabat; adeò prora rupta, latera carinæ lacera, fundus impactu ſcopuli diſruptus, totis tot hiatibus vndas hauſerant exundantes, vt in naui, velut in mari hi natarent, illi ſuper tabulata ſtarent. Omnes tamen ſuper omnia prodigia, vnum iſtud prodigioſius obſtupeſcebant, quòd tantos inter, & nubium imbres diffuſos, & illiſos fluctuum nimbos, & ingurgitatas hiatibus aquas, ſolum Dominicum mador nullus attin-

ge-

geret : quo ſecuriores apud talem ſanctum , & ſibi de periculo nauis non mergendæ quaſi ſpondebant, orare tamen opem non omittebant. Verùm ex improuiſo , ecce diuinius cunctis conſpicitur ſpectaculum . Auguſtiſſima Dei virgo mater Maria ſupra aſtitit omnes , multa manifeſta in luce , & maieſtate admirabili , amabilis gratia,vultu cultuque aſpectabilis. Fit ſtupor,& horror: ſpe, metuque palpitant corda,dum ſtant intenti ora,oculiſque defixi, ſic fatur ab alto Diua : Fortunati infortunio hoc viri; fidite:meum audiſtis Dominicum, me audite : Ab vno ecce diſcite Dominico fiduciam in Ieſum,inque me Mariam: ſic pietas, virtuſque viri meretur ; ſic ſeruo quos ſub Roſarij mei ſigna recipio . Antè ſoli conſpiciebar, indignis occulta vobis;quòd incognita ac infenſa, nunc aperta vobis,& placata,vt credatis , vt imperata paratiùs,vt promiſſa deuotiùs expleatis. Dixit,& in ætheram receſſit. Simul omnes ſibi velut redditi in arena ſuper vndas eminente, ſe nauemque ſtatim conſpicantur, mirantur exhauſtam aquis, prius ruptam, laceram,fœdam; nunc vndique integram,ſanam, ac ſolidam . Dum ea in ſtatione,& admiratione attoniti,mutique velut in portu,cœlum ac pontum vndique circumſpectant,ſuggrediens ſuauiter placida vnda nauim ſubleuat, datque natatui. Tunc ſanctus Pater Dominicus ſecreto ſponſæ monitu , ad ſilentia alta tenentes , neque ſeipſos ſat noſcentes , ſic loquitur : Viri fratres, hæc eſt mutatio dexteræ Excelſi ; hæc gratia Saluatoris Ieſu;hæc miſericordia matris Ieſu Mariæ eſt. Laudate Deum , glorificate Ieſum;magnificate Mariam ſalutate Mariam,quæ mecum laborauit in naufragio . Cantate Domino canticum nouum Roſarij, quia mirabilia fecit. Equidem pſallam Deo meo,Diuæque quandiu fuero. Ecce ſpondet Maria patrona nobis ; quæ vaſa , quas merces , quæque alia ex naui alleuanda iactu facto,& iactura proieciſtis, cuncta ſimul,& ſalua Britannico in litore cumulata recipietis, medias tantùm fugite terras , & fatis ac ventis date vela ſecundis . Fauces vocemque viris,pauor,amor,ſtupor, honorque Dei ac Diuæ velut obligata tenebant ; altiùs

ciùs tamen animi clamabant tacitorum. Vix pauca hæc reddebant omnes actis pro ſe quiſque gratijs: O Ieſu, o Maria; ita voueo; Deus canticum nouum cantabo tibi in pſalterio decachordo pſallam tibi: Laudabo Deum in vita mea, pſallam Deo meo, quandiu fuero. Mox velut procul in obſcuro, circùm horribiles ſe tollunt vlulatus, & ploratus Cacodęmonum: Væ, væ, vociferantur, væ nobis: hic Dominicus nos eneruat, & immortaliter enecat: heu noſtram harpagat prædam, noſtra euinculat mancipia, captiuos noſtros in ſuos vindicat libertos: noſque, heu miſeros, nos in neruum dat ſuum pſalticum: hoc nos flagro nerueo diſflagellat; væ nobis. Intereà curſum tenuere rates portumque propinqui in Britannicum ſeſe penetrabant, & cunctis ordine periculis perfuncti fœlix Pſalticum Celeuma cantabant. Hic, vt prædictum, eiecta reperiunt vniuerſa; ac vina etiam, quæ cum vaſis plurima eiecerant, nunc quàm priùs pretioſiora. Confraternitatem in alios mutati viros ſancti colunt, ſeque in Roſario ad diuerſa pœnitentiæ deuouent inſtituta. Eodem ſimul tempore continuò Regina Roſarij, & Patrona Confraternitatis, hanc ipſam certis legum terminis definiuit: quas vt ſancitas eſſe perenneſque voluit, ita S. Dominico reuelatas dictauit, ſub ea formula quæ extat apud beatum Alanum rediuiuum part. 2. Roſarij cap. 17. ad quem refero Lectorem. At non hic mirabilium finis.

Id. loc. cit. par. 3 c. 3. Tholoſa (vrbs eſt prænobilis Galliarum) hæreſim Albigenſium pro aris ac focis ſumma vi ac ope propugnabat: vitam quàm perfidiam citiùs proieciſſet. Sanctus tamen Dominicus cùm ſua prædicatione Roſarium tota Italia, Hiſpaniaque, mira cum animorum, morumq. mutatione celebraſſet; nec in Vrbem, nec in animos Tholoſanorum penetrare ſeſe vnquàm hactenùs valuerat. Ergo zelo exæſtuans ac dolore, in cauernoſa proximæ ſiluæ abdita ſeſe aliquando ſolum conijcit, ad Deiparæ ſuæ impenſius opem implorandam, ieiunia precibus iungit, corporisq. diras caſtigationes. Inter hæc triduum tenuerat, pęnas de ſe pro Tholoſanorum culpis repetens, diuerberare corpuſculum ſibi rubis ac ſentibus non deſinebat, dum viribus

bus

bus defectus ſemianimis corruiſſet. Collapſo, cruentatoque adeſt Athletæ Patrona ſua, cœli Regina potens, ac vultu, affatu, amplexuq; iacentem excitat velut rediuiuum: Diuæ Reginæ cælitum tres aliæ vultu, cultuq; perſimiles, niſi quod inferiores adſtabant comites Reginæ, quarumquamque ſicut aſſeque Virgines quinquaginta circumſiſtebant, formâ omnes ſupra hominem, auguſtiore, armis illuſtres. Obſtupuit viſo in medio Dominicus. Ad quem alma Virgo parens: Dominice, inquit, fili, ac ſponſe intime, quia aduerſus inimicos fidei inſpirante Ieſu, me opitulante depugnaſti fortiter, ecce tibi ipſa, quam inuocas, adſum auxilio. Dixit. Simul Reginæ tres humi leuatum, quaſi ſeminecem pijſſimæ ſiſtunt Mariæ. Quem illa in virgineos acceptum amplexus, oſculo fixo diſſuauiabat, & apertis caſtiſſimi pectoris vberibus appreſſum lacte ſuo potauit, integreq. reſtituit. Tum his affatur intimis viſceribus: Dilectiſſime fili Dominice, numquid probè noſti, & qualia arma Trinitas ter ſanctiſſima vſurpauit, cùm orbem totum reparare ſtatuiſſet? Cui ille: O Domina mundi, tute noſti me præclariùs: per te namque ſalus mundo venit, per quam te mediatrice mundus reparatus eſt, ac redemptus. Quæ arridens familiari ſponſo: Trinitas, ait, beatiſſima ad orbis expurganda ſcelera vniuerſa, præcipua ſibi inter arma delegit Angelicam ſalutationem, qua noſtrum conſtat Roſarium, totius noui teſtamenti fundamentum. Quocirca, ſi vis, quem optas in prædicando fructum, meum prædica Roſarium, & mox perſenties ter maximæ Trinitatis auxilium. Simul addidit tale ei, iſtius in ſignum, ait: Ecce tres mecum Reginæ ſanctam Trinitatem repræſentant. Harum, vt cernis, prima, candidiſſimo nitens cultu, Patris deſignat potentiam, quam in filij ſui ex me nati, ſancta Incarnatione manifeſtauit. Hanc ponè quinquaginta virgines item candore mirabiles, deſignant primum Iubilæum gratiæ & gloriæ, in & ab Patris eſſe potentia. Secunda Regina oſtro & purpura rubens, filij denotat ſapientiam, quam in mundi per paſſionem ſuam redemptione declarauit. Illius comites quinquaginta, pari inſignes purpura virgines, ad

H mo-

monent alterum quinquageſimi anni Iubilæum gratiæ & gloriæ,ex merito Chriſti paſſi deſcendere. Tertia Regina conueſtita ſtellis,clementiam Spiritus ſancti demonſtrat, quam in redempti orbis ſanctificatione miſericorditer oſtendit. Aſſiſtrices ei quinquaginta virgines, ſtellis vndique coruſcæ,ſpondent Iubilæum tertium gratiæ & gloriæ, in & ex Spiritu ſancto promanare. Porrò noueris, ego vt trium Reginarum, ſic & Iubilæorum ſum Regina, trium in via & in patria: nimirum,legis naturæ, ſcriptæ & gratiæ, quę totidem in beatorum felicitate perennant. Quæ cauſa eſt cur beatiſſima Trinitas iſthunc mihi numerum 150. ſanctificatum dicauit,& conſecrauit in Roſario meo. Cuius idcirco prima quinquagena de incarnatione pura candet. Secunda de paſſione filij purpurata rubet. Tertia de eiuſdem reſurrectione, ſanctorumq. gloria ſtellata coruſcat. Age nunc igitur,meum hoc capeſſe Roſarium, & conſtanter illud prædica. Vrbem, hoſtiumq.fidenter inuade cuneos: & vbi frequentiſſima conuolarit multitudo,hoc lauda, commenda, oratione ſuade, & crede, maxima protinus diuinæ potentiæ mirabilia videbis. Dixit,ſeque ſuper aſtra recepit. Promiſſo fidit,dicto paret S Dominicus. Apparet in vrbe Tholoſana, ſimul Aedis ſummæ æs omne campanum diuino agitatu ſummis in turribus conſonat, ſonitu prorſus peregrino & nouo. Terror animos, mentesq. cunctorum ac ſtupor inceſſunt, pariterq. cupido factum cognoſcere viſu, quod audiebant,& diſcere cauſam. Ad Parœciam eam principem Ciuitas aduolat penè tota, & ecce videtur antè cunctis peroſus, auditur intrepidus, diuinus ſuſpicitur Roſarij prædicator S. Dominicus,cordium ſentitur malleator. Stuporem ex pulſu campano maior ex prædicatione excipit. Illius memoriam inter & ſenſum huius atq; præſentiam medij ſtant omnes pariter atque defixi, neque dum hæretica cedebat peruicacia. Itaque altior de cælo,horribiliſq. fit vis. Virtutes cælorum mouentur, mugiunt tonitrua, fulgura certatim volantia micant, reſonant eliſa fulmina, quatitur vrbs fragoribus,orbis vterque ſucceuſus intremiſcit. Immania hæc & n..

ran-

randa;at mirabilius,quòd in his omnibus vox vna prædicantis Roſarium nil cederet Dominici, quo minùs integra ad aures audientium accideret. Iſta quæ vincebat omnia, vincebat & hæretica pectora, hæc frangit, hæc mollit, hæc mutat. Tum inter alia ſic fatur: Hæc dextera Excelſi, irati hæc vis Numinis eſt, o Ciues,date locum Deo,ad oſtiū cordis veſtri ſtat,& pulſat; Deus enim eſt,qui fulminat in nubibus,terret vt corrigat;non ferit,vt occidat. Agite Saluatoris Genitricem virginem,Matrem miſericordiæ poſcite omnes Aduocatam; Matri piæ pius filius nihil abnuit,vtriuſq;precem amate,Roſarium vſurpate. Secundum Deum Matrem colite, execrati hæreſim eiurate,& fidite,ſalutem ſpondeo,ſponſionem hanc meā affirmabit gratam Deiparæ, Deoq.ratam ſubita ab hiſce quies terroribus, & tranquilla ſecuritas. Credite,cerno coram centum & quinquaginta poteſtates, Angelos vindictæ Dei adminiſtros à Chriſto,& à Chriſti matre virgine cęlitus in vos immiſſas, pœnis ſcelerum veſtrorum expoſcendis. Has voces Sancti,aliæ blattarum interſonant voces infauſtæ, confuſiq. eiulatus cacodæmonum eduntur tales: Væ, væ nobis! ab Angelis per vim maximè Roſarij catenis ignitis religamur,& procul ex orbe hoc relegamur in barathrum,heu infelices! Horum tanta intendebatur vociferatio, vt de Roſario prædicationis vocem penè obſcurare viderentur. Obruiſſent illum, ni Deus voci eius vocem virtutis dediſſet. Oſtentum iſtis acceſſit deniq;horribile æquè ac mirabile.Proſtabat fortè in Eccleſia maiore Deiparæ ſtatua,loco edito atq;cōſpicuo: hæc viſa fuit cunctis dexteram in cœlos porrectam extendere,vice minarum,tertium repetita,ac ſi diceret:Niſi iuſſa faceſſatis,peribitis. Ita enim geſtum ſtatuæ mox interpretatus eſt S. Dominicus. Non plagæ, inquit,non horrida monſtra remittant,ni ab pertinaciâ remittentes,ſalutem per aduocatam miſericordiæ in Roſario quæſieritis.Ergo ſacris ipſi precibus in Roſario placate iratam, & iratum minaciter brachium ea flectet ad miſericordiam. Iam fibras cordis omnium percuſſerat Deus,percuſſerat Dominicus.Vidiſſes abiectos humi vni

H 2 uer-

uerſos, ſupplices ad Deum Deiparamq. palmas tendere; pallere vultus, artus tremere, & corpore toto inhorreſcere: audiſſes imis ductos pectoribus gemitus, fractos ructare ſingultus, obſcurum mugire rugitus, vlulatus, virùmq mulierumq planctus reſonare permixtos, miſericordiam vocare vniuerſos. Hoc flexus miſerabili ſpectaculo S. Dominicus, vultu ad Deiparæ ſtatuam verſo, humi genua ſupplex ponit, & orat. O Domina cæli, terræq. potens Virgo, aſpice pœnitentes, ſupplices audi, præteritorum pudor, ac dolor præſens ac futuris meliora ſpondet. Iras pone, remitte minas, bracchiumq repone in tuæ ſinum clementiæ. Audijt pia parens, ſuæq. brachium ſtatuæ contractum compoſuit: pariter venti, tonitrua, terræq. motus, & cuncta reſederunt. Terroribus hiſce, periculiſq. perfuncti Tholoſani, dedunt manus, animoſq. ſinguli in vnius manum Dei, & ductum S. Dominici. Fit pax & alta quies, admiratio pariter, & perfecta animorũ mutatio. Die poſtero nouum ciues ſpectaculum tale dederunt, ſuperiniectis ſibi camiſijs, ardentes manibus cereos prætendentes, eamdem ad Eccleſiam mane primò ſupplicatum conuenerunt: ad quos S. Dominicus catecheticam de Roſarij præſtantia, vtilitate, methodo recitandi, & virtute, omnibus eius verba auide excipientibus, concionem eſt proſecutus. Exinde, illuſtria & admiranda prorſus prodigia, tum ibi, tum alibi per iſtud Parthenij Roſarij Amuletum à B. Dominico patrata ſunt, è quibus hic tantùm aliqua referemus.

Eſt in Alemanniæ terra Caſtrum, natura loci, & arte manuque munitiſſimum, quod miles quidam habitabat bello, & armis potens, cui ſimiles ſui erant quatuor ſupra denos tribuni, manu prompti, robuſti viribus, & prælijs exercitati, inſuetique prædis. Quo atrocior ſpiritus ſingulorum, pectora quamdam ad barbaram immanitatẽ efferarat, vt actis quotidiè prædis, per nefas plus delectarentur, quàm iuſto marte quæſitis: nec rarò per latrocinia mixtas ſanguine prædas cruentare floccipendebant. Impia virùm erat immanitas, dicti quatuordecim vno ſub principe ſinguli, plures ductabãt ſub ſignis, non

Id. Alan. lo. cit. par. 3 cap. 20.

tam

tam militari dicto ſacramento deuotos, quàm ſcelerum ſocietate facinoroſa coniuratos. Hi longè latè per omnes circùm terras excurſionibus factis, rapinis, prædis, cædibuſque omnia infeſtabant. Cùm igitur ad infame illud à prædonibus Caſtrum, ex Vrbe per Germaniam Pariſios proficiſcens, non procul adeſſet S. Dominicus; & mane primo ante diuinis operaretur ad aram, quam pergeret iter. Ecce ſub Miſſæ ſacrum ſua ipſi familiaris beatiſſima Deipara ſe ſpectabilem ſoli dedit, talibuſque monitis informauit: Mi Dominice, frete Deo, pede adhuc inoffenſo iter renuiſti ſecundum, non tamen hodiè, vt heſterno eueniet, ſed ſortes tuæ in manu Dei. Sæuis à prædonibus incurſabere, nec me ſine, vitæ ſecurus. Age, diſce quid facto opus. Vbi captus à feris traheris, vltrò ſequitor; ſed eorum principi te ſiſti poſtulabis: habere te, quæ noſſe ipſum eiuſque primipilos ſaluti omnium intereſſit, dictique factis continuo probatum iri adeoque ipſorum tibi manus iniicientium, capita in præſenti futura diſcrimine, ni tuis fuerit monitis conſultum. Addes viſuros, audituroſque ipſoſmet, quæ in viuis numquàm vel fando cognouiſſent. Dabunt id barbari tibi. Iſtud autem habeto certum: in dicto Caſtro quindecim incolunt mulieres, eximia corporis forma, habitu, cultuque ſpectabiles, & verò elegantia vultus ad miraculum viſendæ carnalibus. Hæ principem, tribunoſque eius militares præſtigijs ſuis faſcinatos ita dementarunt, vt earum instinctu nullum non patrare nefas exhorreſcant. Nimium quantum viris eæ dominentur armatis. Neque enim homines ſunt mortales, niſi ementiti, ſed ex orco ipſo cacodœmones veri, & quidem vabri ſuccubi. Ita autem quindecim viris ipſis perſuaſiſſimum eſt, ipſas eſſe deas, quas fatales vulgo placet vocitari. Earum familiaritas creditur in rebus gerendis certa eſſe proſperitas; conſilia putabantur oracula. Pro! quantis hiſce refertus eſt orbis! Dulces ſunt furiæ, inelcant melle vipereo, ſæuiùs felle necant, prorſùs verſant, miſcentque orbem. Quare iſtud age: Hinc in viam tecum aſſumes ſacroſanctam dominici Corporis particulam, nec abſque

 ſto-

ſtola, quam ſacerdotali ritu propalam geſtabis. Prædo factus priùs ipſe prædonibus, hoſce dein omnes in plantes Deo prædam habiturus, captiuos quoque triumphaturus dœmonas, qui infelices modò præmiatores captiuos ducunt. Tu porrò captus, vbi ad latrunculorum principem admiſſus ſteteris, accerſi poſce cunctam domus familiam, ſua ijs ſcelera nefanda cordatè ingere, intenta pericula, illo ipſo die per aquas cunctos ad interitum pertrahendos eis denuncia: malignos prodito ſpiritus, euadendi ab hiſce viam aperi, prædicato viris Roſario, animarum auferes lucrum; pretium hoc, præmiumque periculi eſt. Dixit & abſceſſit. Ex ordine, vt prædicta, iuſſaque ſe, & dant omnia, & geruntur à S. Dominico. Viam ſic ille capeſſit: ad caſtrum, vt propiùs ventum, iam in eo erat, vt eruptione facta prenderetur. Ecce rurſum adeſt Deipara, ſoli manifeſta ſuo Dominico, dicitque: Ecce mitto te ad gentem peccatricē, nec enim ab annis retrò triginta eorum plerique, vel ſcelera confeſſi expiarunt, aut vlla audire diuina voluerunt. Magi omnes, dæmonibuſque deuoti. Inſta, Roſarium prædica, dona quindecim, ſeu medicinas aduerſus peccata totidē ex diametro commonſtra: vinces cum Deo. Ille dum carpit iter, ecce aduolat furiata manus; prenſum, nexumque reptant; verſant, plagiſque multant. Ad caſtrum ducunt captum, certi dira cæde mactandum, ni Deus prohibuiſſet. Vir ſanctus petit affatus ſecretos principis: admiſſus, vix pauca fatur, iam animo Dynaſtæ illapſus eum ad mitiora flexerat. Itaque interiora ipſi ad aurem ſoli ſua reuelat; quæ monſtra domi foueat, edocet: promittit facturum ſeſe vt beſtias tartareas oculis contueatur. Pauore conterritus hæſitabat princeps, tribunos accerſit, quibus coram ex ſancto percontatur, & vnde talia noſſet, quæ monſtra loquebatur? Quid facto opus, ne in perniciem ruerent ipſo die illi paratam? Cui ſanctus: Agite, factis loquar magis quàm verbis, auribus ſimul, & oculis dicta dabo. Tantùm, Princeps, iube acciri huc cunctos, adeſſeque coram, quos Caſtro hoc tuo cōtines. Dictum, factum. Adſtant omnes, ſolus præter Domi-

micellas,quæ nimias excuſabant occupationes ſuas,quas fingebant. Vocantur,renuunt. Tunc S. Dominicus: Ite, dicite: Dominicus, in nomine ſanctæ Trinitatis, perque ipſius virtutem Roſarij, quod prædico, ſic mando cunctis,huc ſe protinùs ſiſtant. Interim coronæ circumſtantium, inquit: Sed vos ſtate,viri,ſanctæ Crucis ſigno frontem muniatis, & pectus: credite, horrifica orci monſtra ſpectabitis. Et iam excuſſus fertur ad aures clamor eiulantium; ſeque in alia omnia vertentium,nequicquam vi occulta trahebantur. Adſunt, Deum Ieſum,Deiparam, cœliteſque dirè execratæ blaſphemant, limphatis ſimiles furiatæ: imperato laruis ſilentio, rurſùm cæteris ait: Signo ſe quiſque Crucis obarmet: parent cuncti, at illæ nequaquam,quin auerſæ magis ſæuiebant. Hinc vir Dei ter ſanctiſſimam Hoſtiam de ſinu producit manifeſtam, & ſic infit: Adiuro vos oblaruatas furias inferni,per iſtũ, quem cernitis coram hiſce in manibus,palam edicite, & confeſtim, quæ, vnde, cur huc adeſtis. Tuque nominatim prima harum ſuperbiſſima beſtia,eloquere. Illa furens,ineffabiles iras vultu,minaſque ſpirans,truces in diuerſa oculos diſtorquet, dirumque infrendens vociferatur: Maledicta dies quæ huc te ſiſtit:maledicta ſit illa cum filio,quæ huc te miſit, ſic,heu, vna hora tot annorum conatus noſtros corrumpet! Cogor,heu,heu prodere ſecretum veſtrum, ò mundi principes: nos, nos infandi cacodœmones ſumus; hoſce aſtites annis iam pluribus dementauimus; vaſtitatem latè, cædeſque per eos fecimus: &,heu, hoc ipſo die hos in aquas præcipitaturæ fueramus,in orco nobiſcum cœnaturos. Sciunt. Stant paratæ naues ad oppoſitam eis terram hoſtiliter à quingentis iſtis depopulandam: at hodie noſtri erant,deditique nobis, medijs in vndis ſubmergendi. Cur, quærit Sanctus,non id citiùs patraſtis? Et illa,Facultas,heu,non voluntas deficiebat. Sciſcitanti: Et quid ita? Subiecit: Sat audiſti, quid nos torques amplius? Cui,volo,inquit, & iubeo, per virtutem Chriſti,edicito. Furia; Heu, heu eiulabat: Falſa illa cantilena Mariæ mulieris iudaicæ, ſemper hoc impediuit. Hi enim omnes iuſſu principis

Digitized by Google

omni die ſalutabant illam. Et Sanctus: Quantum orabant? Illa: Quantum tu prædicas Roſarium inimicæ noſtræ. Inſtanti S. Dominico: Vnde iſtud didicerant? Reſponſat. : Noſti, quid quæritas! Heu, id antiquum eſt oraculum orbe toto receptum olim, at arte noſtra penè ſopitum. Tu nunc in perniciem id noſtram inſtauras. Portant id quidem, hodieque ex antiquo geſtant, & demuſſitant multi; verùm quid faciant, ignorant. Parens iſtius principis inimicus noſter, eum à puero garrire id coegit; vnde illi inſueuit, quantiſue ſeſe facinoribus obſtringeret, nec vllum voluit commilitonem, qui non idem portaret ſecum, & oraret. Hodiè verò, ob apparatum in procinctu neceſſarium, orare non dùm valuerunt, ſic nobis patebant inermes. Hauſtu vno hic vndæ, flammæ iſthic periiſſent. Ad quæ ſanctus Dominicus: Extorta hæc veritas eſt, ſecuri credite viri, ego affirmo, ſed aduertite: ſi vis ea Roſarij fuit apud ſceleratos, quanta apud iuſtos pollere Roſarium exiſtimandum eſt! Illæ multa frementes, & queritantes contendunt, vt dictis contentus, hinc eas faceſſere ſinat: ſimul genua humi demiſſa ponunt, abituri precatæ. Neque tamen adhuc muliebris formæ laruas ad vſque miraculum formoſiſſimas, poſuerant, niſi quod cedere compulſæ tam miſerandum induiſſent vultum, vt aſpectu, geſtu, mixtoque gemitibus planctu, virorum, quamuis ferrea pectora, ad commiſerationem, & fletum quoque emollirent. Hi enim ipſi ad terram ſupplices S. Dominico facti deprecabantur, eas ſacra numinis præſentia, tam immaniter cruciatas, pœnis abſoluere t, abſcedere permiſſas. Sunt tamen, aiebant, res bonæ & valde amabiles, & viris ſupra humanam æſtimationē ſolatioſæ, & obſequioſæ. Hiſce verò S. Dominicus nimiū quanto Dei zelo ſuccenſus exclamat: O vos inſenſatos, & ſtultos corde ad credendum, parum ne adhuc pericula agnoſcitis veſtra? Parùm adeò ſcelerum vos pœnitet veſtrorum, puderque, vt criminum, & diſcriminum tantorum machinatrices peſſimas, non dùm diris diriùs execremini? Ego faxim cum Deo, vt continuo veſter ille aduerſum eas amor, animuſque in vobis ſtirpitus elidatur.

Quã

Quapropter vobis in nomine Ieſu, eiuſque Matris Roſarij, præcipio; ſtate viri, nec cedite loco, dùm conſpecta oculis horum immani monſtrorum obſcœnitate, ſortem ipſi veſtram miſeremini. Vos autem tartarea portenta, feræ peſſimæ, laruis ocyùs poſitis in ſua quæque figura, hiſce quales eſtis malitia vos aſpectabiles exhibete. Ita, inquam, vobis in virtute eiuſdē Domini noſtri Ieſu Chriſti præſentis, & Roſarij ſui præcipio. Et ecce dicto, citiùs adſtant beſtiarum monſtra, orco ipſo tetriora. Ac niſi diuina virtus ſingularis ſpectantibus robur ſuffeciſſet, præ horrore ſpectrorum, clamore, & fœtore, exanimes corruiſſent. Nunc vrgebat vir diuinus: Dicite, iubeo, & cur, & quænam eſtis quindenæ? Tuque, princeps ſuperbiſſima beſtiarum, edic prima. Illa, rugitu immani excuſſo, tantùm non animas è corporibus penè euulſiſſet: Nos, heu, nos ſumus, quindecim inferni Reginæ, orbis ſeductrices, & huius in primis inſidiatrices principis, vt qui ſanguinis eſt regij vir, ac imperialis, opportunum noſtris conatibus inſtrumentum, ad gentes plures noſtram in maſſam pertrahendas, fidei Chriſtianæ diminuendæ, neque infeliciter, ſed hactenus. Stabant interim cæteræ tales forma, quales malitia ſcelerum magiſtræ: ad quas S. Dominicus: Auferte vos hinc protinus, inque ima ruite tartara. Illæ in fumum, inque tetrum abiere fœtorem; ſimul arreptas è ſtatione naues cum armis; merſas ſub vndis condunt has, illas flammis excitatis hauriunt, reliquarum exercitu copiarum, illuc adſtante ad ſpectaculum, propè expectorato. Dux autem ipſe, omiſſa excurſionis faciendæ cura, ictus horrore, vna cum prædonum manu (qui plures quingentis aderant) Sancto accidunt ſupplices, ſibi quæque vellet, imperari orant; adderetque monita ſalutis, & cœpta firmaret, imperata ſeſe facturos omnia. Verùm ille hoc tantum: Sacra vos exhomologeſi expiate viri, malè ſuetis abſtinete flagitijs, aſſueſcite bonis. Cœterùm, laudate Dominum Ieſum, & Matrem eius virginem, ipſorum in Roſario.

Adrianus genere nobilis, corpore iuxta, ſcientia, & eloquentia excelſus, in Archidiaconum Cæſarauguſtanæ ci- *Id. loc. cit. par. 1. c. 34.*

ciuitatis in Hiſpanijs, mirificè eſt ſublimatus. In quo dignitatis gradu mirum in modum eccleſiaſticos cœpit reformare defectus, & verbum Dei vbique diſcurrens, ſeminare. Quod videns diabolus, eidem tentationes carnis erga quamdam Comitis filiam Ioannam, vehementiſſimas immiſit. Sic res agebatur, vt illa ſemper confiteri, & eius conſilijs tamquàm deuoto, vellet obedire. Verum poſt ventum verborum, venit pluuia carnis, & qui vitam ducebat Apoſtolicam, heu, tunc cum præfata, quaſi in dies per ſemiannum, vitam agebat impudicam, & brutam. Moxque ab eo deuotio diſceſſit, cœpitque vehementiùs riſibus, iocis, rumoribus, ac ſpectaculis delectari. Mirabantur, & dolebant cuncti, qui eum agnoſcebant, de tanta mutatione. Iam Ioannæ aluo intumeſcente, pater minis, & flagellis à filia caſum expreſſit, quæ præfatum accuſat grauiſſimè Archidiaconum. Mox armati milites ad Adrianum comprehendendum mittuntur, ligatus ad Epiſcopum deducitur, à quo protinùs excommunicatus, incarceratur. Sed die poſt quarto, per ementitos habitum Clericos ipſius affines, inde eijcitur; eiectuſque in grauiora incidit pericula: nam fugiens, à præfato Comite cognitus, & iterum comprehenſus, ad regios carceres pertrahitur, tamquàm qui Regis neptem violaſſet: quinimmò tamquam Reipublicæ perduellis, in lacum vinctus ad ſerpentes, heu miſer, ille deijcitur, ibi victurus in vltima miſeria, frigoris, famis, ſitis, ac veſtimentorum tegumentis priuatus fuit, annis tribus continuis. Ad hæc in iſto carceris lacu, ſex mala quædam incurrit. Primum, fuit maledictionis, & excommunicationis ab Epiſcopo intortæ. Secundum, perditionis omnis ſcientiæ præ triſtitia. Tertiũ, amicitiæ omnis, & gratiæ apud Principes, & Dominos. Quartum, amiſſæ eloquentiæ in prædicationibus, & vocis in conuerſationibus. Quintum, perditionis omnis dominij Eccleſiaſtici, & temporalis. Sextum, amiſſæ libertatis in tentatione; quibus ex malis intolerabiliter, & immenſum affligebatur. Cùm autem S. Dominicus ijs in partibus prædicaret, ſcandalum audiuit maximum per Adrianum patratum; cognoſcenſque ſpi-

ſpiritu prophetico, cum adhuc in viuis degere: licentia à Dominis accepta ad eum intrat, ſalutatoque, & ad patientiam, & pœnitentiam monito, cœpit de Domino Ieſu Chriſto, ac de ſanctis multis plurima prædicare: ſed quanto ampliora de illis dicebantur, tantò impatientior reddebatur. Quod cernens S. Dominicus, ad fontem miſericordiæ eum deducens, cœpit de fructibus Roſarij Mariæ prædicare, promittens illi, quòd ſi vellet Roſarium tale dicere in dies ſingulos, & recipere Confraternitatē eiuſdem, quòd haud dubiè ab omni aduerſitate liberaretur. Credidit ille, & Dominico facta confeſſione, & ſuſcepta abſolutione, Roſarium cœpit deuotiùs dicere. Sub finem vnius menſis apparuit virgo Maria, deferens ei litteras ſuæ abſolutionis à peccatis, & à ſententia excommunicationis ab Epiſcopo: nam S. Dominicus non abſoluerat eum niſi ſub conditione ſuccurrendi, & periculi imminentis, & futuræ approbationis à maioribus; atque ita liberatus à primo malo, ſcilicet à væ maledictionis, per Aue benedictionis Mariæ. Ad finem ſecundi menſis apparuit ei virgo Maria paruulum Ieſum tenens in vlnis, qui paruulum libellum dextra gerebat, in quo erat ſcriptum ſancti Ioannis Euangelium: In principio erat Verbum. Cùm igitur ille captiuus legiſſet: Et Verbum caro factum eſt, à ſecundo malo, ſcilicet ignorantiæ eſt liberatus: nam ſcientiam omnem, quam perdiderat recuperauit, cum augmento multiplici per Mariam, quæ eſt illuminatiua in omni ſcientia. In fine tertij menſis fuit liberatus à tertio malo diſplicentiæ principum, & nobilium, per tertium bonum, quod dicitur gratia, ſicque fuit à carcere liberatus, & à Dominis honorabiliter viſitatus, & ſuſceptus. In fine quarti menſis, à quarto malo, ſcilicet, ineloquentiæ fuit liberatus per Mariam, quæ eſt plena communicationis bonorum: nam ipſi apparuit virgo Maria, & cum virgineo oſculo reddidit ipſi eloquentiam cum multiplici augmento, ſicque, vt priùs prædicauit, ſingulariſſimè verò de Roſario virginis Mariæ, per quod liberatus fuit, & de eius Confraternitate. In fine quinti menſis fuit à quinto malo liberatus, perdi-

tio-

tionis ſuorum dominiorum : nam virgo Maria apparuit illi noctꝫ media, & dedit ei baculum paſtoralem cũ mitra, & anulo Pontificali, & die tertio inſequenti litteræ Papales confirmationem ipſius in Epiſcopum afferebant. In fine ſexti menſis virgo Maria apparuit ei, ferens virgã auream in manu, qua caput eius leui tactu percutiens, ait : Exi ab eo. Moxque ab eo draco ignitus exiuit; ſicque ab omnibus phantaſijs tentationum factus eſt liber. Deinde Domina Maria cum ad renes rurſùs eadem virga tetigit, dicẽdo: Exi ab eo, ſtatimque ſerpens ab eo exiens, eũm à tentationibus carnis reddidit liberum. Sic itaque poſtmodùm diu viuens totam Eccleſiam ſuæ Patriæ reformauit, & Roſarium cum præfata Confraternitate beatæ virginis Mariæ vbique diſſeminans, beatam Mariam quamplurimùm honorari fecit. Denique, ipſa ei apparente ante mortẽ ſuã, deuotiſſime diſpoſuit ſe ad mortẽ.

Id. loc. cit. cap. 36. Quibus temporibus beatus Dominicus in terra Albigenſium Chriſtianis prædicabat, bella itidem exercebãtur cõtra infideles: in caſtris fidelium plurimi militabant Britones; inter quos miles bellicoſus & fortis, ſed vita nefandus. Hos ergo Britones monebat S. Dominicus, vt inter tot pericula commendarent ſe Virgini glorioſæ, recitando eius Roſarium; cœpit ergo miles ille cum alijs dicere Roſarium Virginis, portans coronam, intentione tamen magis euadendi periculum, quàm alia ſanta, vt patebat ex eius vita. & verò in periculis belli euaſit plurimis. Contigit aliquando, vt iter agens, nemus intraret, vbi incidit in latrones multos, qui exclamantes coegerunt eum ad defenſionem : ille concitè extraxit gladium, cui appendebat ſuum Roſarium, quia id ex more equitando, dicebat : eximens igitur gladium ſimul appendit & illud, cœpitq. percutere latrones : at illi fugere & clamare, nec audere diutius dare : quod miratur multum, illis fugiẽtibus gladium repoſuit in vaginam ſuam, & tum primum aduertit hærere ei Roſarium, quod accipiens reuerenter ad bracchium ſuum ſuſpendit. Latrones iterum congregati veniunt ad exitum nemoris, eodemque milite illud venientes inſurgunt iter atq. in eum,

qui

qui euaginato gladio multos, & ferè omnes vulnerauit. Contigit vt vnus atrociter vulneratus, pergeret ad Opidum pro medicina vulnerum, quò idem miles ibat, & agnoſcens militem, cum reuerentia locutus eſt ei, dicens: Parce mihi, ſi aliquid magni de te dicam: Tu es ille vtiquè, qui hodie effugaſti, & ſic vulneraſti nos? ſed vidimus ipſi, quando primùm fugaſti nos, gladium tuum quaſi totum ignitum, & territi nimis, non audebamus ſtare, nec appropinquare: & ſic attoniti tam inſolito fulgore, fugimus clamantes; & quando iterato aggreſſus es nos, vidimus te habere ſcutum ſuper brachium, in quo depictus erat Crucifixus, & beata Virgo, & ſancti multi, propter quod non poteramus te lædere; ſed benè ſenſimus ictus tuos; & ecce adhuc ipſum ſcutum video ad brachium tuum. Miratur ille ad vtramque valde, negans quod ille aſſerebat, tam de gladio, quàm de ſcuto. Tandem Brito ille miles orauit, vt ſciret quæ hæc eſſent, cùm ipſe aſſereret, quia adhuc videret: vidit tandem & ipſemet ſcutum tale, quale is dixerat, & miratus eſt, cum tamen ſuum eſſet Roſarium, & intellexit hoc propter virtutem Roſarij Mariæ virginis fieri miraculum. Contigit quoque vt idem miles in taberna exiſtens, obſeruaretur ferè a triginta hæreticis armatis, cui dictum eſt iam mortem illi imminere propter illos: negauit ille, ſed adhuc ſe victurum aſſerebat, & poſuit ſuum Roſarium ſuper caput ſuum, & exiuit imperterritus ad eos, confidens de beata Virgine, & occurrens illis, omnes territi fugerunt, & corruerunt plurimi ex illis, propter quod admirabatur, & alloquebatur eos, quare intacti ſic fugerent & corruerent ſolo timore; & accedentes tres de melioribus ex illis, videntes prædicta, ruerunt ad pedes eius laudantes eius fidem, & poſtulantes eumdem pro eis orare: quod ille recuſabat, nihil boni de ſe ſuſpicans, ſed dixit, ſe ceſſaturum à verberibus. Tunc narrauerunt illi quid vidiſſent, & cauſam huiuſmodi formidinis, & fugæ, dicentes: Vidimus te armis igneis armatum & Chriſtum vulneratum te protegentem; ex cuius vulneribus ſpicula procedebant, quæ nos terrebant: & in alia parte vidimus bea-

beatam Virginem cum funiculo terribili fugantem,& terrentem nos;vnde non audebamus reſiſtere, nec in nobis manſit aliqua fortitudo:vidimus etiam Angelos te cuſtodientes,propter quod nunc conuertimur ad fidem. Tertiò contigit, quòd cùm quidam Comes committeret bellum, hunc militem præfecit in ducem ferè mille armigeris. Ipſe in armis,& in vexillo ſuo, & ſingulorum ſuorum poſuit pro ſigno Roſarium manuale; confidens de beatę Virginis auxilio:multi autem erant ex aduerſo hæretici circiter viginti millia. Congreſſione autem facta adinuicem,ferè omnes de viginti millibus interempti ſunt. Princeps autem militiæ hæreticorum fugit ad prædictum ducem, petens gratiam, & narrauit ei, quæ viderat cum ſuis in hoc bello pro parte ſua & ſuorum,& dixit:Quia vidimus te armatum igneis armis:dixitq.rurſum, quòd in parte dextera ſui exercitus vidiſſent beatam virginem Mariam,gladium vibrantem ſuper eos,quo deijciebantur & terrebantur; ſed magis, quia videbant ante exercitum Chriſtianorum, Chriſtum vulneratum, ex cuius vulneribus ſpicula ignea procedebant,eos vulnerantia; ſed & multitudinem viderunt virorum armis igneis armatorum,qui eos protegebant,& cæteros terrificè proſternebant,propter quod fugerunt,& corruentes interfecti ſunt;nullus autem de dicti Ducis exercitu cecidit. Quod videns dux ille hæreticorum conuerſus eſt ad fidem. Hac victoria mirabiliter obtenta, beatus Dominicus cœpit eum mouere ad pœnitentiam,vt confiteretur, cognoſcens tanta mirabilia circa ſe facta: vultum auertit ille,dicens,nondùm ſe ſatiatum de mundialibus, ſed adhuc ſupereſſe ſibi tempus pœnitendi:priùs velle ampliùs bellare, & poſtea pœnitere. Inſtabat tamen S.Dominicus, vt confiteretur ſaltem; & annuit ille, cœpitq. B.Dominico confiteri: & cùm cœpiſſet confiteri, audiebant vocem ad aures ſuas dictantem ſibi quæcumque priùs feciſſet:in quibus etiam locis, cum omnibus ſuis circumſtantijs. Propter quod miratus,conuertit ſe retro,vt videret ſibi hæc ſuggerentem, & inſinuauit hæc etiam Dominico,ſed ipſe neminem videbat. Beatus tamen

men

men Dominicus orans, vidit beatam virginem Mariam eidem peccata ſua dictantem, & ſic eum confiteri monentem. Finita verò confeſſione, conuerſus B. Dominicus ad B. Virginem, quæſiuit de pœnitentia ipſi iniungenda; & illa dixit, vt ei bonam pœnitentiam iniungeret: per annum ergo cilicium portauit cingulo ferreo præcinctus, & armatus permanſit ſine exutione. Tandem factus eſt conuerſus in Ordine Prædicatorum, & beatiſſimum indiuidualiter ſequebatur Dominicum vſque ad mortem Dominici, etiam alijs recedentibus, & Dominico interrogante, an ne ipſe etiam vellet recedere. Dixit, Non: ſed in omni loco ſequi velle eum, quocumque ijſſet, Sanctiſſimo verò Dominico defuncto, in bona vita perſeuerans, fine ſancto conſummatus eſt etiam ipſe.

Sancto Dominico quondam in Albigio prędicante, cùm non proficeret prædicando, conquerebatur de hoc beatæ Virgini, quod ea dirigente illuc venerat; nec tamē proficiebat. Oranti apparuit beata virgo Maria, intimans ei cauſam: Non eſt mirum, quod non proficis prædicando, quoniam aras in terra non madefacta, nec compluta; ſcire enim debes, ait, quòd quando Deus reformaturus erat mundum, miſit pluuiam gratiæ ſuæ Salutationem angelicam; nam per eam reformauit, quod prius formauerat: ſic igitur prædica meum Roſarium, cum orationibus & vijs ſcientialibus, & ſic de cætero proficies. Quod audiens P. Dominicus, lætus, ſicut illa propoſuit, ſic fecit, & profecit; percepit igitur poſt huiuſmodi prędicationem ſtatim ſequi fructus verbi, ipſaq. glorioſa virgo Maria cœpit fama celebrari, ſimulq. & ipſe. Cuius famam audiuit quidam Epiſcopus vir magnæ litteraturæ, & is hæreticus. Hic propterea quod Dominicus prędicaret huiuſmodi, quę ſibi videbantur quaſi puerilia, & muliebria, ſcilicet, Aue Maria; cùm magis ipſe cuperet audire alta & inſolita, contempſit hanc prædicationem ſimul, & prædicatorem, vt qui prædicaret ſecundum ſuam opinionem, non niſi orationes vetularum: quare commouebat alios contra eum, ita vt etiam verberaretur Dominicus per eumdem Epiſcopum ſatis atrociter, Id. loc. cit. cap. 37.

ſed

ſed diuinitus ſanatus eſt. Breui poſt dum idem Epiſcopus oraret, rapitur per viſum, & obdormiens videbatur ſibi è terra inundationem videre, abyſſalem aquam inſurgere, omnia obruentem, & ad ſe appropinquantem. Circumſpiciens igitur locum ad fugiendum, vidit quemdam, ſcilicet, ſanctum Dominicum, prout ipſum prædicantem viderat, ſuper aquas illas pontem ædificare, in quo ponte erant centū & quinquaginta turres, & quotquot fugiſſent ad pontem, ſaluabantur, ipſo Dominico accipiente eos, & dirigente altrinſecùs: alij verò ſubmergebantur. Acceſſit autem & ipſe, vt ſaluaretur, verſus pontem ad B. Dominicum, petens humiliter recipi: a quo correctus, tandem tamen receptus, & vltrà pergens, peruenit in fine pontis ad quemdam hortum plenu m floribus, & omni amœnitate conſpicuum, in quo v idit Dominam quamdam ſedentem in ſolio regali cum paruulo, quæ erat B. virgo Maria: ad quam cum cæteris ingrediens, cæteris dabantur ſerta de floribus, illi enim ſautabant Virginem ſalutis, regratiantes eidem de ſaluatione per pontem, & Pontificem ſcilicet S. Dominicum, quod Epiſcopus videns, ſimiliter egit: cui domina Regina dixit, increpando, quòd non eſſet dignus euadere. Conſolabantur tamen eumdem, alij, dicentes, ne timeret, ſi tantum vellet ſe emendare: accepitq. ab eadem Regina ſignum, ſiue ſertum, ſicut cæteri, & humiliter inclinabat. Qua viſione diſparente, rediјt ad ſe multum conſolatus: quòd eſſet monitio ad credendum prædicationi, quam contempſerat, tam famoſi prædicatoris. Incepit igitur dicere Roſarium, quod audierat, & continuauit diu. Venerunt interim tribulationes bellorum in ſuum populū, propter quod cogitauit ſeſe totum conferre ad prædicandum & laudandum beatam virginem Mariam: quę, vt priùs, obdormiens, habuit viſionem huiuſmodi: Inuenit ſe inter montes in loco lutoſo cum pluribus valde infixum, & cum conarentur exire, quibuſdam exiſtentibus vſque ad genua, alijs vſque ad medium corporis, alijs vſque ad collum reſidebant, nec exire poterant. Et cùm non potuiſſet nec ipſe, nec alij exire, intuens ſurſum, vidit

dit

dit quamdam Reginam in monte cum viro vno, ſcilicet ſancto Dominico, proſpicientem: & luto infixis catenam de centum,& quinquaginta anulis aureis,& quindecim aureis lapidibus mittentem,per quam multos extrahebant,& extractos in monte ſaluabant, lauabant, & cibabant. Petijt igitur, & ipſe adiutorium, qui etiam liberaliter cum cæteris extractus eſt,& lotus;quo facto,dixit eidem Regina illa: Ecce priùs in diluuio aquarum te liberaui, & in luto hoc infixus remanſiſſes, ſi te per meum adiutorium non liberaſſem: erat enim adhuc infirmus in fide Roſarij,& ſine perfecta emendatione ſui; & ait Regina: Eſto ergo firmus,& perſeuerans in ſeruitio meo: & diſparuit hæc viſio: manſitque multum conſolatus, & etiam pax reddita eſt. Igitur terminatis bellis,& tribulationibus; ex eo magis deuotè continuauit Roſarium Mariæ virginis. Ad fortiorem equidem confirmationem,ex benigna dignatione Mariæ contigit poſtea, vt Epiſcopo orante, tertia quædam viſio ei demonſtraretur. Videbaturque ei, dum eſſet in Eccleſia quadã orans, ſe videre iuuenem quemdam, Angelum ſcilicet, facientem coronam, & accepit ab eo Roſarium ſuum, quod vertebatur in lapides pretioſos,ex quibus confecit plurima Roſaria, habentia lapides adeò claros; vt illuſtrarent ſuo lumine totam Eccleſiam; qua corona perfecta, præſentauit eamdem beatæ Virgini,quam ipſa accipiẽs & laudans, eidem dixit; quia ſibi valde grata eſſet, monebatque, vt plures ſimiles mitteret coronas plenas, ſimileſque, & ab alijs ſibi fieri procuraret, quò ſic ſua amicitia dignior eſſe poſſet. Ex qua viſione ſubtracta confirmatus manſit, & conſolatus, omni hæreſi derelicta penitùs, & malis rumoribus poſtpoſitis, beatæ Virgini deuotè ſeruiens, eamdem præ omnibus exaltabat, à qua & ipſe bonum finem potitus eſt, & in gloria ſempiterna feliciter exaltatus.

Fuit quoddam bellum cõtra Paganos in partibus Hiſpaniarum, ſcilicet in Regno Granatæ, in quo Chriſtiani, inter cæteros captiuos quemdam militem potentem cum ſua vxore, & proſe ceperunt,qui adducti in terram *Idem loc. cit. c. 39.*

I Chri-

Chriſtianorum, fuerunt venditi,filius nomine Eliodatus, qui cum eis erat captiuus, iam annorum viginti, mox incepit maximis tribulationibus aggrauari: primò enim, accepit triſtitiam ita magnam de ſua cõprehenſione; vt deſperans ſeipſum ſæpiùs vellet occidere. Secundò, ad hanc deuenit miſeriam, vt perderet omnium membrorum ſuorum vſum. Tertiò, deuenit ad tantam miſeriam, & calamitatem, vt panem, & aquam, atque veſtimenta viliſſima vix poſſet habere. Quartò, habuit iſtam calamitatem, quòd vulnera, quę in bello ſuſceperat, ſic putruerunt, vt fœtore, & vermibus horridis replerētur quāplurimis; ita vt tamquàm à cloaca fœtor ab eo euaporaret. Quintò, vt præ furia à dæmonibus quamplurimis in corpore ſuo vexaretur. Sextò, venit ad hanc furiam, vt per imaginationem videret apertum infernū, & ſemper diceret, ſe illuc iturum. Sanctiſſimus igitur Dominicus per Hiſpanias prædicans, audiuit de tanta iſtius pagani miſeria in Compoſtella, vbi tunc prædicabat; veniensque ad eum, ſciens, quod eſſet paganus, ait: O fili, vis ſanus fieri? Cui ille: Ita, domine. Et Dominicus: Eſto Chriſtanus, & mox eris in toto ſaluus. Hic paganus exclamabat, dicens: Abſit hoc à me, vt dimittam legem patrum meorum: non, etiam ſi deberem habere omnia bona mundi. Cùm igitur S. Dominicus nihil ſic proficeret cum eo, ait ad eum rurſus: Fili, ſcio duas cantilenas virtuoſiſſimas, quas ſi centum, & quinquaginta vicibus qualibet die cantaueris, in breui totus eris curatus. Paganus: Vtique diſcere volo, dum tamen non fuerint contra legem meam: ad quem S. Dominicus ſancta verboſitate, & fraude reſpondit; O fili, hæc carmina non ſunt contraria diuinæ legi, immo ſunt pro ipſa; nec ſunt quæ tibi repugnabunt, ſed te potiùs adiuuabunt. Cui Eliodatus: Vtique hæc iam dicere cupio, dum tamen non fuerint de Chriſto veſtro, & Maria. Et Dominicus: Carmina illa, inquam, ò fili, quæ dicam tibi, ſunt valde gaudioſa, fructuoſa, & vtilia contra omnia aduerſa. Sic igitur, ſanctiſſimus hic pater Dominicus piè decepit iſtum miſerum paganum, ita vt ad votum Dominici dederit

con-

conſenſum. Docuit eum igitur beatus Dominicus orare, Pater noſter, ex integro, & Salutationem angelicam, celatis nominibus Maria, & Ieſus Chriſtus explicitè, quãuis in verbis poſitis habeantur implicitè. Cùm igitur paganus ille cœpiſſet dicere illas cantilenas, & dicere, ſe neſcire retinere, Dominicus pro eo orans, eas protinùs retinere perfectiſſimè eumdem fecit, dicens, quòd in hoc poſſet perpendere quantę virtutis eſſent tales cantilenę, quæ, ita in momento ei dediſſent ſcientiam, & perfectam memoriam homini penitus ignaro. Itaq; Roſarium ille Eliodatus cœpit dicere virginis Mariæ, non tamen intentione chriſtiana, immo contraria omninò, & affectione mundana, ſemper plus petendo ſalutem corporis, quàm mentis. Mira res! ſancto Dominico ſic diſcedente, paganus ille orans modo quo dictum eſt, mox poſt completionem primi Roſarij ſui, miram cœpit intus ſentire iucunditatem, ac ſi Paradiſi delicijs intereſſet. Secunda autem die, poſt Roſarij recitationem, mox diuina virtute recepit vigorem membrorum ſuorum. Tertia die, ſub lecto ſuo inuenit magnum theſaurum, & ſic ſe redèmit, & in poſterum, ſcilicet poſt ſuſceptionem Baptiſmatis, plurima ex illis fecit bona in Eccleſijs, & domibus pauperum; nam ibi erant vltra centum millia aureorum antiquorum, eratq. theſaurus abſconditus vnius Regis pagani: quilibet autem aureus, ſex, vel ſeptem valebat aureos modernos. Erat etiam ibi argenti quamplurimum in cauerna ſubterranea quadrata, quam Eliodatus ſub ſtratu ſuo in tugurio volens aptare ſuum locum, caſu diſcooperuit: de quibus ſancto Dominico diſponente, plurima bella contra paganos fuerunt perſoluta. Quarto verò die, poſt Roſarij perſolutionem, dæmones, qui eum vexabant, clamando, & vlulando per aera eum dimiſerunt. Quinto die, Domina noſtra cuncta eius vulnera ſanauit, dixitq. ei, quòd oporteret eum in fonte vitæ lauari, ſi optaret ab omnibus plenè curari. Sexto die, dicto Roſario ſuo, raptus fuit in viſione cęleſti, vbi vidit Sanctorum gloriam; apparebatq. ei, quòd cuncti à Chriſto diiudicabantur: quorum plurimi ad damnationem perpetuam

 ibant,

ibant, pauciſſimi ad gloriam deputabantur. Cùm verò ipſe cum alijs deberet accipere damnationem, aduenit Regina pulcherrima, quæ pro ipſo orauit, vt illi parceretur. Cui Iudex: Nunquam, ait, iſte aliquid boni fecit. Cui Domina: Immo, Domine; nam ſex Roſaria nobis recitauit. Cùm hæc ille paganus vidiſſet, poſteà ad ſe reuerſus, ſe baptizari curauit, & in Chriſtum & Mariam firmiter credidit, & multa bona fecit: vitam in ſeruitio glorioſæ virginis Mariæ finiuit, & ſic ab ea aſſumptus eſt in cælum.

Miles quidam deuotus, nomine Alanus, de valle Colorum Galliæ, prope Dinanuum in Britannia, ibat ad terram Albigenſium cum Comite Montis & multis alijs de Britannia ad pugnandum, tempore, quo B. Dominicus ibidem contra hæreticos, ſpiritu bellando, prædicabat mirabilia de Roſario virginis Mariæ; per quod multò plures ad fidem Chriſti, quàm per quaſcumque alias prædicationes conuertebat. Hic ergo deuotus miles, ex doctrina, & admonitione beati Dominici, Roſarium virginis Mariæ quotidie dicebat, deuotè meditando articulos Chriſti, Incarnationis, & paſſionis; & genibus flexis infallibiliter orauit. Huic ergo militi Chriſti, & virginis Mariæ, mirabilia, per eiuſdem Mariæ virginis Roſarium contigerunt: nam, cùm aliquando comparuiſſet in campo, ac acie, cum paucis valde, maxima multitudine concluſus hæreticorũ; iam fatigatus reſiſtere non valebat; domina noſtra, Dei mater, miſericordiſſima virgo Maria apparuit, 150. lapides terribiliter, & viſibiliter in hoſtes proiecit, ſicque hoſtibus in terram proſtratis, cum ſuis liberatus eſt. Alia verò die, cùm in terra ſua naufragium paſſus eſſet, Regina quædam pulcherrima iret, & põtem ſibi faciebat ex 150. monticulis, ſicque illæſus per mare ambulans, ad terram deductus eſt. Tandem, iſte Alanus ad propriam terram rediens, fundauit conuentum Fratrum Ordinis Prædicatorum, beato Dominico adhuc viuente, factusq. eſt prædicator maximus in eodem Ordine. Cumque totam Franciam prędicando circuiuiſſet, & ad deuotè orandum Roſarium beatæ Virginis multos edocuiſſet, Aureliani

Idem loc. cit. cap. 41.

ſan-

ſanctiſſimè obijt;ſepelieruntq; eum ex cauſa ſingulariſſima, coram altari beatę virginis Marię in conuentu eiuſdem Ordinis : cuius os & ambæ manus, propter virginis Mariæ Roſarium, nimio ſplendore, & candore poſt eius mortem ad modum criſtalli claruerunt.

Fuit in Italia Comes quidam, Bartholomæus nomine, potentia vitijs & iniquitatibus famoſiſſimus, qui ſemel confeſſus beato Dominico, ibidem predicanti, cognouit ſe numquàm benè fuiſſe confeſſum. Huic igitur compuncto valde, & pœnitenti, B. Dominicus, vt in poſterum perfectè poſſet conſcientiam ſuam examinare, iniunxit, quotidie dicere Roſarium virginis Mariæ, modo quo ſolebat, magnis & nobilibus hoc iniungere : danſque ei Roſarium 150. ſignorum paruorum, & 15. magnorum, inter quaſlibet denarias poſitorum (ſiue tria ſerta) pro exemplari, iuſſit, vt curaret ſibi fieri pulchrum Roſarium, cuius magna quindecim ſigna eſſent varia, ad quæ dici, Pater noſter conſueuit, ex quorum viſu Roſarium dicendo, poſſet totam vitam ſuam & peccata reuoluere, Dei gratias & beneficia recolere, Chriſti incarnationē & paſſionem, Beatorum gloriam, & pœnas damnatorum meditari, & recogitare. Quinque prima magna ſigna primi ſerti, debebant eſſe talia. Primum varijs coloribus depictum, ſignans eius varia peccata, & 150. mundi peccata, & totidem pęnas & miſerias. Secundum pallidum, deſignans mortem, & 150. eius pericula. Tertium rubeū, deſignans iudicium tam particulare, quàm vniuerſale, & 150. eius horribilia. Quartum nigrum, deſignans infernum, & eius 150. generales pœnas. Quintum aureum, deſignans gloriam Paradiſi, & eius 150. gaudia generalia. Alia autem quinque magna ſigna, quæ fieri curarat pro ſecundo ſerto, talia erant. Primum fuit imago Crucifixi, deſignans Chriſti paſſionem, cum 150. fructibus eiuſdem nobis indè venientibus. Secundum, imago Mariæ cum Chriſto, deſignans Chriſti incarnationem, habentem 150 gaudia virginis Mariæ. Tertium fuit anulus, deſignans deſponſationem Mariæ virginis cum Deo Patre, & per iſtam animæ deuotæ cum Deo, quæ habet

Idem loc. cit. c. 42.

etiam totidem priuilegia. Quartum fuit agnus, deſignans Dei miſericordiam, præſtandam omnibus Roſarium Mariæ virginis orantibus. Quintum fuit lapis ad modum ſolis, cum multis radijs, habens Chriſti faciem ad modum Veronicæ, deſignans 150. benedictiones, quę prouenient Beatis ex Chriſti clara viſione, & ſignanter Roſarium virginis Mariæ recitantibus. In tertio autem ſerto, erant alia quinque magna ſigna admirandæ ſignificationis. Primum fuit ad modum pomi pulcherrimi, deſignans 150. fructus Paradiſi, qui dabantur recitantibus hoc Roſariũ. Secundum fuit quoddam poculum vacuum, ad modum alabaſtri, in quo intus erãt Sanctorum reliquiæ, deſignans 150. auxilia, quæ dabuntur Roſarium orantibus. Tertium fuit ad modum clauis, deſignans, quòd claues inferni elongabuntur à talibus, & claues cœlorum 150. modis, cum theſauris cœlorum illis conferentur. Quartum denarius, in quo fuit nomen Ieſus, deſigans ſanctam Euchariſtiam, cum qua decedent oratores Roſarij virginis Mariæ. Quintum fuit quadratum, intus vacuum, ad modum alabaſtri factum, deſignans Sacramenta Eccleſiæ, quibus anima inungitur; & in his ſunt 150. beneficia, ſecundùm hominis quindecim potentias, multiplicatas per decem Dei mandata, & totidem merita & præmia. Sic itaque Comes iſte infra annum tantum profecit, vt diabolum ſibi inuidentem, & inimicantem, & eum iugulare volentem, cùm iam vlteriùs reſiſtere non valeret, proiecto Roſario ſuo ad collum diaboli, ipſum ad nutum ſuum captiuum traheret: quem ad terram deijciens, & pedibus proculcans, clamantem, & horribiliter vlulantem, cùm promitteret is ſe numquàm ei nociturum, dummodò iam eum abire permitteret, cæſum ad placitum dimittens, numquàm ad eum redijt. Videns præfatus Comes virtutem Roſarij glorioſæ virginis Mariæ, per quod ſic diabolum arctauerat, cùm haberet quoddam caſtrum pulcherrimum, inhabitabile omninò propter dæmonia, ibidem inhabitantia, fecit ibidem in parietibus & cameris per totum caſtrum Roſaria multa depingi, & ſic dæmones, more ſolito de nocte venientes, & hor-

ribi-

ribiliter vlulantes,ingredi de cætero nullatenus auſi ſunt. Tandem autem Dominam noſtram rogauit, vt gaudium aliquod cæleſte ſibi dignaretur oſtẽdere: paulo poſt cùm deuote orando Roſarium ſuum diceret, vidit Angelum Dei de manibus ipſius Roſarium ex 150. lapidibus pretioſis accipientem,& in cælum cum gaudio magno deferentem,quod dabat B. Virgini, moxq. illud in manibus eius,iſti 150. lapides creſcebant in montes lapidum pretioſorum,ex quibus ipſa conſtruebat palatium magnitudinis, & pulchritudinis propemodùm infinitæ: quod videns Bartholomæus, ſtatuit apud ſe non iam vnum tantùm dicere Roſarium, ſed multa, ſic vt in omni loco, & tempore, tam ſtando, quàm ambulando; & aliud faciendo, ſemper oraret, quo in cęlo plura conſtrueret palatia. Poſtmodùm verò Domina noſtra ei apparente, & ſuum obitum denunciate, cum deuotione maxima deceſſit. Idem loc. cit. c. 53.

Beato Dominico cauſam Roſarij pro concione Cæſarauguſtæ,apud Aragonios agente, fuit quidam Baro, nomine Petrus, ipſius B. Dominici conſanguineus, & cunctorum excellentiſſimus patrator flagitiorum, &ita obſtinatus in auiditate peccandi, vt omnínò conuerti non poſſe videretur. In cuius præſentia,dum plura de laudibus,& virtute Roſarij B. V. Mariæ,eiuſdemq. confratriæ, à quamplurimis recitarentur; ſic ait: Ecce iam deſperaueram; ſed tanta à viro Dei, Dominico ſcilicet, volo audire mirifica. Itaque nobilium comitatus caterua ad Eccleſiam properat, non pro ſua conuerſione; ſed tantum pro ſpectanda viri ſancti nouitate: cuius dum prædicationem audiuiſſet,non dum conuerſus,ſed timore vehementi agitatus ad propriam domum redijt. Altera ſequitur feſtiua dies,in qua Eccleſiam iterum iterare pro conſuetudine cogitur, vbi Dominicum iterum reperit prædicantem: quem cùm Dominicus eſſet intuitus, ſciretq.eum tantis ſceleribus obnoxium,vt conuerti non poſſet, niſi exterior confuſio adiuuaret, orauit Deum,dicens: O domine Ieſu,videant iſti, ſi placet tibi,qualis eſt iſte,qui intrat ibi: & ſubito,Deo volente, viderunt hunc Baronem à dæmonibus ligatum, & tractum horrendiſſi-

me. Clamor oritur in ſermone,abſcondunt ſe videntes, non hominem,ſed diabolum ſe videre exiſtimantes: cumque in populo clamor, & timor inualeſceret, agnoſcens Dominicus horam diuinæ clementiæ, ad hunc Baronem miſit Roſarium beatæ Mariæ virginis pulcherrimum; exhortans eum ad pęnitentiam,necnon ad recitandum huiuſmodi Mariæ Roſarium. Accepit Baro, ipſumq. deuotè recitauit;ſed ſupra modum timens,petit à S.Dominico pro ſe fieri preces apud Deum;deinde confiteri petit;auditur, & abſoluitur:& ex reuelatione beatæ Mariæ facta Dominico,imponitur ei ab eodem pro pęnitentia, vt in dies vnum Mariæ Roſarium perſoluat; quod cùm humiliter acceptaſſet, & Confratriam Roſarij virginis Mariæ, iuſſu Dominici,aſſumpſiſſet, proprium nomen libro huiuſmodi fraternitatis propria manu inſcribendo, ſubitò illi,qui viderunt illum facie diabolica,cernebant nunc diuino nutu aſpectū angelicum, tribus ſertis Roſarium pulcherrimis adornatum, propter tres Roſarij quinquagenas. Succeſſu verò temporis, meritis glorioſiſſimæ virginis Mariæ conſecutus eſt gratiam, vt deuotiſſimus efficeretur. Tandem, in cunctis agendis benè illuminatus, ac proſperè agens;poſtquàm vxorem, ac totam familiam induxiſſet ad frequentationem, & aſſiduitatem prædicti Roſarij, vnà cum illis perſeuerando, hoc ſancto in propoſito,prænunciationem obitus ſui, & ſuorum à virgine Maria obtinuit. Et apparentibus ſibi Chriſto ; & Maria virgine, promeruit hic peccator pœnitens,per idem Roſarium inter manus eiuſdem Chriſti & Mariæ ſpiritum tradere, non ſine multorum,qui adſtabant, ſingulari deuotione, ex præſentia Domini Ieſu,& virginis Mariæ.

Idem loc. cit. c.54. Princeps quidam erat nobilis & potens,tantùm plenus vitijs, quantùm rebus: cuius vxor diuino iudicio lumen oculorum amiſerat,eo quod virum ſuum ad mala facienda,frequenter inſtigabat. Sed & propter amborum iniquitates,Principes alij Terram ipſius inuadebant, omnia diripientes, omnia vaſtantes, ipſumque cum vxore ad quamdam Ciuitatem alienam fugere compellentes. Accidit autem vt beatiſſimus Dominicus ad hãc Ciuitatem

præ-

prædicandi gratia declinaret,qui in die Natiuitatis Chri-ſti egregium ſermonem fecit in maiori Eccleſia, de Roſa-rio glorioſæ virginis Mariæ. Ad hanc etiam Eccleſiam eo præfatus Princeps,nomine Alphonſus,venit: audiens autem in prædicatione Dominici mira de dignitate, & virtute Roſarij virginis Mariæ; præſertim, quia quicumq; hoc deuotè oraret, dominium, virgine Maria iuuante,& protegente,obtineret ſuper hoſtes ſuos. Propoſuit ora-re Roſarium Virginis glorioſæ: prandio facto accerſiuit B. Dominicum, & ſi vera eſſent,quæ de Roſarij virtute prædicauerat, interrogabat. Cui Dominicus: Omnia, inquit,vera ſunt,quæ de virtute Roſarij Virginis beatiſſi-mæ prædicaui, & tu ſi ipſum orare volueris, & confra-triam eiuſdem Roſarij recipere,polliceor tibi, quòd om-nia,quæ de virtute Roſarij prædicaui, ſenties; immo ma-iora,quàm à me audiſti. Audiens Alphonſus hæc,& cre-dens, ſpopondit orare virginis Mariæ Roſarium, & illius confratriam humiliter recepit. Poſt hæc Dominicus inde receſſit; & Alphonſus quotidiè Eccleſiam frequen-tabat, ſuum Roſarium deuotè perſoluens,atque in tali ci-uitate, & in iſto virginis Mariæ ſeruitio per integrum annum perſeuerabat. Anno reuoluto, eodem die, quo Roſarium Mariæ, & confratriam ipſius ſuſceperat,in Ec-cleſia more ſolito Roſarium ſuum deuotè compleuit, pe-tens miſericordiam & gratiam à Virgine glorioſa. Finita autem Miſſa maiori, cùm omnes ab Eccleſia ad prandium recederent, Alphonſus ſolus in deuotione ſua in Eccleſia permanſit & ecce apparuit ante eum virgo quædam pul-cherrima, tenens in vlnis ſuis infantem ſpecioſiſſimum: qua viſa Alphonſus, obſtupuit vehementer, quæ dixit ad Alphonſum: O Alphonſe, ecce toto iſto anno mihi in Roſario meo deuotè ſeruiſti,nunc veni tibi dare conſola-tionem pro ſeruitio,quod mihi exhibuiſti: impetraui tibi remiſſionem omnium peccatorum tuorum à filio meo, quem cernis in vlnis meis; inſuper,habebis omnem gra-tiam, quam tibi ſponſus meus Dominicus pollicitus eſt, immo maiorem,ſi tamen perſeueraueris in ſeruitio meo: dabo etiam tibi Roſarium, quod ſemper tecum deferas,

&

& non præualebunt aduerſùm te inimici tui; deditque ei ſtatim Roſarium miræ pulchritudinis, & confeſtim diſparuit. Alphonſus tenens Roſarium, quod ſibi virgo Maria tradiderat,gaudensq. & ſtupens, rediјt ad vxorem ſuam, narrauitque ei omnia, quæ facta fuerant; quæ noluit fidem præſtare verbis ſui mariti:ad quam ille: Tange, inquit, Roſarium, quod virgo Maria mihi donauit, quæ tangens ſtatim viſum recepit. Videns illa tantum miraculum, credidit; & Virginis glorioſæ Roſarium deinceps deuotiſſimè orare cœpit. Poſt hoc Alphonſus exiuit contra inimicos ſuos, quos omnes de ſua terra eiecit, & omnia ablata recuperauit, vt in breui, nomen eius longè lateq. diuulgatum ſit; adeò vt Principes, & Reges,qui bella gerebant contra infideles, certarent pro Alphonſo; quia, cuicumque adhæſit, victoriam obtinuit: nullus in bello Alphonſum capere, nullus vulnerare,nullusque aduersùs eum præualere potuit. At ſemper ante congreſſum pugnæ,Virginis glorioſæ Roſarium flexis genibus de uotè dicere conſueuit; nec vllum voluit habere ſeruum, qui Roſarium virginis Mariæ dicere nollet: omnes quippe ſeruos orare Roſarium virginis Mariæ compellebat. Videnſque tantam Roſarij virtutem; fecit depingi, & ſculpi Roſaria in ſignis,in ſcutis,& vexillis ſuis. Tandem volens virgo Maria præſtare præmium Alphonſo,pro ſibi exhibito ſeruitio deuoto, Alphonſus ægrotare cœpit: hic ille maximam contritionem pro peccatis habuit, & confeſſionem ſuam de tota vita fecit:cui quidam ſacerdos, nomine Ioannes, Eccleſiaſtica miniſtrabat Sacramẽta, quæ poſtquàm deuotiſſimè ſuſcepit, apparuit ibidem virgo Maria cum filio ſuo, qui animam Alphonſi, prædicto ſacerdote vidente, quaſi columbam niue candidiorẽ ſuſceperunt,& ad cæleſtia regna perduxerunt.

Id.loc.cit. cap. 71. Romæ degebat Maria Hala, matrona nobilis genere,& domina ſatis magna coram mundo; ſed coram Deo maior & nobilior virtutibus.Cui dum beatus Dominicus in Sacramentali confeſſione impoſuiſſet per annum vnum quotidie orare Mariæ Roſarium (non tamen obligando eam ad peccatum mortale, ſi dimitteret; ſed ſolummodò dan-

dando hoc ei augmentum gratiæ & meritorum ſi hoc o-
raret)illa acceptare recuſauit,dicens: Alias orationes ha-
beo,Pater,& ieiunare ſolita ſum, & etiam gero ſemper ci-
licium cum corda catenata: & ſic in dies per Romanas
Eccleſias pro indulgentijs diſcurrens, otium non habeo:
& inſuper confratrias multas habeo; propterea iſtius
Roſarij onus aſſumere non audeo: ſpero etiam Sanctorũ
meritis, & laboribus ſine iſtius Roſarij recitatione & cõ-
fratria me poſſe ſaluari. Quod ille audiens, vehementer
admiratus eſt, tantam iſtius fœminæ deuotionem,& ſan-
ctitatem; laborauitque in perſuadendo acceptationem
præfati Roſarij, ſed nihil profecit. Cumque ſic receſſiſ-
ſet mulier à ſancto viro, confundebatur hoc ſibi, ſub vi-
ro tantæ ſanctitatis, & famæ, contigiſſe. Quapropter
conſilio Spiritus ſancti interiùs inſpirantis,per cuncta
Romanæ Vrbis Monaſteria,& hoſpitalia pergens, maxi-
mis cum eleemoſynis ſupplicabat omnibus, quatenùs
pro ſua cauſa ſingulari intercedere dignarentur. Num-
quam ſic vexata, & tribulata fuit hæc ſancta mulier. Ip-
ſa quidem in ſomnis ſæpiùs cernebat infernum apertum,
quaſi paratum ad ſe recipiendum; vnde tanto oppreſſa
timore fuit, vt vires, & colorem amitteret. Cùm intra
dies circiter duodecim, nullibi reperiens auxilium, pro-
pè Mineruam acceſſiſſet,& ibidem de Mariæ Roſario bea
tum Dominicum mirabilia prolixè prædicare audiſſet,in
Eccleſia ibidem manſit, vt eius Miſſam mereretur audi-
re. Et ecce, beato Dominico celebrante, mulier hæc ſu-
bito ad ſuperna in ſpiritu rapitur, vbi ad Dei iudicium
adducta, de inobedientia ad S. Dominicum fuit maximè
reprehenſa. Cumque per aliquot menſes audiuiſſet ſe
condemnari ad ſuſtinendum à dœmonibus pœnas gra-
uiſſimas, & iam inenarrabilem pœnarum acerbitatem
experiri inciperet; ipſa in pœnis Mariæ virginis pieta-
tem rogitans, adiutorium eius intenſiſſimè deprecaba-
tur. Cui virgo Maria apparens, & eam,apprehenſa ma-
nu eius dextera, de pœnis extrahens, dixit: O filia, ò
filia, quia ex ignorantia inobediens fuiſti,ideo miſericor-
diam conſequeris. Tunc ſubitò prædicta matrona vidit
ip-

ipſum Domini cum quaſi confeſſionem audientem, & virginis Mariæ Roſaria pro pœnitentia imponentem: ex quibus Maria vnum accipiens, dixit ei: Ecce, filia, ponam hoc meum Roſariũ in ſtatera, contra vniuerſas tuas pœnitentias corporales: quod cùm feciſſet, & ſtateram, in qua eius erant pœnitentiæ in aere vſque ad æquiualentiam eleuaſſet: Ecce, inquit Maria, quantæ virtutis ſit Roſarium meum: & poſt hęc oſtendit ei per aliam viſionem, quod Roſarij ſui confratria in tantum excellit ſanctorum aliorum fraternirates, in quantum ipſa Maria omnes ſanctos antecellit. Quod cùm vidiſſet, & plura alia de laudibus Roſarij, & de eius confraternitate, per beatam virginem Mariam audiuiſſet enarrari, ait mulier: Væ mihi peccatrici, quòd tanta bona tandiù ignoraui. Ad ſe igitur poſtea rediens, & beatum Dominicum ante tranſeuntem conſpiciens, atque ad eum accedens, omnia quæ viderat, & audiuerat, enarrauit ei, & pœnitentiam priùs refutatam, vna cum confratria ab eo deuotiſſimè ſuſcepit, & eiuſdem Roſarij in ſe & ſuis, quandiu vixit, fautrix, & promotrix extitit. Cui tandem beatiſſima virgo Maria in morte apparuit, & animam ipſius ad ſupernam ciuitatem cum gloria deduxit.

Beatum patrem Dominicum, ſacrum ſanctiſſimi Roſarij recitandi ritum, populum edocentem, ac multo de eius vſu, atq; commodo differentem, hæreticus cynico ore momorderat, ac luſerat: & ecce pœnam indiuiduam ferè flagitij comitem: tanta eum multitudo dæmonum inuaſit, vt totum crederent barathrum migraſſe. Poſt Dominico varijs quæſtionibus tetros miſelli hominis incolas confundente, adfuit beata Virgo, magna ſpirituum armatorum copia: frequentatum eſt pſalterium, ſeu Roſarium: ad quodque, Aue Maria, quiſque dæmonum ceſſit; ita vt ijs omnibus perſolutis; hic etiam iniquis illis hoſpitibus ſolutus fuerit, ac planè exemptus.

Bzou. tom. 13. annal. ad an. 1213

Blanca, Franciæ Regina, prolem mirè ambiebat, eiusq. defectu ſummoperè angebatur, ſe Reginam nihili exiſtimans, niſi etiam Regis mater diceretur. Conſuluit Dominicum: is, vt ſingularem erga diuam Virginem affectũ in-

Bzou. loc. cit. Alan. lo. ci. c. 68.

induerct,illudq. eius Roſarium euolueret, ſuaſit. Ceſſit illa conſilio,& ecce puellum parit, illum,quem, cùm dignitas, tum verò ſanctitas in Rege probè incredibilis ad nos tranſmiſit, Ludouicum,vtpote,quem non tam Blanca mater,quàm Maria virgo parturiuit,cùm hæc,vt illa pareret, dedit.

Fideliſſimo famulo virginis Mariæ ſancto Dominico, magni Roſarij eiuſdem Virginis myſterium publicè apud Carcaſſonam annunciante, innumera populi multitudo ſe totam tam ſancto,deuotoq. ſeruitio beatæ Virginis deuouebat. Aliquis ſectæ Albigenſis hæreticus iſtud proſpiciens, ſimul & ægrè ferens, non modo deuotum hoc exercitium, diuiq; Dominici conciones damnabat; verùm etiam eo temeritatis, & audaciæ prorupit, vt varijs calumnijs ipſum dirè impeteret,tantiq. viri famam denigraret: vnde factum eſt, vt nonnullos hæreticos, qui & hæreſim abiurare, & ſacro beatæ Virginis ſeruitio, cultuiq ſe dedere cogitauerant, à ſancto propoſito retraxerit. Quamobrem beata virgo Maria quibuſdam ſignis manifeſtare cupiens, quàm grata iſta ſalutatio ſibi eſſet, impetrauit, vt iuſto Dei iudicio in multorum dæmonum poteſtatem vir ille hæreticus veniret: ab his mirum in modum obſeſſus fuit;adeò vt veſtes ſuas omnes dentibus diſcerperet, alijſue modis inſolitis rabiem ſuam oſtenderet. Parentes illius eum cohibere cupientes, eumdem vi continuerunt, & non tantùm funibus (illico enim frangebantur) verùm etiam catenis ferreis conſtrixerunt: ligatus ad eum modum vociferabatur, blaſphemabat, omni genere idiomatum loquebatur,multorumq. peccata publicè detegebat. Iſtud parentes & amici eius perſpicientes eum ad ſeruum Dei B. Dominicum deferre decreuerunt, deprecantes, vt quemadmodum à pluribus iam eiecerat dæmonia,ita quoque eius mitereri dignaretur. Quo peracto ſtatim atq. beatus Dominicus Roſarium coram vniuerſo populo (duodecim millia hominũ excedere credebatur)multùm deprędicaſſet,atq; concionem abſoluiſſet,dæmoniacus iſte hæreticus videlatus eſt, & ad pedes ſancti Concionatoris adductus. Omnes autem

ſem ab ipſo humillimè petebant, vt ei hoſti olim, offenſam dimitteret, atque ex illius corpore ſpiritus malignos depelleret. Res admiratione digniſſima: namq; in iſto dæmoniaco corpore voces quaſi plurium perſonarum inter ſe colloquentium audiebantur. Miſertus illius ſanctiſſimus Dominicus, toto audiente populo, inquit: In nomine ſanctiſſimæ Trinitatis, atque beatiſſimæ virginis Mariæ, cultusque ipſius, de quo iam verba feci, vobis, ò maligni ſpiritus præcipio, vt quæſtionibus à me vobis proponendis, coram omni populo dilucide reſpondeatis: Primùm igitur quæro à vobis, Cur hunc hominem ingreſſi fueritis: Quotq. numero diaboli in ipſo reſideatis. Poſt multos, & graues vlulatus, tandem reſponderunt: Prima cauſa, propter quam homo iſte à nobis obſideatur, eſt peccatum irreuerentiæ in Virginem Dei matrem ab ipſo commiſſum, quod quidem nos ſummo odio proſequimur. Secunda cauſa, eſt ipſius incredulitas: ante enim vnum menſem peſſimus hic hæreticus, tibi eodem modo, quo nunc cancionanti, noluit fidem adhibere, monitionesq. tuas contemnens, teipſum deriſionibus & cachinnis proſecutus, tibi auſus eſt in concionibus contradicere, hæreſisq. ſuæ ſectarios aduersùm te commouere: quamobrē iuſto Dei iudicio coacti, vſq; ad quindecim millia (eò quòd contra pſalterium virginis Mariæ loqui præſumpſiſſet) ingreſſi ſumus: neq; id ſponte noſtra actum eſt, ſed nobis planè inuitis: nam quantum ad nos attinet, ipſum ingreſſu noſtro torquere minimè prætendebamus, propter lucrum, quod per ipſum reportabamus, vtpote, qui tot animas nobis ſeducebat. Interroganti porrò beato Dominico: cur vſque ad quindecim millia illum obſediſsent: reſponderunt, propter quindecim decades ſanctiſſimi Roſarij, contra quas malè ſanus blaterabat. Poſt multas interrogationes, & reſponſiones, quæſiuit beatus Dominicus: Quis eſſet ſanctus in cælo, quem ipſi magis formidarent, & quem homines maxime glorificare, diligere & colere deberent. Hac petitione audita, omnes ſimul dæmones tam horribiliter irrugierunt, vt homines conſternati in pauimentum corruerint. Ibi bea-
tus

tus Dominicus cunctis ſilentio impoſito, omnes animauit: ſed tamen à dœmonibus hæc verba audiuit: O Dominice,Dominice,miſerere nobis,pollicemurq.nos numquàm tibi nociturοs: cur tantoperè cruciatibus & tormentis noſtris oblectaris? tibi ſufficiat pœna, quam ex inferno ſuſtinemus. His Dominicus ait: Torquere vos non deſinam, donec quæſtioni propoſitæ ſatisfeceritis. Orabant interim dæmones, ne id publicè in tanta hominum multitudine edicerent, & quòd ingentem iacturam inferno futuram affirmarent. Ceterùm, Dominicus in terra proſtratus, diuam Dei parentem per virtutem ſanctiſſimi Roſarij interpellebat, vt hos verum propalare compelleret. Hic ex auribus, naribus,& ore hominis confeſtim flamma erupit, nullum tamen læſit: dæmones autem Dominico dixerunt: Per paſſionem Ieſu Chriſti,& per merita eius matris,necnon per ſuffragia Eccleſiæ Dei te rogamus,vt nos hinc abire permittas:nam Angeli ſancti,iſtud quod quæris,cùm tibi libuerit,ſtatim reuelabunt: quantum ad nos attinet, cùm falſi,& ſimus & iudicemur, nullam Chriſtiani nobis adhibebunt fidem. Hæc aereæ poteſtates excuſabant; cùm Beatus Dominicus iterum ſanctiſſimam Virginem matrem imploraret, vt eos puram,& ſinceram veritatem renunciare compelleret. Finita oratione,ſubitò apparuerunt pluſquàm centum Angeli,armis aureis ſuccincti, inque eorum medio glorioſiſſima Dei mater, quæ virga aurea, quam manibus ferebat, dœmoniacum percuſſit, iuſſitque, vt vera enunciaret. quæcumque Dominicus inquireret. Ibi dœmones exclamare cœperunt: O inimica noſtra; ò noſtra damnatrix, ò confuſio noſtra; quare de cœlo deſcendiſti, vt nos hic torqueres? Nunc per te, quæ infernum euacuas, & pro peccatoribus tamquàm potens aduocata intercedis; ò via cœli certiſſima, & ſecuriſſima, cogimur ſine mora totam rei annunciare veritatem. Nunc declarandum eſt nobis, ſimulque publicandum ipſum medium, & modus,quo nos ipſi confundemur:vnde væ, & maledictio in æternum noſtris tenebrarum principibus: audite igitur vos Chriſtiani: Hæc Chriſti mater potens

tens

tens eſt nimis in præſeruandis ſuis ſeruis, quò minùs præcipites in barathrum inferni ruant. Illa eſt, quæ diſſipat, vt ſol tenebras, omnes noſtras fallacias: illa eneruat,& ad nihilum redigit omnia noſtra machinamenta. Fatemur coacti,neminem nobiſcum damnari,qui in eius ſancto cultu & pio obſequio deuotus perſeuerat. Vnicũ eius ſuſpirium ab ipſa, & per ipſam ſanctiſſimæ Trinitati oblatum, ſuperat & excedit omnium ſanctorum preces, magiſq. eam reformidamus, quam omnes Paradiſi ciues: neq;contra fideles eius ſeruos quidquam poſſumus preualere. Notum ſit etiam vobis,plurimos Chriſtianos,in hora mortis ipſam inuocantes,contra iura ſaluari; niſiq. Marietta iſta obſtitiſſet, noſtroſq. conatus repreſſiſſet, à longo iam tempore Eccleſiam exterminaſſemus: nam ſæpiſſimè vniuerſos Eccleſiæ ſtatus, & ordines à fide ſeduxiſſemus. Ampliùs etiam neceſſitate compulſi renunciamus: nullum in ſancto exercitio ſanctiſſimi Roſarij perſeuerantem, æternos inferni ſubire cruciatus; ipſa enim deuotis ſeruis ſuis veram impetrat contritionem, qua ratione fit,vt & peccata ſua confiteantur,& eorumdem indulgentiam à Domino conſequantur. Dixerant iſta dœmones. Diuus autem Dominicus ſingulos de populo hortatus eſt, vt clara voce, & tractim Roſarium beatiſſimæ Virginis recitarent; recitabat & ipſe maxima cum deuotione: & tunc, ò miraculum ingens! ad ſingulas ſalutationes angelicas,multitudo copioſa dœmonum è corpore hæretici, in ſpecie carbonum ardentium erumpebat: his ad eum modum tranſactis, Virgo, & mater ſanctiſſima ſuam populo impertiuit benedictionem; eaque diſparente, homo ille à dœmonio liberatus, occaſionem hęreticis dedit, vt multi ex ipſis ad fidem conuerſi, hæreſim abiurarint, ſtudioſeque ſanctiſſimum Roſarium recitantes, totos ſe cultui beatiſſimæ Dei parentis deuouerint.

Brou.tom. 13.ann. ad an. 1219. Diuo Dominico Pariſijs concionante, vir quidam ſummæ poteſtatis, & opum maximarum in eadem Vrbe commorabatur, vitijs omnibus, ſed maximè libidini deditus. Habebat autem in matrimonio fœminam ſancti-

ta-

tatis laude percelebrem, ex Galliæ Regum ſtirpe generatam: quæ & ex perdita mariti vita,& ex ipſa pellicum naturali inuidentia,grauem animo capiebat dolorem. Hæc ſuper hac re diuum Dominicum conuenit; ille autem huius mulieris ægritudinem & animi dolorem ſacra Roſarij roſa curauit, quam de manu Virginis accepiſſet, & ſalutarium calculorum ſodalitio perſuaſo, animum ab illo mœrore,ad lætitiam,iucunditatemq. perduxit:quin & ipſe ſuum Roſarium matronæ dedit, ac poſt quindecim dies, quos in eo peruolutando poſitura eſſet, mariti nocte dormientis,vt capiti ſupponeret,admonuit. Hoc illa munere accepto, domum ſpe plena reuertitur, ac ſacri funiculi globulos omnes piè,ac religioſè,vt erat iuſſa, precandò percurrit: quo euoluto tempore,ſub quieſcentis coniugis puluinari locat,remq. totam Deo, eiusque Beatiſſimæ Matri commendat. Qua primum nocte Roſarium ſuppoſitum eſt, vir ille primarius contremuiſſe dicitur,& vim ingentem lacrymarum profudiſſe,inq. vxoris manibus & gremio totum ſe lamentis dediſſe. Cumq. in ſomnis oſtenſæ ei fuiſſent diuinitùs luxurioſorum pœnę, vbi è ſomno euigilauit, magno cum doloris ſenſu,vxori ſincerum amorem, fidemque pollicitus eſt coniugalem. Vitæ itaq; nouitatem auſpicatus à confeſſione, diuo audiente Dominico in ſodalium relatus eſt numerum, tanta cum firmitate, vt Roſarium numquam de manibus deponeret:vbiq; locorum Roſarij tenax recitator, laudatorq. fuit,atq; eius deuotionem maximè in Gallia promouit. Longo demum annorum ſpatiò euoluto,vtrumq; coniugem vno tempore mors extinxit:Maria Dei parens euolantes vtriuſq; in cælum animas deduxit,Pariſienſis autem Templi primarij vna atq; eadem ſepultura corpora contexit. Vid. Alan. rediuiuum lo. cit. par. 5. cap. 54.

Cuidam à ſathana inſeſſæ mulieri, Benedictæ nomine, orationem ſanctiſſimi Roſarij Dominicus commendauit, quam cùm illa frequentiùs repeteret,ex pronunciatione nominis Mariani, in vexatione dæmoniaca non modicum leuamen ſentiebat. Tandem ab impuro liberata, tantam gratiam à Deo promeruit, vt multa recondita Bzou. ad an. 1221. Vid. Alan. Rup. Rediu in Roſ. B. V. par. 5. c. 60. & 62.

dita illi Deus reuelaret. Hæc die quadam, cùm B. Dominicus ſacris operaretur, vidit illum, Chriſti ſacris vulneribus, & ſpinea corona inſignitum; cæliq. Reginam præſentem, atq; aſſidentem: poſt verò ſacræ hoſtiæ conſecrationem, ipſum ſuper altari Chriſtum magna in Cruce extenſum, ſuo cruore ex omnibus partibus corporis effluente, Dominicum reſpergentem. Eodem momento temporis, vidit Dei genitricem Mariam virginem, partem hoſtiæ & ſanguinis Chriſti accipientem, & Dominico ſibi familiariſſimo communicantem, in ſignum ſummæ & ſingulariſſimæ amicitiæ, eumq. iuuantem ad veſtes Eccleſiæ deponendum.

Bzou. loc. cit. Alan. lo.ci.c. 59. Erat Romæ, formoſa, & magni nominis proſtituta, cui Catharinæ fuit nomen, cognomento Pulchræ; ad quam, propter elegantiam morum, & formæ, & exquiſitum corporis cultum, frequens iuuentus confluebat. Hæc, licet corruptis moribus, quàmplurimos corrumperet; diuum tamen Dominicum concionantem libens audiebat, & orationem ſanctiſſimi Roſarij ab eo edocta, frequentiſſimè in Eccleſiam veniens, recitabat. Die quadam per vrbem circumeunti, iuuenis quidam venuſtus obuiam factus, & quid circumiret, & num domum non haberet, inquiſiuit. Reſpondit illa, quòd ex re erat; & ad domum primò, deinde ad congreſſum inuitauit. Cùm cœnam appoſuiſſet: mirum viſu! omnia quæ iuuenis tangebat, ſanguis inficiebat. Stupuit illa, & quid rei eſſet, interrogauit. Ibi ille: An, inquit, ignoras Catharina, non debere verum chriſtianum quidquam eſſe aut bibere, quod non ſit Chriſti ſanguine tinctum? Tunc meretrix: Puto te eſſe quempiam venerabilem virum. Cui ille: Qui ſim non ignorabis, vbi cubiculum intrauerimus. Intrauerunt ambo; prior illa lectum inſilijt, atq; iuuenem inuitauit: tunc ille repente in alium mutatus, confoſſum quinq; vulneribus, & flagris laceratum corpus, caput verò corona ſpinea oneratum; bracchia autem Cruce oppreſſa oſtendit, atq; Catharinam exterritam compellauit: Adhibe, dicens, tandem, ò infelix, tuæ laſciuiæ modum, & finem facito inſaniendi; aſpice me, & vide;

quam

quam dira pro te ſupplicia ſim paſſus. Interim hæc dicens, tamquàm ſol reſplenduit,& ex quinque vulneribus emiſſo fulgore, hæc ait:Deſine, ò Catharina, deſine iam inſanire,& quæ vidiſti,mente reconde,atq;tandem ad meliorem mentem redi. Hæc audiens,& aſpiciens illa,libidinari deſijt,& caſtitatis propoſito aſſumpto,ad tantam perfectionem euaſit, vt aliquando diua Deipara rens, vnà cùm ſancta Catharina martyre ei apparuerit, & modum pęnitentię pręſcripſerit. Cùm autem hęc miraretur Dominicus, quòd tam proiecta paulò ante meretrix,ad tantum ſanctitatis gradum, & excellentiam perueniſſet: diua Virgo ſe illi obijciens: An ignoras, inquit,fili mi,me aduocatam peccatorum eſſe?an verò non conſideras meum dulcem natum omnibus ſincere pœnitentibus ad mea vota indulgere? Iſta tibi ſatis eſto ad exemplum,ne quis perditorum vnquam deſperet;ſi modo meo patrocinio ſeſe commiſerit: atq;piam hanc orationem(Roſarium inſinuās)non labijs tantùm,ſed imitatione & opere expreſſerit.

In Regno Aragoniæ fuit quædam puella,nobilitate generis,atq; formæ præſtantia inſignis, cui nomen Alexandræ. Eam in ſodalitatem ſanctiſſimi Roſarij adſcriptam, contigit ſæpè ſæpiùs, propter coæqualium puellarum conuerſationem,& corporis cultum,plus nimium orandi præſcriptam formulam intermittere non numquàm. Duos riuales habebat, qui eam deperibant,& cùm potiri non poſſent, in ſingulari certamine ſeſe occiderant. Aliquis conſanguineorum alterius adoleſcentis,ægrè ferens propter vultum puellæ interemptum eſſe illum, noctu Alexandram inuaſerat,& confiteri poſtulanti,ceruices præciderat,atq;caput reciſum in propinquum puteum deiecerat. Quinque menſes abierant,cùm S. Dominicus à ſanctiſſima Deipara admonitus,puteum acceſſit,Alexandramq. vocauit. Miranda res ſecuta eſt;puellæ caput,multis,qui ad ſpectaculum conuenerant, præſentibus,vitæ reſtitutum,ab imo puteo rurſum aſcendit, adeò recens habens vulnus, ac ſi eadem hora reciſum eſſet;& oculis in beatum Dominicum intentis, ait: Cu-

Bzou.l.cit.
Alan.l.cit. cap. 62.

pio, pater, mea delicta confiteri: facta non ſolùm eiuſce rei, ſed ſacræ etiam Euchariſtiæ compos, mira admiranda renunciauit, biduo ſuperuixit. Quintodecimo deinde die diuo Dominico apparens, in claritatem ſtellę ſeſe efformatam obiecit: & legatione ſe eorum, qui ex purgatorijs cruciantur pœnis fungi dixit, vt moneret ſuperſtites, qui in hanc ſodalitatẽ nomina inſcriberent, cùm & Angeli mirum in modũ recrearentur, & regina cęlorũ Maria vehementiùs exultaret, à tam pio orationis inſtituto.

Alan. loc. cit. cap. 61.

Erat virgo, nomine Benedicta filia Comitis nobiliſſimi in Regno Hiſpaniæ, eiuſdem ſancti patriarchæ Dominici cognata, fuitq. vanè in domo parentum educata cũ omni gloria mundana. Erat corpore pulcherrima, elegantiſſima, & fortiſſima; vltraq. multas alias corpore excelſa, doctaq; in omni vanitate ſæculi, & mundana eloquentia: inſuper, cantare modo mirabili ſciuit: quin immò, cum fortiſſima eſſet, in haſtiludijs ſic edocta fuit, vt in talibus nullum reperiret victorem. Quod autem grauius eſt, cùm gratijs mundanis redundaret, diſſolutiſſima in habitũ fuit, ſemper in choreis, duellis, ſpectaculis exiſtens; cunctoſque ad amorem ſui alliciebat. Veniebantque quamplurimi ex diuerſis Regni partibus ſola eius fama allecti: immo etiam per conuiuia nobilium, pater & mater pro carminibus & choreis ducendis, etiam de nocte eam deducebant, vt videlicet, verbis & reſponſis ſuis conuiuas lætificaret. Cùmq. iſta fierent, & iam quaſi viginti annorum eſſet, quidam miles, ſic vagam eam proſpiciens, de illa tentatus, cogitauit qualiter illam decipere poſſet, decepit denique, filiumq. in ſuæ totius proſapiæ, & ſuam infamiam concepit Benedicti, pepe- ritq. in domo paterna. Fleuit illa, parentes quoque, & omnes, qui illam nouerant. Cùm igitur à ſeruis & ancillis domus opprobria, & irriſiones quàmplurimas pateretur, & à patre, auctorem ſtupri perquirente, ſcorpionibus grauiſſimè cæderetur, & nullo pacto vellet indicare, tanquàm animoſa: tandem iam nimiùm quaſi deficeret, flagellata, ait patri. Conuoca, pater, domum tuam totam, & huiuſmodi ſceleris indicabo nunc indubiè auctorem:

rem;cumq. omnes aduenißent, illa coram omnibus ait: Tu,pater,es ſolus, qui hunc genuiſti filium, & tu, mater mea,ipſa es,& nulla alia, quæ ipſum peperiſti. Et cùm omnes ſtuperet,ait illa: Ne miremini,nobiliſſimi proceres, quia hoc de patre meo, & de matre mea dixi; quoniam hi ſunt, qui in omni pompa,& vanitate ad vniuerſa Regni ſpectacula,me quaſi in principem vanitatum deducentes, inſtituerunt: propterea ait illis: Filium nutrite veſtrum: nam ex quo me ſic contemnitis, quare me tale quid facere feciſtis? Iam ex hinc volo diſcedere: Valete,toti mundo publica manebo: ſicq. deſperans, cunctis domus paternæ offenſis,& immenſo odio repletis, in Regno Hiſpaniarum eſt effecta publica meretrix. Septem annis omni voluptati, & impudicitiæ ſe conferens, cunctos ferè ad ſe concitauit: nam ſolemniſſima facta eſt meretrix, ob hoc etiam ditiſſima effecta, domicellas huius facinoris coaceruauit, vt quaſi duciſſa vna de maximis putaretur. Habuit famulos,quaſi milites ornatiſſimos, & in omnibus duellis adſtabat ſumma cum pompa, eratque duellantium, poſt victoriam, fœda conſolatio: quin immò cum ſciret perfectiſſimè omnem artem militandi, ipſa in armis contra quoſcumque in duellis pugnabat, & lancea ſua omnes ſigillatim deuincebat. Cùm igitur duellum quoddam vno tempore ipſamet intraſſet, dictum fuit hoc Dominico ſanctiſſimo, eius videlicet cognato, quòd ibi eſſet vna mulier duellans,quæ plus prædicaret vna die,quàm ipſe prædicare poſſet vno menſe. Ad illam igitur clam accedens, ait: O filia, ſatis mundo deſeruiſti; ſerui nunc, quæſo, Creatori tuo. Adducebat tunc de Chriſto, & de ſanctis eius,quamplurima exempla, quæ cuncta tamquàm deliramenta ſpreuit, dicens: O Dominice, Dominice, ſi me, vel vnam de ancillis meis haberes in priuato, aliud faceres, quàm nunc me facere doces. Cui ille: O filia, filia, die tertio in proximo futuro, de his inter te, & me Deus iudicabit. Mira res, & omnibus mortalibus ſtupenda! die tertia mulier illa ſex mala incurrit: nam die illa omnium ſenſuum viuacitatem perdidit, adeò vt pe-

ne rabida eſſet effecta: ob hoc mox contemnebatur ab omnibus; ſuique famuli cunctis direptis bonis ſuis, pauperem illam ſolam reliquerunt, ſemper impatientem, & Deum blaſphemantem. Sic ergo Benedicta Euæ filia, poſt tantam gloriam, cuius finis eſt carnalis voluptas, primam Euæ maledictionem habuit, videlicet, ſenſuum perditionem. Secunda hebdomada, ſecundam Euæ maledictionem incurrit, ſcilicet, ignobilitatem. Poſt hæc, ſtatim tertiò, ſimiliter tertiam Euæ maledictionem, videlicet, inhonorationem; quoniam omnes, qui eam cognoſcebant, in nullo ei compatientes, eam ſubſannabant, irridebant; & paruuli pueri, vt in fatuam, lutum & lapides in eam proiecerunt, & nemo eos cohibebat. Quarta hebdomada, cùm in nullo ſe emendaret, & Deum ex impatientia blaſphemaret, ſubitò lepra horribiliſſima eſt percuſſa, cunctæq. carnes eius computruerunt, tantusq. fœtor ex illa emanabat, vt nullus mortalium hunc ſufferre æquanimiter poſſet; adeò vt eſſet ſibimetipſi intolerabilis, quæ olim florida, & fragrans aromatibus redolebat. Poſtmodùm autem, cùm nec ſic ſe emendaret, quintam maledictionem Euæ conquiſiuit, corporis imbecillitatem, ac impotentiam: nam hæc illa, quæ olim vt duo homines fortiſſimi, & ampliùs fortis erat, & robuſta, facta eſt tam imbecillis corpore, vt nec manum nec pedem mouere, immo nec ſe ipſam paſcere poſſet, ſed in tugurio longè ab hominibus ſeparato, ſola derelicta eſt. Deuotam tamen vnam & ſanctam (Deo miſerante) recepit & habuit famulam, quæ, vt poterat, ei propter Deum deſeruiens, impendebat ei obſequia neceſſaria, eratque nulli alteri cura de illa, cùm omnes eam fugerent, ſicut Dei maledictionem, cunctiq. dicerent: Damnum eſſe ei in aliquo ſubuenire; quippe quæ tanta mala fecit in mundo, & tot animas perdidit vanitatibus & luxurijs ſuis. Trium annorum ſpatio iacuit in cœno propriorum ſtercorum ſuorum, in tantum cruciata, vt aſſiduitate adhæſionis & decubationis ad cubile, carnes eius eſſent corroſæ, & vermibus conſperſæ. Conſequenter ſextam maledictionem Euæ habuit, infamiam vniuerſalem;

adeo vt prouerbium in illis terris de illa publice curreret. Cùm enim aliquis voluiſſet alteri maius malum imprecari, dicebat in hunc modum: Faciat tibi Dominus, ſicut Benedictæ facere dignatus eſt. Cùm igitur in fine trium annorum S. Dominicus prædicando ad illa loca redijſſet, Benedictam viſitauit, eidemq. impœnitenti dixit: O filia, elige quod vis, aut mori intra menſem, & ſic intrare gehennam ſempiternam; aut commendare te virgini Mariæ, & dicere omni die Roſarium eius. Perſuaſitq. deuotè agendo, vt ſe poneret totis viribus in communicationem confratriæ virginis Mariæ, vt ſic ſaltem meritis eius poſſet iuuari, perdita recuperare, & etiam ad maiora peruenire: quæ audiens territa ſimul, & compuncta, propoſuit Roſarium dicere, & confratriam illam intrare; rogauitque Dominicum, quatenùs poſſet, modo debito ab eo informari, vt quantociùs incipere & dicere poſſet. Sic igitur poſt ſex mala Euæ incepit in Dei gratia per virginem Mariam ſex ſuſcipere beneficia. Nam in fine primæ hebdomadæ, poſtquam incepit Roſarium dicere, omnis vigor ſenſus perfectiſſimè eſt ei reſtitutus, cum augmento ſcientiæ, virtutum & morum. In fine verò ſecundæ hebdomadæ, fuit nobilitata, per hoc, quod nobiles cœperunt eam viſitare, & prouentus nobilium ei donare. In fine verò tertiæ hebdomadæ, tugurium eius totum videbatur lucidum ſingulis noctibus; audiebanturq. voces Angelorum de pœnitentia eius canentium, & lætantium; adeò vt vniuerſi eam honorare cœperint, & ita, quæ ſic prius erat confuſa, velociter à B. Virgine ſic mirifice eſt honorata. In fine autem quartæ hebdomadæ, virgo Maria apparens ei & ſuo lacte virgineo totum corpus eius liniens, a lepra eam curauit, priſtinamq. ei cum augmento pulchritudinem reparauit. Sub quintæ finem hebdomadæ, rurſum apparens Deipara, potum ei præbuit, ex cuius guſtu robuſtior, quàm fuit ante, euaſit, vt robur facile virorum quatuor iuſtum haberet. Ad ſextę finem hebdomadæ, ipſius famà deperdita, in integrum eſt ei reſtituta, vt vna in ore omnium maxima cum laude celebraretur, vt de-

eius ſalute,tum admirarentur, tum gauderent, tum eidē gratularentur;& verò multis donis gratioſior,quàm priùs apparuit. Fama igitur eius cognita,Rex quidam admiratione raptus,& in Deiparam deuotione, & reuerentiâ in ipſam,ſtatuit ipſe ſecum & conſtanter affirmauit propalam,aliam ſe in vxorem ducturum nullam, præter Benedictam. Proceres obſtupuere omnes, coram quibus ſponſalia regificè protinùs celebrantur: atq; ea ratione totius eius & perſonæ & proſapiæ abolita fuit infamia. Vt verò iam Regina rerum pariter cum Rege potita fuit, prima ipſi cura,Regnum totum ad Deiparæ reducere cultum, atq; inducere Roſarium. Continuò conſtructæ olim, quæ in Regno fuerunt Eccleſiæ Parthenicæ, per ipſam copioſiùs dotantur, lateq. prædicatur Roſarium, ac lætè à cunctis accipitur. Bellis Regnum intùs in viſceribus æſtuabat,ac circum vndique bella tonabant ab Saracenis:Rex longis feſſus malis bellorum,Reginam experitur ſibi diuinitùs ſubmiſſam. Et ipſa illa Spiritus plena Dei bellantis ſic Regem conſolabatur:Domine,mi Rex,ſi ita placet vnum oro,vt Regni ſceptrum,clauumq. moderetur, remque gerat publicam in pace, bella mihi committat. Verùm,quod ego ad Roſarium oratura fuiſſem,id tua maieſtas ritè perſolui curet nomine meo:per manum fœminæ Deus hoſtium deijciet ſuperbiam.Crede, mi Rex, hac in dextra validius mihi robur ineſſe, quàm in veſtro corpore toto vigere poſſit. Aſſenſit Rex, rem numine diuino geri ſentiens & ad poſtulata annuit, Nulla dies erat,qua non Regina priùs diceret Roſarium, quàm in aciem prodiret,eodem,& exercitum ſuum cohortata eſt,nec vel curam auertere aliò quemquam permiſit,quin ſecum tempus certum Roſario recitando impenderent:ipſa verò ſuis precationibus ſecretas adhibebat pęnitentias:atq; ita in campum in hoſtes inuadens, obuios quosq. fudit, fugauitque:nec raró accidit,vt iam fuſi, fugatiq. eſſent, ante quam ipſa appareret. Nimirum hæc vis Roſarij eſt, Deiparæque patrocinium, non certum dumtaxat,ſed ita frequens erat,vt ſolemne videretur: à centum regijs, quandoq; aduerſariorum mille
fuſos

fuſos fuiſſe,alias à quinque,hoſtes centum; a quingentis item alias ad tria ferè millia hoſtium cęſa occubuiſſe. Nihil verò celebratius ore omnium ferebatur,quàm Reginæ in bellis ſumma felicitas, atque victoria. Has ipſi Soldano ſui Saraceni dilaudare numquàm ſatis poterãt, vt apud ipſum in ſumma eſſet admiratione pariter & veneratione. Vt pax reddita Regno fuit,iam omnis Reginæ cura & induſtria eò incumbebat,vt beatæ Mariæ virginis cultum in Roſario, iam Regno toto celebratum ad perpetuam conſtantiam ſtabiliret, eiuſdemq. confraternitatem promoueret. Et inde vt longiorem vitam ſanctè duxit,demùm à Patrona pręmonita mortis fuit,idq. die quinquageſimo ſupra centeſimum ante ſupremam diem. In ipſa morte conſpicuum habuit Ieſum & Mariam ipſam dulciſſime viſitantes;vt fatis perfuncta ceſſit:mirabile dictu! viſu,audituq. mirabilius,aere circum vniuerſo variæ dulciſonæ caſtrum nunc aduolitabant auiculæ,nunc gregatim ſedebãt cũ ſuauiſſimo concẽtu.

Iſtud quoque exemplum referam, de quadam nobili Comitiſſa Dominica. Hæc poſt primas nuptias primo defuncto marito, à mariti conſanguineis modis inauditis eſt perturbata: nam illius ciuitates,& caſtra diripientes, vniuerſa vaſtarunt; at illa mortis timens iacula in deſertum ſola diffugiens, ibi tandem deſperans,gladium arripuit, & ter loca per incerta ſe in pectoribus confodit. Reſupina præ doloribus concidens, manus extendit, pedes deijcit, & cuncta adſunt mortis indicia: & heu,tartarorum legiones intuetur. Solebat autem iuuencula, ex beati Dominici prædicatione audita, Roſarium orare virginis Mariæ. Ipſa enim de manibus S. Dominici in Hiſpanijs Roſarium acceperat V. Mariæ; ſed adueniente ſæculari potentia,Roſarium poſtpoſuit in voto, & verbo, quamuis in zona, & collo regale ſemper portaret pſalterium. Mira res! inſtante mortis articulo terrifico,adfuit beata virgo Maria, tribus pulcherrimis comitata puellis; earum conductor cum baculo ſanctus Dominicus adſtabat,legiones tartaricas grandibus percutiens ictibus, quæ & ictuum Dominici non ferentes

Idem loc. cit. cap. 67.

po-

potentiam, aduenientibus diffugientes latiſſimam præbuere viam. Tunc B. Maria ad Euæ filiam conuerſa, inquit: O filia, filia, mei es oblita, & ecce in tua miſeria, & neceſſitate, tui miſericordiſſimè ſum recordata. Dudum in iuuentute me in Roſario meo ſalutabas, meritis ſingulariſſimi mei ſponſi, & prædicatoris Dominici: nunc autem per tempora multa poſt tergum tuum me proiecisti: ſed quia chariſſimus meorum amicorum Dominicus pro te rogauit, audi nunc vocem meam: Si ſpondes mihi Roſarium offerre meum, & vitam reſtaurabo tibi, & vniuerſa, quæ perdidiſti, adijciam bona. Tunc moritura, immo moriens, non voce, ſed mente promittit ſe hoc facturam: mandatque Maria Dominico, vt id præſtaret; qui appropinquans morituræ, tangit eius vulnera, & ait: Quia tres quinquagenas dereliquiſti, tria mortifera vulnera es permiſſa incurrere: nunc quia dudum oraſti, & proponis dimiſſas reſumere, tria ſalutis tibi dantur remedia. Continuò, quæ fuit mortua, aut tamquam mortua, ſurrexit ſaniſſima, & quia fuit veſtimentis denudata, ſanctus Dominicus veſtimenta vxoris illius Tyranni, terram huius Dominæ poſſidentis, tribuit, atque illam cum apparenti comitiua ad palatium reducit proprium: vbi tandem virginis Mariæ, & Dominici potentia cuncta recepit perdita. Tanti poſtea feruoris fuit erga Roſarium beatæ virginis Mariæ, vt in maximis feſtiuitatibus, ſuis in palatijs idem per ſe ipſam prædicaret, & vniuerſos ad dicendum hoc hortaretur, & cogeret, pulchra cunctis dans Roſaria. Denique viuens ſanctè in poſterum glorioſa morte eſt defuncta, cui glorioſiſſima virgo Maria apparuit cum S. Dominico, qui animam illius ad ſidera tulerunt.

Ante quàm ad dicendum ſeſe comparatum accingeret ſanctus Dominicus, in ſuetas Roſarij preces ſeſe dabat, impenſius orans Numen, vt eum menti conceptum infunderet, qui populo ſalutarior, magisque neceſſarius accideret. Orationem coronariam excipiebat ſacrum Miſſæ ſacrificium, quod vix vmquam abſque raptu, vel reuelatione peragebat. In Britannia celebrans, dum

B. Alan. lo. cit. par. 3 cap. 22.

Sa-

Sacramentum eleuatum ſupra verticem præbet adorandum, ecce tibi manus inter ſacerdotales ipſum Dominum Ieſum, non iam ſpecie velatum panis ſolum, ſed puellum puſillum ætatulæ, qua à diua Matre lactatus fuerat, vberibus de cœlo plenis, manifeſtè conſpicantur ſuis ipſi oculis vniuerſi: ſimul in eodem vno contuitu cernebant clarè, diſtinctè, & verè, in ſolari, quaſi luce, mulierem amictam ſole, & duodecim ſtellis coronatam, qualem in Apocalypſi ſanctus Ioannes conſpexit. Viſa Dei mater pendentem ad vbera paruulum lactare, eadémque Domina pietatis manu filij accepta populum ſigno Crucis conſignare. In calicis verò eleuatione iteratò, & manifeſtè omnes viderunt mundi Saluatorem Ieſum, ea prorsùs ſpecie, qua in Cruce pependit crucifixum, in ipſo calice benedictionis. Viderunt etiam ſanctam Mariam adſtantem, ſanguinem filij excipientem, eumque ſuper mundum aſpergentem in ipſius ſanationem ac ſalutem.

In maiori Pariſienſium æde, Dei genitricis, ac intemeratæ virginis Mariæ honori ſacra, & dicata, aliquando pro concione verba facturus S. Dominicus, accurata ſe cura, & curioſitate etiam, ad dicendum ſe comparabat, non vlla ſtimulante ad iactantiam vanitate, ſed ob auditorum facultatem doctiſſimorum, ob ampliſſimi conſeſſus dignitatem, ob frequentiam omnis ordinis ac ſtatus ornatiſſimam, & verò multò maximè ob manifeſtiorem, ſolidioremq. veritatis euidentiam demonſtrandam, animiſq. ſic imprimendam, vt optatus inde fructus Deo cõſtaret. Cùm igitur pio more ſuo ante concionem, ad vnius horæ ſpatium, quodam in ſacello poſt altare maius in oratione ſe cõieciſſet, in Roſario ſuo perſoluendã, ecce confeſtim extra ſe factus per raptum, manifeſto in lumine contuebatur ſe coram amicam ſuam, quam ſibi quæſiuit à iuuentute ſponſam chariſſimam Dei Genitricem, quæ manu libellum geſtans, Dominico obtulit, dicens: Dilectiſſime ſponſe Dominice, & ſi bonum eſt, quod prędicare diſpoſuiſti, ſermonem tamen longè meliorem, mihiq. gratiorem ad te affero, (ſermo autem fuit de Salutatione

Id. loc. cit. cap. 19.

tione

tione angelica). Dixit, & Dominico incredibili lætitia perfuſo, in cælum abijt; at non abijt; nam cùm pro ſacris roſtris Dominicus diceret: Alma patrona, Maria cõtinuò lateri eius aſſiſtens hæſit. Ipſa velut ex libro verba ei ſingula prælegens, ſuggeſſit dictatrix. Ipſa vires, animumque, ſpiritumq. ſuffecit confortatrix, & voci dedit vocem virtutis. Neq; aliter dicta cadebant ad aures, ac animos auditorum, ac ignea tela. Quo ſermone, velut iniecto reti retiarius, penè totam vrbem Pariſienſem comprehendit Dominicus, tanto cum fructu, vt permagnæ ſint animorum conſecutæ mutationes, apud incolas & exteros, vſus, cultus, veneratioq. Roſarij paſſim omni regno crebreſcere cęperit, perq. ſingulas penè populi familias ac domus peruulgari. In primis autem lectiſſimum ſtudioſæ iuuentutis florem, illius feruor prædicationis ita matureſcere fecit, vt flante ſpiritu Dei, ad altiora noui inſtituti Prædicatorij euolaret. Ac nec tunc ſolum Deiparam ſapientiæ doctricem habuit Dominicus; nam Tancredus Senenſis in Ordinem Prædicatorum cooptari expetijt, quòd Senis in patria B. Dominico concionanti adeſſe vidit, in dexteram aurem, quæ diceret, ſuggerentem, atq; ipſi, vt illum ſequeretur indicantem.

Hiacynth. Choquet. lib. de viſcer. mat. B. V. erga Ord. Prædicatorum.

Habuit S. Dominicus donum linguarum, ita vt loqui noſſet ac poſſet linguam cuiuſcumque nationis. Hanc verò facultatem ſua apud filium gratia eidem Dominico impetrauit Deipara; vt ipſa B. Alano Rupenſi reuelare dignata eſt his verbis: Ego ſponſo meo Dominico, mea apud filium gratia, facultatem loquendi omnibus linguis impetraui, qua tunc vti liberè valebat, cùm ad ſalutem animæ, aut plurium intereràt. Hinc in quamcumque externam nationem inferebat pedem, gratia prædicandi, eiuſdem continuò gentis linguam callebat, & meritò; nuſquam enim ſeſe conferebat, niſi vt Apoſtolus Domini, quo eum Spiritus agebat. Miſſus enim fuerat velut ad mundum, iam refrigeſcente charitate moribundum, vt ipſum reſuſcitaret. Sic Deipara.

B Alan. loc. cit. par. 3. cap 20.

Narrat Ioannes de Monte in Mariali, de celebri quodam eximiæ ſcientiæ viro, qui noſtra, inquit, memoria

Id. loc. cit. par. 1. c. 18.

(cùm

(cùm ſanctus Dominicus & ſanctus Franciſcus ſuis orbem prædicationibus, pariter exemplis,& miraculis illuſtrarent) Dei clementia raptus in cæleſtia, prægrande volumen aſpexerit, quod clara in luce ad inſtar ſolis, circum radijs effulgentibus correptum reſplĕdebat;in quo confraternitatis de Roſario fratrum ,& ſororum nomina, perelegauti forma perſcripta viſebantur. Scriptores autem ſanctum Dominicum , & ſanctum Franciſcum aſſidere viſos ; quippe qui omni conatu, & zelo indefeſſo, ſuæ peregrinationis, ac prædicationis tempore,quamplurimos ad idem diuini cultus ſtudium vocare, & accendere certatim adlaborabant. Ritum verò inſcriptionis,ſanctus pater Dominicus omni cura, diligentiaque obſeruabat; ipſe quotquot erant præordinati conſcribebat ; vnde merito per Hiſpaniam ,& Italiam in ipſa feſtiuitate S. Dominico ſacra& ſolemni , confraternitatis Roſarij fratrum & ſororũ nomina in Oratorio ipſius confraternitatis, aut paræcia,publico ex libro recitabantur, vt qui nominum eorumdem fratrum, & ſororum ſcriba, tantæque confraternitatis innouatæ reparator, ac mirificus illuſtrator extitiſſet.

Eidem S. Dominico perquàm familiare fuit, peneque ſolemne,pœnitentibus ſuis Roſarij perſuadere vſum, aut in vlteriorem ſatisfactionem pœnitentiæ iniungere, non per obligationem,ſed ad deuotionem pro cumulo meritorum,atq; hoc non ſine eximio animarum fructu. Id.loc. cit. cap.15.

Dauidis pſalmos ſic in choro pſallere ſolebat Dominicus,vt ſibi ad aræ dextram ſtare Chriſtum,ad ſiniſtram aræ B.Mariam imaginaretur,ad quos alternatim pſalmos intentione dirigebat.

Voluit,præſcripſitq. ſuis Romana in vrbe, vt ſub veſperum,matrem ſuam,matrem miſericordiæ, orbis Reginam ,Mariam ſanctiſſimam , vtpote Diuinitati proximum Numen,per hymnum,Salue Regina,demiſſè, flexis genibus conſalutarent. Ita quippe in S. Sabinæ virorum, & in S. Sixti Virginum cœnobijs ipſe conſtituit; quod refert Theodoricus Apoldianus lib. de eius vita 2.ca.13. in hunc modum: Per id tempus antiphona, Salue Regi- Hiacynth. Choquætius lo. cit.

na,

na, in cœnobio fratrum, & ſororum Romæ flexis genibus ſine cantu dicebatur.

In Deiparam Virginem tam ardenti pietate feruebat Dominicus, vt in ea ſola, ſecundum Deum, ſpem omnem collocaret. Eius nomen illi erat melle dulcius, eamque rebus gerendis ducem, atque auſpicem adſciſcebat: ad eius venerationem tum omnes homines, tum filios ſuos prædicatores enixè hortabatur; quibus egregiè proſpectum eſſe exiſtimabat, ſi ſpretis calcatiſque mundi opibus, ſola Virginis deuotione affluentes relinqueret. Hi ſanè exemplo ſanctiſſimi Parentis iuxta eius mentem, & decretum, diù noctuque ſe exercuerunt in cultu B. Virginis, quam venerabantur tanto deuotionis affectu, tam certa opis conſequendæ fiducia, tam inexplebili deſiderio maieſtatis contemplandæ, vt verbis explicari non poſſit; & vix aut ne quidem cogitatione comprehendi; hinc in dormitorijs in cellis (cuius etiam nunc vſus eſt) imagines Deiparæ viſebantur, vt experrectis, eius memoria occurreret, & prima hac impreſſione omnes diaboli inſultus facilè ſuperarent, vt in libro de beneficijs fratribus Prædicatoribus à diua Virgine collatis, Nicolaus inquit Ianſſenius.

Idem diuinus vir Dominicus, & Mariæ Deiparæ clientum propemodùm ſummus, latam iam olim de Horarijs precibus, & laudibus, quæ vulgò, Dei Genitricis officium appellari conſueuerunt, à ſupremo orbis dictatore Vrbano II. legem, quam ſua ætate florentiſſimam fuiſſe perſpicuum eſt, ſibi quoque ſuiſque alumnis præſcripſit & ſanxit, ſeu potius conſtitutam, & toto orbe receptam, & à ſe hactenus diligenter, cùm Canonicum regularem ageret, obſeruatam, ambabus, vt aiunt manibus, ſuo Ordini excepit.

Naſcente etiamnum Prædicatorum Ordine, ſanctiſſimæ Deiparæ iconem à beato Luca ipſi familiari diuina arte expreſſam, grandi miraculo Nicolao Tuſculano, & Stephano, tituli duodecim Apoſtolorum Cardinalibus, ſacro oneri humeros ſupponentibus, beatiſſimo Dominico auctore ac duce, in ſuum ſancti Sixti Templum ex

Tran-

Tranſtiberina Vrbis regione illatam, teſtis eſt theatrum orbis Roma. Quæ ſcilicet imago anteà à priore illa ſua ſede abeſſe nolebat; toties, mirum! ad illam diuinitùs reuerſa, quoties ſublata fuerat, ſancti Dominici manibus auelli ſe, atque in aliam inter proles ſuas ædem deferri lubens paſſa eſt, ibique fixum domicilium habuit.

Hic idem ſanctiſſimus Ordinis Prædicatorum parens, pro omnimoda B. Virginis puritate acerrimè pugnaſſe dicitur, in tractatu ſuo de corpore Chriſti contra hæreticos Albigenſes: ibi etenim adfirmandam eiuſdem Virginis ab originali macula immunitatem, concionem pulcherrimam exaraſſe fertur, ex qua paſſim ab Conceptionis fautoribus afferuntur hæc verba: Sicut primus Adam fuit ex terra virgine, & numquàm maledicta formatus; ita decuit in ſecundo Adam fieri, ſcilicet Chriſto, cuius terra, ideſt, Mater virgo, numquàm fuit maledicta. Legendus eſt Antonius Cucharus, Epiſcopus Acernenſis in Elucidario beatæ Virginis Pariſijs impreſſo, anno 1507. vbi refert eum librum, ſeu tractatum, in quo S. Dominici concio pro Conceptione Deiparæ virginis habebatur, ab hæreticis in ignem proiectum, non ſemel, aut bis, ſed ter ab igne illæſum reſilijſſe. Negant aliqui hunc librum à S. Dominico fuiſſe conſcriptum, vt Bandelus in ſuo tractatu de Conceptione rat. 11. & Thomas Maluenda in lib. de Paradiſo cap. 60. ſed ferè innumeri maximæ auctoritatis Theologi (quos citat, & refert vir doctiſſimus Ægidius de Præſentatione Luſitanus, in opere ſuo de Conceptione immaculata lib. 3. quæſt. 4. art. 1. §. 3.) hunc librum S. Dominico tribunt.

Refert B. Humbertus lib. 2. de vit. fratrum cap. 10. & Thomas Maluenda tom. 1. Annalium Ordinis prædicatorum, ad annum 1219. vt teſtatur Benedictus Gononus Cæleſtinus, in chronico B. Virginis ad annum 1170. ſanctum Dominicum è Tholoſa Pariſios proficiſcentem, ad ædem B. Virginis Rupis Amatoris veniſſe, ibiq. cum glorioſiſſima cælorum Regina deuotè pernoctaſſe.

Dum autem, more ſuo, Romæ in Eccleſia S. Petri pernoctans, oraret, ſedentem ad Patris dexteram filium, ſur- Theodor. de Appold.

ge-

In eius vita apud Surium tom. 4. ſub die 4. Augusti.

gere vidit iratum, vt interficeret omnes peccatores terræ,& diſperderet omnes operantes iniquitatem. Stabat verò in æthere aſpectu terribilis, & contra mundum in maligno poſitum, tres lanceas vibrabat: vnam, qua ſuperborum erectas ceruices traijceret; alteram, qua cupidorum viſcera configeret; tertiam, qua carnis voluptatibus deditos confoderet. Cumq; eius iræ nemo poſſet reſiſtere, occurrit clementiſſima mater eius, & pedes illius complectens rogabat, vt parceret eis, quos ſuo pretioſo ſanguine redemiſſet; & iuſtitiam miſericordia temperaret. Cui filius: An non vides, inquit, quantæ mihi irrogentur iniuriæ? iuſtitia mea tot mala ampliùs non patitur impunita. Contra mater: Tu qui omnia, inquit, noſti, bene perſpectam habes viam, per quam illos ad te reducturus es: habeo ſeruum fidelem, quem mittes in mundum, vt verba tua annunciet eis, ſicq; conuertantur ad te omnium Saluatorem. Habeo etiam alium ſeruum, quem ei adhibebo adiutorem, vt ſimiliter operetur. Filius dixit: Ecce placatus ſuſcepi faciem tuam, attamen velim videre eos, quos tanto muneri deſignaſti. Obtulit ergo mater filio, ſanctos, Dominicum & Franciſcum, & ait Dominus: Bene & accuratè is faciet, quæ dixiſti. Porro B. Dominicus ſocium ſuum B. Franciſcum in hac viſione diligenter contemplans, ad id vſq; tempus ignotũ ſibi; poſtera die in Eccleſia inuentum agnouit, ruensq; in ſácta oſcula, & ſinceros amplexus, ait: Tu es ſocius meus, tu mecum pariter curres, ſtemus ſimul, & nullus aduerſarius vincet nos: viſionem quoque, quam iam diximus, enarrauit ei. Atq; ab eo die fuit illis cor vnum, & anima vna in Domino, quod etiam à ſucceſſoribus ſuis iuſſerunt perpetuò obſeruari. Huius viſionis ſeries & notitia per S. Franciſcum accepta eſt, cui B. Dominicus ante Ordinis confirmationem, eam patefecit.

Reginaldus, vir per omnia laudabilis, fama celebris, ac conditione conſpicuus, qui Pariſijs annis quinque in iure Canonico prælegerat, B. Dominici ſanctitatis aſpectu delectatus, verborumq. comitate, & veritate illectus, iam deliberauerat eius complecti inſtitutum. Ecce autem

tem quamprimùm ſancti propoſiti exanimatrix aduerſitas, graui eum corporis ægrotatione affligit. Morbo ingraueſcente, natura ſuccumbens deprimitur, & ſalus à medico deſperatur: confidens autem in Dei virtute beatus Dominicus, ad preces ſe conuertit. Illo orante, magiſtro Reginaldo vigilanti, & ardore febrium admodùm æſtuanti, Regina cæli, virgo mater apparuit viſibiliter, cum duabus ſpecioſiſſimis puellis, dixitq. ei: Pete à me quod vis, & dabo tibi. Deliberanti quid peteret, altera ex puellis illi ſuaſit, ne quid peteret; ſed ſe totum beatiſſimæ matris Dei permitteret voluntati. Ille ſalubri parens conſilio, illius ſe penitùs ſubiecit arbitrio. Tum mater Dei extendens manum virgineam, ęgri oculos, aures, nares, os, manus, ſalutari quam attulerat vnctione liniuit, proprias verborùm formulas ad ſingulas vnctiones proferens. Porrò ad pedum vnctionem ita dixit: Pedes tuos in præparationem Euangelij pacis perungo: & ad renes dixit; Stringantur renes tui cingulo caſtitatis. Omnem quoque Prædicatorij Ordinis habitum ei demonſtrans: Hic eſt, inquit, habitus Ordinis tui. Atq; ita & ab ægrotantis oculis cæleſtis illa viſio, & à toto corpore morbus omnis ablatus eſt, ſtupentibus medicis, quorum iudicio vita eius deſperata fuerat. Nihil horum latebat D. Dominicum, quippe cuius meritis, & interceſſione Reginaldo contigiſſet illa viſio. Tertio inde die, cùm aſſideret Reginaldus, beato Dominico rurſus adfuit clementiſſima Virgo, &, vt erat pollicita, vnctionem illam in Reginaldo iterauit. Aderat tunc Religioſus quidam ex ordine hoſpitali, qui teſtabatur ſe vidiſſe beatam Virginem totum Reginaldi corpus ſua manu perungentem. Illa ſalutaris vnctio corpus eius ab omni concupiſcentia adeo purgauit, vt quemadmodum ipſe faſſus eſt, nec primi in eo motus poſtea extiterint. Verum hæc omnia, beatus Dominicus ab eo adiuratus, non prius reuelare voluit, quàm ille e vita exceſſiſſet. Accepit inde Reginaldus habitum ipſi diuinitus præmonſtratum à B. Dominici manibus, Prædicatorum adhuc nouello adiunctus Ordini, & factus conſors pauperum Chriſti: fuit vir is in-

L fi-

ſignis, ſcientia inſtructus, gratia præuentus, virtute robuſtus, ſanctitate conſpicuus, religione præcipuus, caſtitate mundiſſimus, beatiſſimæ matris Dei tactu ſanctificatus.

Cùm aliquando beatus vir Dominicus, Romę, apud S. Sabinam in Eccleſia fratrum pro conſuetudine ſua pernoctaret, & iam media nocte oraret, cunctis fratribus quieſcentibus in dormitorium ingreſſus, in quadam eius parte conſtitit, Domino preces offerens: eleuatis autem oculis vidit ab alia parte tres admiranda pulchritudine virgines, in iisq. mediam forma incomparabili, cuius aliæ latus claudebant vtrimque: & vna quidem ferebat ſitulam ſplendidam & elegantem: altera verò aſpergillum porrigebat in medio gradienti Reginæ. Tranſiens ergo Regina cum virginibus in dormitorium, ſingulos fratres ſuis in lectis quieſcentes conſpergebat, eosq. Crucis ſigno conſignabat: vnum ſolum præterijt, nihil ei huius gratiæ impertiens; vt diſcant poſteri, quam Religionis diſciplinam, quod pudicitiæ ſtudium velit in nobis extare, etiam dormientibus, viſitans nos omni tempore miſericordiæ mater. Aduertit hoc B. Dominicus, quid fratri accidiſſet: ſurgensq. à prece, Reginæ proceſſit obuiam, vbi lampas dormitorij pendebat, ad eiusq. proſtratus pedes: Obſecro, inquit, Domina mea, indica ſeruo tuo, quænam ſis (Dicebat hoc, licet eam ſpiritu cognoſceret) Reſpondit ei Domina: Ego ſum illa miſericordiæ Regina, quam quotidie ad veſperam pijs mentibus inuocatis; cũque dicitis, Eia ergo, aduocata noſtra: proſterno me coram filio, orans illum pro Ordinis huius conſeruatione. Tum ille concepta fiducia: Quæ ſunt, inquit, ò Domina, virgines ſpecioſiſſimæ, quæ te comitantur? Reſpondit illa: Cæcilia, & Catharina. Rurſus ille: Cur, mea Domina, ait, fratrem illum auerſata præterijſti? Reſpondit Domina: Quod non ita, vt decebat, ſe gereret. Deinde ad reliquos fratres pergens, cum eos quoq; comperſiſſet, & conſignaſſet, diſparuit. Vir Dei autem ad locum redijt, vbi prius conſtiterat, & ecce repente extra ſe rapitur ante Deum; videtque ſedentem Dominum, & à dextris ei aſſidentem matrem eius, indutam pallio coloris ſapphirini. Circumſpi-

ſpiciens verò, vidit ex omni natione ſpiritualium Patrum, qui ſacris inſtituendis Religionibus, ſiue monaſticis inſtitutis, Chriſto filios & filias ſpirituales generant, magnã copiam in conſpectu Domini gloriantem: ſed nullum ibi ſuorum filiorum videns, pudore ſuffuſus, & intimo dolore compunctus, acerbiſſimè fleuit; atq; à Maieſtatis diuinæ gloria exterritus, eminus ſtetit, non auſus vultui Dei, & Virginis excellentiæ appropinquare. Innuit autem ei mater Domini, vt ad ipſam veniret: at ille tremens & pauens non audebat accedere, donec etiam à Domino eſſet accerſitus. Tum verò acceſſit corde compunctus, humili ſpiritu, totus infuſus acerbiſſimis lacrymis, atq; ad filij & matris eius pedes cum ſumma humilitate ſe proiecit. Dixitq. Dominus Ieſus ad eum: Surge. Cumque ſtaret coram Domino, ait ad illum: Quid ita miſerè luges? Ille reſpondit: Quod coram te omnium monaſticorum Ordinum homines adeſſe conſpicio; de meis verò ne vnum quidem. Ait Chriſtus ad eum: Vis videre filios tuos? Reſpondit ille: Id vel maximè velim. Tum Chriſtus manum ſuam imponens ſuper humerum matris, dixit ad eum: Inſtitutum, ſiue Ordinem tuum ego commiſi matri meæ. Sed illo inſtante & cupiente videre filios inſtituti ſui, rurſus ait Dominus: Ita ne planè eos videre cupis? Reſpondente eo, ſe id modis omnibus velle. Mater Domini pallium, quo induta erat, expandit coram lacrymabundo Dominico, quod tantæ erat amplitudinis, vt totam cæleſtem Ieruſalem ſuauiter complecti videretur. Atq; ſub hoc ſecuritatis tegumento, & pietatis ſinu, vidit ille cæleſtium arcanorum contemplator, fratrum Ordinis ſui innumeram multitudinem, ſingulari cuiuſdam protectionis cura, & peculiaris amoris brachijs circumplexam. Itaq; luctus vertitur in gaudium, lamenta mutantur in iubilum; & ille ſpiritu exultans, proſtratus gratias agit Dei filio, & eius matri ſingulari. Mox ad ſe redijt, & ſigno ad nocturnas preces fratres excitante, omnes ſurgunt: illis precibus abſolutis, ad domum capitualarem vir Dei fratres conuocat, prolixè ad eos concionatur; admonet, vt ament matrem Dei, cuius erat miri-

ficis conſolationibus egregie recreatus. Poſtea fratrem illum, quem ſancta Virgo dormientem prætererat, blandè alloquens, illum comperit à culpa prorſus alienum: fatebatur tamen frater, ſe cùm euigilaſſet, nudato corpore fuiſſe.

Hiacyn. Coquet. loc. cit.

Sub ipſum Ordinis ſui initium, in ſumma illa paupertie, rerumque omnium inopia, quam ſibi ipſe, ſuiſque præſcripſerat Dominicus, Deiparæ erga eum eluxit egregia, attentiſſimaque ſollicitudo. Forte die quadam Bononiæ, in tardiorem horam emendicata oſtiatim ſtipe, duo ſolummodo allati panes, paucis ſanè à fame releuandis impares, ac multò minus 40. viris, quo numero Religioſi erant. Re ad Dominicum delata, iuſſit nihilominùs omnes menſis accumbere, deque Dei benignitate, & Mariæ amantiſſimæ matris cura certus, panes illos in fruſta diſſecuit, diſtribuique fecit. Creuerunt illa adeò numero, & mole, vt exaturatis omnibus, plus panis ſuperfuerit, quàm initio fuerat oblatum. Eadem in vrbe ſecundò, itidemque bis antea Romæ accidiſſe, quod ſubdimus, commemorat Ludouicus Panhormitanus, Dominici coætaneus, relatus à Michaele Pio, lib. 1. de progenie ſancti Dominici in Italia cap. 35. nimirùm, cùm vtrobique aliquando panem deeſſe Dominico renunciatū eſſet, voluit tamen omnes in cœnaculum (refectorium appellant) conuenire; vbi implorata Dei, Virginiſque ope, cunctiſque ad menſas reſidentibus, continuo adſtiterunt Angeli duo, elegantiſſima adoleſcentum ſpecie, totidem caniſtra candidiſſimis panibus referta, manibus geſtantes, ſinguloſque ſingulis ab inferioribus initium facientes, largiti; vbi ad Dominicum venerunt, capita venerabundi ſubmiſerunt, omniumque ſtupentium oculis ſunt ſubducti. Et Bononiæ quidem, vna cum panibus caricas, ſeu ſiccatas ficus attulerunt Angeli. Ad hæc tempora, Romam ex Gallia Narbonenſi, Tholoſatū ſcilicet oris, reuertenti Dominico, Ioannes quidam frater conuerſus comes fuit, quem itineris aſperitas, labor, & diuturna inædia adeò exhauſerant, vt in Alpium iugis, nec vltra progredi, nec quidem humo ſurgere

vix

vix poſſet. Iſtam ſui comitis ærumnam miſeratus vir Dei, ad ſolitum Virginis præſidium, animo, precibuſque confugit; ab ea, non ſecus ac pueri à matre, fatiſcenti Ioanni panem expetijt: moxque cælitùs admonitus, Ioannem ad propinquum aliquem locum, iactu tantum lapidis diſſitum, ire iuſſit; quodque ibi reperiſſet, ad ſe afferret. Iuit ille, quamquam ægrè ſatis, mundiſſimoque inuolutum linteo niuei candoris panem reperit, attulit, famem illo expleuit, quodque reliquum fuit, Dominici imperio in priorem locum retulit, continuoque reſumptis viribus, cœptum iter alacri pede eſt proſecutus.

Hæſerat aliquando idem vir ſanctus, diutius in ſuo Virginum ſancti Sixti Romæ cœnobio, deque rebus diuinis in mediam fere noctem ſermones protraxerat; cùm illi, ſocijſque ad ſanctæ Sabinæ redeundum fuit; ne verò per tenebras mali illis quidpiam accideret, ſubmiſit benigniſſima mater Deipara Angelum itineris ducem, & aduerſus negotium, quod in tenebris perambulat, tutelarẽ.

Paucis ante extremam ægritudinem diebus, oranti Dominico, & cæleſtium gaudiorum deſiderio vehementius æſtuanti, adſtitit ſpecioſiſſimus adoleſcens, his eum verbis compellans, atque ad promeritas coronas inuitans: Veni, dilecte mi, veni; ingredere in vera gaudia. Quem beatorum geniorum quempiam fuiſſe, Dominico à ſanctiſſima Deiparente oratorem legatumque tranſmiſſum, opinatur vir doctiſſimus frater Hiacynthus Choquætius. Poſtmodum verò beato Dominico, ſupremum fere ſpiritum agenti, adfuiſſe Deiparam ipſam, his verbis memorat Theodoricus de Apoldia: Adfuit è corpore abeunti viro ſanctiſſimo beata Dei mater cum filio ſuo, & Angelorum ſuauiter modulantium frequenti exercitu, ſpiritum eius in cælos ſecum abducens, quemadmodum fideles quidam per reuelationem didicerunt: nimirùm, inter plures beatus Gualla Brixianus, tunc à ſancto Patre conſtitutus Prior, ea ipſa hora, qua è vita diſceſſit Dominicus, cernebat reſcindi cælum, indeque duas candidiſſimas, ac fulgentes ſchalas ſubmitti; vnius cacumen Chriſtus; alterius virgo mater tenebat. Frequen-

Theod. de Apol. li. 5. c. 3.

Digitized by Google

tes quoque Angeli per vtramque læti deſcendebant, aſcendebantque: in illarum medio ab ima parte ſedes erat precioſiſſima vtrimq; à ſchalis fulta; cui beatus pater Dominicus, velut ſolio inſidebat. Schalas porro cum ſede Chriſtus & Deipara ſenſim attrahebant, donec lætis vocibus concinentibus Angelis, ſchalæ cum ſancto viro in cælum ſubductæ ſunt. Beatiſſimum quoq; Dominicum, in extrema ſua ęgritudine, paulo ſcilicet prius quam mortem obiret, Deiparam conſpicuam habuiſſe, eiq. ſuum Ordinem impenſius commiſiſſe; viciſſimq. illam omnem opem, patrocinium, atq; ſua ipſa viſcera ſpopondiſſe, refert S. Birgitta, diuinarum Reuelationum lib 3. cap. 17. his verbis: Loquitur mater Dei ad ſponſam, dicens: Certè Dominicus filium meum habuit pro ſuo chariſſimo Domino, & me matrem eius dilexit plus quam cor ſuum. Cumq. inſtaret tempus reſolutionis, quod filius meus ei in ſpiritu oſtendit, iuit ad me matrem eius cum lacrymis, dicens: O Maria, Regina cœli, quam ipſe Deus prælegit ſibi in coniunctionem Deitatis & humanitatis; tu es illa ſingularis virgo, & ſingulariter digniſſima mater; tu es illa potentiſſima, de qua ipſa poteſtas prodijt: audi me rogantem te, quia exin ſcio te potentiſſimam, ideo præſumo de te: ſuſcipe fratres meos, quos educaui & foui ſub ſtricto ſcapulari meo, & defende eos ſub lato mantello tuo: rege eos & refoue, ne hoſtis antiquus præualeat eis, & ne diſſipet vineam nouellam, quam plantauit dextera filij Dei. Quid verò, Domina mea, aliud noto per ſcapulare ſtrictum, quod palliolum vnum habet ante pectus, & aliud retro, niſi duplicem conſiderationem quam ad fratres meos habui? Sollicitabar quippe nocte & die pro eis, quomodo in rationabili & laudabili deſeruirent Deo temperantia. Orabam etiam pro eis, ne quid de mundo concupiſcerent, quod, vel Deum offenderet, aut famam humilitatis, aut pietatis apud proximum denigraret. Hunc igitur quia tempus remunerationis meæ inſtat, aſſigno tibi membra mea; doce ergo eos ſicut filios, & porta eos ſicut mater. Cum his enim verbis, & alijs vocatus eſt Dominicus in gloriam Dei. Cui ego,

per

per ſimilitudinem loquendo, reſpondi taliter: O Dominice, amice dilecte, quia dilexiſti me plus quam te, ego ſub lato mantello meo defendam & regam filios tuos; nec non & omnes, qui in regula tua perſeuerant, ſaluabũtur. Mantellus vero latus, miſericordia mea eſt, quam nulli feliciter petenti, denego; ſed omnes qui quærunt, ſub miſericordiæ meæ ſinu proteguntur. Ex hac lacrymarum valle, ad cæleſtis regni delicias emigrauit Dominicus, anno à contrito per Virginem ſerpentis capite 1221. octauo idus Auguſti.

Nec illud in diuum Dominicum, Mariani fauoris recentius argumentum ſubticendum: Anno 1530. beata virgo Deipara, aſſociata ſanctis Maria Magdalena & Catharina virgine & martyre, nocte media ad ædem Patrum Prædicatorum in pago Soriano ſuperioris Calabriæ, imaginem S. Dominici cœlitus detulit; ad cuius venerationem innumera hucuſq; contingunt miracula, atq; etiam complures mortui ad vitam reuocati ſunt. Hiſtoriam ſcripſit nuper pater Vincentius Hensbergius Dominicanus Antuerpienſis, in Apoteca ſua ſpirituali Pharmac. de ſanctiſſimi Roſarij fructibus; in qua plura recentia prodigia, per eam patrata, commemorat. Aug. Vvic. in Brabãt. Marian. li. 3. c. 73.

Poſt hæc iam litteris conſignata, incidi in aureum quemdam vetuſtumque libellum, ab Anonimo auctore Ordinis Prædicatorum olim adornatum, ac opera R. P. Ludouici Laumans, eiuſdem Ordinis, Conuentus perinſignis Antuerpienſis filij, Antuerpianis prælis haud ante multos annos excuſũ prænotatũ: *Beatus Dominicus, ſiue Orationes ad Deiparam quindecim, per varios articulos vitæ S. Dominici*, in quo varijs in locis idem beatiſſimus Patriarcha Dominicus appellatur glorioſiſſimæ Virginis Dei matris ſecretarius, eiuſdem Angelus beatiſſimus, Archangelus digniſſimus, Seraphim dilectiſſimus. Eiuſdem, Propheta piiſſimus, Patriarcha chariſſimus, Apoſtolus dulciſſimus. Eiuſdem Confeſſor humillimus, Famulus puriſſimus, Diſcipulus ſapientiſſimus. Eiuſdem Athleta fortiſſimus, Pugil diligentiſſimus, Hortulanus fructuoſiſſimus. Eiuſdem Prædicator veriſſimus, Diſpenſator libe-

Liber impreſſus eſt Antuerpiæ ann. 1635. ac per doctiſsimũ virũ Georgiũ Colueneriũ ſac. Theol. doctorẽ, & regiũ Profeſſorẽ, ac Librorum in Academia Duacena cẽſorẽ, approbatus.

 raliſ-

taliſſimus, Eleemoſynarius miſericordiſſimus. Eiuſdem, Amicus laudatiſſimus, Filius redolentiſſimus, Sponſus virgineus, gratioſiſſimus, atque honorabiliſſimus. In eodem Libello refertur, quod inclyta cæli terrarumque Imperatrix S. Dominicum de ventre matris ſuſcepit, baptizarique, & ſic nominari à filio principaliter voluit. Quod ad eum dum confirmaretur, ordinaretur, & primam Miſſam celebraret, præſentialiter, dulciter, potenter, & quamplurimum mirabiliter venit. Quod eidem celebranti, viſibiliter ſæpiſſimè apparuit, & in terrificis Sacramentis ipſum mirabiliter edocuit, illuminauit, & confortauit. Quod eum ſenſibiliter, & viſibiliter deſponſauit, dum adhuc in præſenti vita degeret, ac viueret, in præſentia vnigeniti ſui, multorumque ſanctorum Paradiſi. Quod eidem in terris agenti, familiariſſimè, ſæpiſſimeque apparuit, & eum conſolationibus, & permaximis reuelationibus illuminauit. Quod eidem gratiam hanc pœnitendi impetrauit annis plus quam viginti, vt in diſciplinis ſanguineis, quas ſuſcipiebat pro quibuſlibet peccatoribus fortitudinem trium fortiſſimorum virorum haberet ſe diſciplinando, & paſſionem, ac dolorem trium tenerrimorum virorum: propterea frequentius poſt huiuſmodi diſciplinas totus manebat quaſi excoriatus; ſed diuina virtute per eamdem dulciſſimam miſericordiæ Reginam paulo poſt ſemper erat priſtinæ ſanitati reſtitutus. Quod eidem dedit ſcientiam infuſam, prophetiam admirabilem, vitamque contemplandi perfectiſſimam, adeo vt ſemper ſua conuerſatione cũ ſanctis, & de Chriſti incarnatione & paſſione meditanda eſſet, ſæpiusque amoroſiſſimè vbera ſua ad ſugendum præbuit, eum oſculando & amplexando amplexu virgineo, non ſine indicibili reuelationum Dei gaudio. Quod eidem in terris viuenti, dotes agilitatis, ſubtilitatis, & impaſſibilitatis frequẽtius pro animarum ſalute impetrauit: quinimmo & aliquando dotem claritatis eidem donauit, vt viſus aliquando fuerit tamquam ſol & ſtella fulgentiſſima, & tamquam Angelus Dei. Quod eidem impetrauit à filio ſuo, vt ipſe in paſſionibus ipſi Domino Ieſu Chriſto aſſimilaretur, propter

pter quod ab innumeris dæmonibus pro hominum peccatis fuit comprehenſus, ligatus, flagellatus, cum clauis in Cruce affixus, & lancea confoſſus, cæteroſque omnes articulos paſſionis ſuſtinuit cum doloribus indicibilibus; adeo vt cùm morte deficeret, rurſus per ipſam, & filium eius, dæmonibus fugatis, denuo eſt reparatus. Quod eidem infirmanti plus quam quater apparens miniſtrauit, quinimmo cum ipſo in ſignum amicitiæ ſingulariſſimæ de bonis per ipſam allatis comedit, & bibit. Quod eidem ſæpius pœnas inferni oſtendit, & Paradiſi gaudia demonſtrauit, cum ordinibus ſanctorum ibidem exiſtentium, eique obitum per centum, & quinquaginta dies ante mortem prædixit; & dies illos omni genere miraculorum plus quam vnquam adornauit, priuilegiaque pulcherrima, vtiliſſima, & maxima dicentibus Roſarium, dudum ipſi prius oſtenſum verbis, ſignis, prodigijs, & portentis confirmauit, atque corroborauit. Quod eidem in extrema Vnctione, cum filio ſuo mirabiliter & patenter apparuit, & eum ſpirituali vnctione vnxit, & in beatiſſima morte cum eodem filio ſuo Domino noſtro viſibiliter adfuit, ac animam tanti Patris ad ęternas manſiones detulit; & pro iucundo Paradiſi ingreſſu, maximam animarum Purgatorij multitudinem ei dedit, animarum quamplurimarum conuerſionem in hoc mundo eidem promiſit; & ipſum ſole clariorem in anima Chriſti ſtigmatibus inſignitum ad ſeraphicas ſedes detulit, ſociumque Apoſtolorum in indicibili gloria ordinauit, ipſum ſingularem mundi aduocatum, protectorem, defenſorem, & gubernatorem inſtituendo, quantum ad animarum ſalutem, eo quod tota eius in præſenti vita intentio viribus totis fuit ad animarum ſalutem procurandam. Ibidem quoque narratur, quod laudatiſſimus Patriarcha Dominicus ſic beatiſſimam Virginem amabat, vt omnia ipſius membra in eam eſſent conuerſa; & hoc ex dono ſingulariſſimo Dei. Quod frequenter per B. Virginem in ſchola, & prædicationis doctrina de dubijs multis fuit eruditus; & ex dono eiuſdem in ingenio, memoria, & eloquentia, ſcientia acquiſita, & infuſa, omni-

no mortalem non habuit parem. Quod etiam viuens per B. Virginem omni genere miraculorum quamplurimum fuit decoratus; tàm in cæleſtibus, quàm in elementis; tam in animalibus, quàm in hominibus viuis, & defunctis: & eiuſdem gratia mediante, multos mortuos reſuſcitauit; peſtilentias multas, grauiſſimas, & horrendiſſimas ſedauit; pacauit bella, & terræ ſterilitates ſæpius profligauit. Quod per B. Virginem hanc gratiam habuit viſu, auditu, olfatu, tactu (quantumcumque homines ſe occultarent) vt veriſſimè ſciret, atque agnoſceret ſeptem genera hominum; videlicet, hæreticos, irregulariſſimè viuentes, luxurioſos, ſuperbos, ſimoniacos, blaſphæmos, & immiſericordes: ſimilique gratia agnoſcebat ſemper, & vbique, quando homo conſtitutus erat in gratia, & in qua, atque in quanta, & quali. Quod dono gratiæ diuinæ ſemper B. Virginem cum filio eius in ſe videbat, ſicut in Templo, & modo ſenſibili, & ſpeciali; & ſæpiſſimè tempore diuini officij, ſeu ſeruitij Dei eamdem B. Virginem realiter vidit; ſimulque conſpexit ipſam ex diuini officij, ſeu ſeruitij negligentia iraſci, atque de eiuſdem deuotione plurimum gaudere. Quod binies vendidit ſe pro redemptione duorum peſſimorũ hæreticorum, morti condemnatorum, ſummorum ſibi inimicorum, & qui innumera ei prius tormenta iniecerant, ſed clementiſſima Deipara, eius miſerata, venditum iuſtum non dereliquit, ſed perſonaliter pro eo, omne, quod petebatur, ſoluit. Tandem, quod per B. Virginem aliquando raptus, vidit Dei gloriam & ſanctorum, diſtinctionem gloriæ Religionum, & dignitatem animarum; ob quod deinceps in tantum animas dilexit & amauit, quod infinities mortem pro illis optauit. Hæc atque alia, quæ breuitatis ſtudio prætereo, ſed videre te cupio, licet ſingularia ſint & magna; cum tamen nihil abſurdi contineant, immo pietatem redoleant, à veritate haud cenſeri debent aliena.

DE

DE S. FRANCISCO Aſſiſinate, Ordinis Minorum Fundatore.

CAPVT XIX.

FRANCISCVS Aſſiſias, in Vmbria Italiæ regione ortus, Ordinis Minorum Patriarcha, cuius vita & ſanctitas notiſſima eſt, & à grauiſſimis viris latè conſcripta: vnà cum ſancto Dominico, Prædicatorij Ordinis inſtitutore, à Deipara Chriſto Domino oblatus, & ad præclariſſimum animarum ad Deum reuocandarum munus, deſtinatus eſt. Dum enim Dominicus confirmationem ſui Ordinis expectans, Romæ in Baſilica ſancti Petri ſacris precibus intenderet, vidit Chriſtum ira ingenti ſuccenſum, ob intoleranda hominum flagitia à Patris dextera exurrexiſſe, tria manu iacula tenentem; vt vno eorum ſuperbos, altero auaros, tertio libidinoſos deleret (vt ſupra in Dominico diximus) Virginum vero Principem, ac Reginam cœli, eius venerabilem genitricem, ad illius genua procumbentem, ſeſe illi oppoſuiſſe, ac rogaſſe, ne genus humanum tanta clade afficeret, habere ſe, per quos emendari hominum flagitia poſſent. Matris precibus, ac verbis motum, cui nihil petenti negare poteſt, ſubſtitiſſe, ac petijſſe, vbinam eſſent, per quos fieri ea, quæ diceret, poſſent. Tunc humani generis tutelam, ac ſeruatricem, hinc Dominicum Prædicatorum; inde Franciſcũ Minoritarum inſtitutores, ac Principes oſtendiſſe, ac dixiſſe: Hi ſunt, fili, per quos quaſſa in terris, & collapſa pietas inſtaurabitur, ac reſtituetur. Delinitum pollicitatione matris filium, continuiſſe paratam ad feriendum manum, ac ſententiam mutaſſe & iacula depoſuiſſe: quo quidem diuino ſpectaculo vir ſanctus fiduciæ plenus, ac minime ambigens voti ſe compotem futurum, dum ex Templo egrederetur, obuium habuit, quem non nouerat

Luc. Vuad. to. 1. ann. Min. ad an. 1216. n. 14.

Vid. Humb. lib. 1. de vita Fratr. c. 1. Flam. & Garzon. in vit. S. Domin. Apold. li. 2. c. 1. Ant. tit. 22. c. 3. Caſtil. li. 1. c. 18.

ante

ante, nec viderat, B. Franciſcum, quem vt ſocium ſibi à Deo, ad inſtaurandam Eccleſiam traditum, iniectis collo brachijs, pie admodum, & cum ingenti lætitia comple-xus eſt: tum, quæ vidiſſet, & audiſſet, illi omnia narrauit, & addidit: Stemus ſimul, & nullus præualebit contra nos. Inter quos mutua & incredibilis deinceps charitas fuit. Quæ quidem, tamquam beato Dominico viſa, diuus po-ſtea Franciſcus Prædicatoribus narrauit. Franciſcum etiam eamdem habuiſſe viſionem expreſſe aſſerit, ex alijs, ſanctus Vincentius Ferrerius, & pie iudicat Ferdinandus Caſtillo, atq; Ludouicus Rebolledo, qua moneretur quid de tanto viro ſibi in ſocium dato, & de ſemetipſo Deus ex alto ſtatuerat, quantoq; operi & oneri eos dedicarit. Porro Franciſcus, (vt diuus ait Bonauẽtura), matrem Domini noſtri Ieſu Chriſti indicibili complectebatur affe-ctu, eo quod Dominum maieſtatis fratrem nobis effecerit, & per eam ſimus miſericordiam conſecuti. In ip-ſam poſt Chriſtum præcipuè fidens, eam ſui ac ſociorum aduocatam conſtituit, & ad honorem ipſius à feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli, vſque ad feſtum Aſſumptionis, deuotiſſimè ieiunabat. Prius quàm religioſæ ſuæ militiæ ſignum tolleret, atque efferret in altum, Aſſiſij in patria, ſancti Damiani, & S. Petri Apoſtolorum Principis Eccleſijs reparatis, peruenit ad locum, qui Portiuncula dicitur; in quo Eccleſia beatiſſimæ virginis Genitricis Dei, antiquitus fabricata, extiterat, ſed deſerta tunc, à nemine curabatur. Quam cum vir Dei ſic derelictam conſpiceret, ob deuotionem feruentem, quam habebat ad Dominam mundi, cœpit illic aſſiduè pro ip-ſius reparatione morari. Sentiens autem iuxta nomen ipſius Eccleſiæ, quo ab antiquo Sancta Maria de Angelis vocabatur, angelicarum ibi viſitationum frequentiam, pedem fixit ibidem, propter reuerentiam Angelorum, amoremque præcipuum matris Domini. Hunc locum vir ſanctus amauit præ cæteris mundi locis. Hic etenim humiliter cœpit, hic virtuoſe profecit, hic feliciter con-ſummauit. Hunc in morte fratribus, tamquàm Virgini chariſſimum, commendauit. De hoc, frater quidam Deo de-

Vinc. Ferr. ſer. 1. de B. Franc. Caſtil. l. 1. c. 8

Rebolled. par. 1. l. 2. c. 23.

D. Bonau. in vit. S. Franc.

deuotus, ante conuerſionem ſuam, viſionem viderat relatione condignam. Innumeros cernebat homines cœcitate percuſſos, facie in cœlum directa, & genibus flexis in huius Eccleſiæ ſtare circuitu: qui omnes protenſis manibus in altum, lacrymabiliter clamabant ad Deũ, miſericordiam poſtulantes, & lumen: & ecce, ingens de cœlo ſplendor aduenit, ſe per omnes diffundens, qui lumen unicuique tribuit, & ſalutem deſideratam conceſſit. Hic eſt locus, in quo fratrum Minorum Ordo à S. Franciſco, per diuinæ reuelationis inſtinctum, inchoatus eſt. In hoc loco à ſe reparato, ſibique à Benedictinis Patribus conceſſo, cogitauit ſanctus ante ſuorum fratrum aduentum, quadam nocte quieſcere, vt pacatiùs, & largius in proximo ſuperuenturam beatæ Virgini commendaret familiam: ſed ecce ad primas noctis vigilias lux magna refulſit in habitaculo, & coram apparuit in altari Chriſtus Dominus, cum ſacratiſſima Genitrice, multis vndique ſtipati cœlitibus, Franciſcum placido, & ſuaui dignantes aſpectu. Quorum benigno aſpectu animum ſibi addens vir ſanctus, humillimè adoratos, humilius interrogauit: Sanctiſſime Domine, Rex cœlorum, mundi Redemptor, dulcis amor, & ſupernarum poteſtatum Regina, quæ tanta in hanc ædiculam veſtra dignatio, vt è cœlorum ſublimitate in humilem hanc aram placeat deſcendere? Cui ſtatim diuinum reſponſum: Illa mei, matriſque aduentus occaſio, vt per dilectum hunc locũ, nobiſque charum, hanc ædem tibi, tuiſque deſponſemus. Quibus dictis, ſtatim diuinum euanuit ſpectaculum. Conterritus Franciſcus, & gaudens: Verè, inquit, locus iſte ſanctus eſt, & angelico potiùs, quàm humano dignus incolatu. Hinc, dum licuerit, non recedam, & mihi, meiſq; erit in memoriale perpetuum diuinæ miſerationis. In hac Virginis matris Eccleſia moram faciente ſeruo ipſius Franciſco, & apud eam, quæ concepit Verbum plenum gratiæ, & veritatis, continuis inſiſtente gemitibus, vt fieri dignaretur eius aduocata, meritis matris miſericordiæ concepit, ac peperit ſpiritũ euangelicæ veritatis. Dum enim die quodam Miſſam de Apoſtolis deuotus audiret, per-

Luc. Vuad. tom. 1. annal. Min. ad ann. 1210. n. 25.

D. Bonau. in vita S. Franciſci.

lectum

lectum eſt Euangelium illud, in quo Chriſtus Diſcipulis ad prędicandum mittendis, formam tribuit euangelicam in viuendo: Ne, videlicet, poſſideāt aurum, vel argentum, nec in zonis pecuniam, nec peram in via, nec duas tunicas habeant, nec calceamenta deferant, neq; virgam. Quod audiens & intelligens, ac memoriæ commendans apoſtolicæ paupertatis amicus, indicibili mox perfuſus lætitia: Hoc eſt, inquit, quod cupio, hoc quod totis præcordijs concupiſco. Soluit proinde calceamenta de pedibus, deponit baculum, peram reijcit, & pecuniam execratur: vnaq; contentus tunicula, reiecta corrigia, pro cingulo funem ſumit, omnem ſollicitudinem cordis apponens, qualiter audita perficiat, & apoſtolicæ rectitudinis regulæ per omnia ſe coaptet. Cœpit ex hoc vir Dei diuino iſtinctu euāgelicę perfectionis æmulator exiſtere, & ad pœnitentiam cæteros inuitare. Puſilli aduc gregis paſtor Franciſcus ad hanc eamdem S. Marię de Portiuncula Eccleſiam, duodenarium illum fratrum ſuorum numerum, ſuperna gratia præeunte, deduxit; vt vbi meritis matris Dei, Minorum ſumpſerat Ordo initium; ipſius illic ſuſciperet auxilijs incrementum. Ibi quoque factus euangelicus pręco, circuibat ciuitates & caſtra, non indoctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute ſpiritus, annuncians verbum Dei.

Eo tempore, Religioſus quidam de Ordine Cruciferorum, Moricus nomine, in hoſpitali quodam prope Aſſiſium, languore tam graui, tamque prolixo laborans, vt iam morti foret adiudicatus à medicis, viro Dei ſupplex factus, per nuncium, poſtulabat iſtanter, vt pro ſe ad Dominū intercedere dignaretur. Cui beatus Pater benigne aſſentiens, oratione præmiſſa, panis micas accepit, & cum oleo accepto de lampade, quæ coram Virginis ardebat altari, commiſcens, quaſi quoddam electuarium, per manus fratrum infirmanti tranſmiſit, dicens: Medicinam hanc fratri noſtro Morico deferte, quia ipſum Chriſti virtus, non ſolum plenè ſanitati reſtituet; verum etiam iam robuſtum bellatorem effectum, aciei noſtræ perſeueranter adiunget. Statim autem vt antidotum illud,

ſan-

ſancti Spiritus adinuentione confectum, æger homo guſtauit, ſanus eſurgens, tantum mentis & corporis à Deo vigorem obtinuit, vt paulo poſt viri ſancti Religionem ingreſſus, & vnica tantũ operiretur tunicula, ſub qua longo tempore loricam portabat ad carnem, & crudis dumtaxat cibarijs, herbis, videlicet, leguminibus, fructibusq. contentus per plura temporum luſtra, nec panem guſtaret, nec vinum, fortis tamen & incolumis perſeuerans.

Multiplicatis iam fratribus, cœpit eos Paſtor ſollicitus in loco S. Mariæ de Portiuncula, ad generale capitulum conuocare, vt in funiculo diſtributionis diuinæ in terra paupertatis eorum, vnicuique tribueret obedientiæ portionem. Vbi, licet omnium neceſſariorum eſſet penuria, fratrumque multitudo vltra quinque millia conueniret aliquando, diuina tamen opitulante clementia, & victus ſufficientia ſuberat, & ſalus comitabatur corporea, & ſpiritualis iucunditas affluebat. Quodam tempore, cum in dicto loco S. Mariæ de Portiuncula, tanta eſſet inopia, quod non poſſet hoſpitibus fratribus ſuperuenientibus, ſecundùm neceſſitatis exigentiam prouideri; adijt virum Dei vicarius ſuus, allegans penuriam fratrum, & petens vt intrantium nouitiorum, res aliquas reſeruare liceret, ad quos expendendas recurrere poſſent fratres tempore opportuno. Ad quem vir ſanctus, ſuperni conſilij non ignarus: Abſit, inquit, à nobis, fratrer chariſſime, vt pro quouis homine impie agamus in regulam: malo te altare Virginis glorioſæ nudare, cùm neceſſitas id requirit, quàm contra paupertatis votum & obſeruantiam Euangelij, aliquid vel modicum attentare: gratius .n. habebit beata Virgo, ſancti euangelij perfectè ſeruato conſilio, ſuum altare detegi, quàm altari ſuo ornato, filij ſui promiſſum conſilium prætermitti. Chriſti Ieſu paupertatem, & matris, frequenter cum lacrymis reuocabat ad mentem: inde hanc virtutum aſſerens eſſe Reginam, quia in Rege regum & in Regina matre ipſius, tam præſtanter effulſit.

Alio quoque tempore, apud S Mariam de Portiuncula, quædam viro Dei fuit ouis oblata, quam propter innocentiæ & ſimplicitatis amorẽ, quas ouis natura prętendit, gra-

gratanter ſuſcepit. Monebat vir pius ouiculam, vt & laudibus diuinis intenderet, & ab omni fratrum offenſa cauerer. Ouis autem, quaſi viri Dei pietatem aduerteret, informationem ipſius ſollicitè obſeruabat: nam, audiens fratres in choro cantare, & ipſa Eccleſiam ingrediens, ſine alicuius informatione flectebat genua, vocem balatus emittens antè altare Virginis matris agni, ac ſi eam ſalutare geſtiret.

Luc. Vuad. annal. Minor. ad an. 1221. n. 22.

In ſuô Portiunculę cęnobio orationibus totū addictus, peccatorum cæcitati compatiens, pro ijs inſtantes preces Domino fundebat. Cùm ecce, nocte quadam apparuit ei Angelus Domini, iniungens, quòd ad Eccleſiam pergeret: ſiquidem Chriſtus eum, cum Virgine matre, ac multitudine Angelorum illic operiebatur. Quo cum perueniſſet, Chriſtum cum matre à dextris adſtante contuitus, cum timore, & reuerentia pronus in faciem proruit: quem ſic proſtratum Chriſtus ita eſt allocutus: Plurimum, ò Franciſce, cum tuis ſollicitus es pro animarum ſalute; itaque, conceditur tibi poſtulare aliquid à me pro communi animarum conſolatione, & ſalute, ac mei nominis honore; quia datus es in ſalutem gentiū, atque Eccleſiæ meæ reparationem. Ipſe vero contemplatione tantę maieſtatis aliquantiſper raptus, vbi ad ſe redijt, orabat dicens: Sāctiſſime Pater noſter, ſupplico ego miſer peccator, quatenus gratiam hanc humano generi impertiri digneris, vt omnes & ſinguli ad iſtum locum venientes, atque Eccleſiam introeuntes, peccatorum omnium, quorum confeſſionem ſacerdoti fecerint, veniam & indulgentiā vniuerſaliter obtineant. Supplico itidem beatæ Virgini matri tuæ, humani generis aduocatæ, vt pro huius meæ petitionis impetratione, apud tuam pijſſimam maieſtatem intercedere dignetur. Porrò ipſa Regina cęlorum, precibus ſui famuli Franciſci inclinata, cœpit illico ſupplicare filio ſuo in hunc modum: Altiſſime Deus omnipotens, intercedo ego apud Deitatem tuam, atque humiliter rogo, vt precibus huius pauperis Franciſci annuere digneris. Subintulit ſtatim Chriſtus Dominus: Grande ſatis eſt frater Franciſce, quod poſtula-

la-

laſti; verum maiora impetrabis: ac ego quidem petitionem tuam admitto; ſed volo adeas Vicarium meum, qui ligandi & ſoluendi poteſtatem habet in cælo & in terra, ac ex parte mea hanc indulgentiam ab eo poſtules. At verò ſocij beati Patris, in cellulis excubantes, omnia hæc audiebant; ac immenſum lumen in Eccleſia, nec non Angelorum turmas contuebantur; ſed timore correpti, nec foras egredi, nec Eccleſiam ingredi audebant. Mane facto, beatus Pater eis conuocatis præcepit, ne cui præfata euulgarent; aſſumptoq. ſocio ad Dominum Papam Honorium, tunc cum curia Peruſij commorantem profectus eſt, ad quem introductus, ab eo indulgentiæ iam dictæ confirmationem obtinuit.

Duo elapſi erãt anni, poſt obtentam à S. Franciſco magnam illam indulgentiam, pro viſitantibus Eccleſiam S. Mariæ Angelorum, ſed non fuit adhuc deſtinatus dies, in quo fideles participes eſſe poſſent tanti beneficij. Expectauit vir ſanctus, vt qui tantarum erat auctor gratiarum, ipſe eſſet & diſpenſator, & quo die vellet eas diſtribui, palam manifeſtaret. Id porrò factum hoc modo: Beato Franciſco orante in cella, quæ erat in horto, penè Eccleſiam S. Mariæ, menſe Ianuario, circa mediã noctis horam acceſſit tentator, & dixit ſub amici ſpecie: Amice Franciſce, quare ante tempus mori feſtinas? vt quid ita excubas? an ignoras quod ſomnus ſit præcipuum alimentum vitæ corporalis homini pręſertim iuueni, cui ipſe ſomnus vel maximè neceſſarius? vt quid te tantis vigilijs & orationibus affligis? Sentiens beatus Pater hoſtis inſidias, tunica depoſita, ſolis femoralibus indutus, in feruore ſpiritus cella egreditur, ac per denſiſſimam ſepem ſpinoſam irrumpens, deuenit in ſiluam vicinam, corpusque per vepres, ac ſpinas volutando, dire cruentauit: dicebat enim ſibi ipſi, Longè mihi melius eſt, hęc patiẽdo ſentire dolores Chriſti, quam blandienti inimico morem gerere. Sic tentatore fugato, effulſit circa eum lumen immenſum, cumque vrgeret gelu, ac frigus intenſiſſimum, quale ſolet menſe Ianuarij, apparuerunt illic roſæ albæ, & purpureæ in magna copia. Affuit & in- Id. loc. cit. ad an. 1223. n. 1.

gens Angelorum cœtus, ei dicentium: Su ge cito, Franciſce, & ad Eccleſiam propera, ibi enim te Chriſtus cum matre ſua expectat. Qui ſurgens, veſte noua & candida ſe miraculoſe indutũ ſenſit, collectiſque roſis duodecim albis, & totidem rubris, ad Eccleſiam perrexit. Videbatur autem ei ſemita verſus Eccleſiam ſericis, ac purpureis veſtibus ſtrata, atque ornata. Reuerenter itaque Eccleſiam ingreſſus, vidit Chriſtum Dominum cum Virgine matre, & multa Angelorum frequentia, ſtantem, moxque eum adorans, dixit: Sanctiſſime Pater noſter, Domine cæli & terræ, atque humani generis ſaluator, digneris propter magnam miſericordiam tuam, decernere diem indulgentiæ huic loco, per temetipſum conceſſæ. Acceſſit patrocinium glorioſæ Virginis eius patronę. Tum Chriſtus reſpondit: Volo ſit dies illa in qua Petrus apoſtolus meus fuit à vinculis ſolutus, incipiendo à ſecundis veſperis illius diei, vſque ad veſperã ſequentis, includendo noctem intermediam; quo tempore quicumque hanc Eccleſiam ingreſſus fuerit, plenam, quam poſtulaſti indulgentiam obtineat. Verum, Domine, ait Franciſcus, quomodò hæc hominibus innoteſcent; & quomodo fidem adhibebunt? Hoc fiet, inquit Dominus, meo fauore & auxilio gratiæ meæ. Tibi interim Romam eundum erit ad Vicarium meum, cui cum hæc expoſueris ipſe curabit notificari. Et Franciſcus: Forté mihi peccatori non credet tuus Vicarius. At illi Dominus: Adduc tecum aliquot teſtes de ſocijs tuis, qui hæc audierunt; ſimulque defer in teſtimonium de roſis albis ac rubris, quas in ſilua collegiſti: moxq. chorus Angelorum intonuit: Te Deum laudamus: & ad finem vſq; compleuit. Cumq. B. Franciſcus de roſis, quas è ſilua detulerat, tres vtriuſq. coloris, in honorem ſanctiſſimæ Trinitatis ſuſtuliſſet, viſio tota diſparuit. Poſtera die B. Franciſcus reaſſumpta tunica cum tribus ſocijs, fratre Bernardo de Quintaualle, fratre Petro Cataneo, & fratre Angelo de Reate, Romam profectus, in Patriarchio Lateranenſi acceſſit ad Pontificem, eiq. ſeriem eorum, quæ acciderant ex parte Chriſti retulit, tribus fratribus prædictis teſtimo-

monium perhibentibus: roſas quoq; obtulit in certiorem veritatis probationem. Quarum odorem & virorem miririficum ſtupens Pontifex, ait: Mirum planè, hoc hiemali tempore roſas reperiri tam vernantes:& nos quidē, frater Franciſce, verum credimus teſtimonium veſtrum; ſed proponendum erit negotium Concilio Fratrum noſtrorum Cardinalium, vt decernamus, quid facto opus ſit. Præcepit interim ſuis fratres honeſte excipi, omniaq; eis neceſſaria ſuppeditari. Poſtridie comparens B. Pater cum ſocijs coram Domino PP. in conſeſſu Cardinalium, humi procumbens, ait: Digniſſime Vicarie Chriſti adimple voluntatem Patris cæleſtis, & Virginis matris in materia per me vobis propoſita. Cui Papa: Etſi mihi declaraueris, quæ ſit Domini voluntas, edic tamen etiam hic coram omnibus Fratribus noſtris Cardinalibus. Tum beatus Pater: Voluntas Dei eſt, inquit, quod quicumq; à veſperis primæ diei menſis Auguſti, vſq ad veſperas ſecundæ diei eiuſdem menſis, intrauerit Eccleſiam B. Mariæ de Angelis Aſſiſinenſis Diœceſis, accipiat remiſſionem plenam omnium peccatorum à die baptiſmatis, vſq, ad horam introitus in dictam Eccleſiam commiſſorum, ſi corde contrito, & humiliato confeſſus, & à ſacerdote abſolutus fuerit. Protracto ſuper hoc ſermone, intelligens Pontifex ex ſinceri, minimeq. fallacis viri certa narratione, ita placuiſſe Chriſto Domino, ad preces beatiſſimæ Genitricis ſuæ, palam gratiam, ſeu indulgentiam poſtulatam conceſſit, ſeu potius confirmauit, ſcripſitq. Epiſcopis, Aſſiſinenſi, Peruſino, Tudertino, Spoletano, Fulginatenſi, Nucerino & Eugubino, vt ad kalendas Auguſti omnes ad prænominatam ædem conuenirent, & ſolemniter indulgentiam hanc publicarent. Porro S. Franciſcum Roſarium B. Virginis oraſſe, & inaudita cùm in ſeipſo, tum in ſancto Ordine ſuo per idem deſignaſſe, Ordinique pignus hoc deuotionis præcipuæ reliquiſſe vſurpatum, teſtatur B. Alanus de Rupe Rediuiuus, in ſuo pſalterio, his verbis: Sanctus Franciſcus Patriarcha Minorum fratrum humillimus, ille ſignifer Stigmatum Chriſti Cherubicus, Roſarium B. Virginis orauit; & inaudita cùm in ſeipſo, Alan. de Rupe in pſalt. B. V. part. I. c. 8.

tum in ſancto Ordine ſuo per idem deſignauit; Ordiniq. pignus hoc deuotionis præcipuæ reliquit vſurpatum. Certus ſum me vidiſſe de ſignis manualibus Roſarij ipſiuſmet S. Franciſci. Sic Alanus. Et ibidem part. 2 cap. 2. Sanctus, inquit, Franciſcus Roſarium Mariæ accepit traditum, non excogitauit nouum. Qui vt accepit, ſic & Ordini ſuo ferendum tradidit, & ita vſu commendauit, ita vt ſcripto nihil opus eſſet. Certus ſum me de ipſius vidiſſe Roſarijs vnum, quo vſus fuiſſe tenetur. Et in Apologia pro Roſario B. Virginis, cap. 17. ex Io. de Monte in Mariali, narrat de celebri quodam eximiæ ſcientiæ viro, qui noſtra, inquit, memoria (cùm S. Dominicus, & ſanctus Franciſcus ſuis orbē prædicationibus pariter exemplis & miraculis illuſtrarent) Dei clementia raptus in cæleſtibus, prægrande volumen aſpexerit; quod clara in luce ad inſtar ſolis circum radijs effulgentibus correptum reſplendebat, in quo confraternitatis de pſalterio, ſeu Roſario B. Virginis fratrum & ſororum nomina pereleganti forma viſebantur perſcripta. Scriptores autem S. Dominicum, & S. Franciſcum aſſidere viſos; quippe qui omni conatu & zelo indefeſſo ſuæ peregrinationis ac prædicationis tempore, quamplurimos ad idem diuini cultus ſtudiū vocare & accēdere certatim adlaborabant. Ritum verò inſcriptionis S. Pater Dominicus omni cura, diligentiaq. obſeruabat, & ipſe quotquot erant præordinati, conſcribebat. Hæc Ioannes de Monte apud Alanum de Rupe.

Alan. de Rupe in Roſ. B. V. par 4. c. 27.

Idem ſeraphicus Patriarcha Franciſcus, Virginis Roſarium deuotè perorans, ſuis per orbem fratribus prædicandum impoſuit: vnde cum eos quaquauerſus dimitteret prædicatum Dei Euangelium, quidam in Alemanniæ delatus regiones, commune ſibi cum Archangelo prædicationis exordium duxit eſſe frequentandum. Haud dubie, ſicut S. Dominico ſubmiſſus à Deo in ſortem, partemque prædicationis venit, tamquam cælo lapſus S. Franciſcus; vnoq. ſpiritu mutuis in amplexibus hauſto pari orbem paſſu peragrarunt: ſic & vtriuſq; fratres ijs in principijs idem prædicantes Euangelium, ac Euangelij laudantes genitri-

nitricem Mariam, per eadem inceſſerunt quæque veſti-
gia prædicationis ſanctæ. Vnde ſimili imbutus ſpiritu
frater ille per Alemanniam ſuis prædicationibus Angeli-
cæ circumtulit ſalutationis commendationem. Quo diſ-
ſerendi genere ad ſtudio cum mirificum latè feciſſet ani-
marum fructum, & dictis facta, vitaque docentis reſpon-
deret doctrinæ, eam de ſeſe apud omnium animos exci-
tauit ſanctitatis opinionem, vt tamquam verus Chriſti
Apoſtolus aliquis obſeruaretur.

Cum quondam beatiſſimam Virginem oraret Franci-
ſcus, vt ſibi filium ſuum ſuauiſſimum recenter natum, ac
quemadmodum illum mundo ipſa pepererat, demonſtra-
ret, apparuit ei magno amicta fulgore, ſummaque cum
humanitate puerulum Ieſum in vlnas obtulit ſuſcipien-
dum: quem beatus Pater acceptum, cum gratiarum a-
ctione, ac tenerrimè complectens, oſculabatur. Cum-
que aliquanto temporis interuallo, ingenti cum gaudio
retinuiſſet, ei, à qua ſuſceperat, humilis, atque ad ter-
ram vſque procliuis, reſtituit. Eumdem, alias orantem,
animaduertit quidam frater, eius diſcipulus, miro vndi-
que fulgore circumdatum, iuxtaque glorioſiſſimam vir-
ginem Mariam innumeris Angelorum choris ſtipatam,
conſiſtentem.

Marc. de Lisb. in chrō. S. Frā ciſci par. 1. lib. 1. c. 85.

Id. loc. cit. cap. 84. Vid Vvad. tom. 1. annal. Minor. ad an. 1215 num. 30.

Cum S. Franciſcus aliquid eſſet benedicturus, his ver-
bis vtebatur: Benedictum ſit nomen Dei noſtri Ieſu Chri-
ſti, ac ſanctiſſima Virgo, quæ peperit illum: & ideo cum
aliquando precibus vacaret, apparuit ei eadem Virgo,
malumque illi pulcherrimum donauit, adijciens, quod
quemadmodum ei donum illud erat pergratum, ita filio
ſuo ſummoperè acceptum erat, quotieſcumque illum piè
precantem audiret: Benedictum ſit nomen Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti, ac ſanctiſſima Virgo, &c. pro eodemque
apud ipſum filium id eſſe, ac ſi munus aliquod eximium
ſibi oblatum fuiſſet; quamobrem ijs verbis multo dein-
de frequentius beatus Pater vtebatur.

Id. loc. cit. cap. 99. Lege Vvading. tom. 1. ann. Min. ad an. 1211 num. 24.

Cum Dominicam recitaret orationem, atque ad illa
verba deueniret: Dimitte nobis debita noſtra, &c. enixè
Deum obſecrabat, vt ſua ſibi debita, beatæ Virginis me-

Id. loc. cit. cap. 90.

ritis, precibusque dimitteret: quod idem fratres ſuos etiam precari docebat: quin etiam has in cœlorum Reginæ laudem preces, ſiue orationes compoſuit, quas eidem quotidie perſoluebat; videlicet:

Id. loc. cit. cap. 91.

Sancta Dei Genitrix dulcis, & decora; Regem morti traditum filium tuum dulciſſimum, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, pro nobis exora: vt ipſe per ſuam pijſſimam miſericordiam, & clementiam, & virtutem ſanctiſſimæ Incarnationis, & mortis ipſius acerbiſſimæ nobis indulgeat peccata noſtra. Amen.

Sancta Maria virgo, non eſt tibi ſimilis nata in mundo in mulieribus: filia & ancilla altiſſimi regis Patris cœleſtis: mater ſanctiſſima Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſponſa Spiritus ſancti, ora pro nobis cum B. Michaele Archangelo, & omnibus virtutibus cœlorum & omnibus ſanctis, tuum ſanctiſſimum filium, dilectiſſimum Dominum, noſtrum, & magiſtrum. Amen.

Aue Domina ſancta Regina, ſanctiſſima Dei genitrix Maria, quæ es perpetua virgo, electa à ſanctiſſimo Patre de cœlo, quam conſecrauit, cum ſanctiſſimo filio, & dilecto, ac Spiritu ſancto Paraclito: in qua eſt, & fuit omnis plenitudo gratiæ, & omne bonum. Aue eius palatium: aue tabernaculum eius: aue mater eius: & vos omnes ſanctæ virtutes, quæ per gratiam, & illuminationem Spiritus ſancti infundimini in corda fidelium, vt de infidelibus fideles faciatis. Mater ſanctiſſima Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſponſa Spiritus ſancti, ora pro nobis cum ſancto Michaele Archangelo & omnibus cœlorum virtutibus, & omnibus ſanctis, tuum dilectiſſimum filium, Dominum noſtrum, atque magiſtrum. Amen.

Bernard. de Buſt. in Marial. ſer. 9. de Con cept. B. V. Io. Bonif. l. 4. hiſt. Virg. c. 14.

Suos monuit fratres, vt omnia benedictæ matri Dei priuilegia attribuerent, quæ illius poſſunt excellentiæ conuenire, atque eam omnibus laudibus à pura humana creatura decenter perceptibilibus exaltarent. Leoni, qui fuit vnus ex S. Franciſci familiaribus, & quidem intimis, huiuſmodi aliquando viſio obiecta eſt: Erat magna planities, in ea ſpecies iudicij mox futuri: magna aderat hominum multitudo Angelorum, tubæ perſonabant;

bant; denique binæ ſcalæ à ſummo cœlo vſque ad terram demiſſæ; altera candido colore, altera purpureo. Huic autem purpureæ imminens viſebatur ex alto Chriſti habitu ſeuero, ac ſubirato: at Franciſcus paulo infra ipſum fratres ſuos euocabat, vt aſcenderent confidenter, Dominum ita velle, eoſque inuitare. Cùm autem illi ſe per ſcalas audenter efferrent, alius de tertio, alius de quarto, vel de decimo, alius de ſuperioribus, ac penè iam vltimis gradibus procidebant. Qua ſuorum clade commotus Franciſcus, eos voce magna admonuit, vt ad alteram ſcalam candidam accurrerent, illic nihil fore periculi. Itaque cum ad eam acceſſiſſent, Mariam ei incubantem vident, quæ eos blandiſſimè intuens, ſtudioſè etiam iuuaret, exciperetque ſingulos, ita vt nullo negotio ad vnum omnes in cœlum euaſerint. Vid. Hier. Plat. de bon. ſtat. relig. li. 1. cap. 74. Vuad. to. 2. Ann. Min. ad an. 1232 n. 28.

Marcus Marulus lib. 1. cap. 8. narrat ex D. Bonauentura, quòd dum aliquando Franciſcus cum fratribus, poſita menſa recumberet, ſupermenſarium lectorem, de Virginis puerperæ in Bethleem hoſpitantis anguſtia mentionem feciſſe audiuit, & continuò conſurgens, humi reſedit, atque ait: Numquid ego peccator, ego nequam & inutilis ſeruus ad menſam ſedere debeo, cùm Dei genitrici in diuerſorio locus non fuerit? ſic dicens panem ſuum prouolutus in terra cum gemitu comedit. Ant. Dauroul. in Catech. hiſt. c. 1. tit. 29.

Alio tempore, in Natiuitatis Domini ſolemnitate, prandio terminato, mirabilem habuit ad fratres ſermonem de Chriſti paupertate & matris inopia, ſubiungens, pauperes Religioſos dedecere lauta fercula, præcipuè in illo die, in qua beata virgo Maria vix habebat, quod manducaret, nec Chriſtus vbi cubaret, niſi in animalium brutorum præſepe. Vuad. to. 2. Ann. Min. ad an. 1223. num. 21.

Erga ſacrum beatæ virginis Mariæ partum, quo mundo Deum ipſa peperit, ſingulariter afficiebatur. Contigit autem anno tertio ante obitum ſuum, vt memoriam Natiuitatis pueri Ieſu ex Virgine matre ad deuotionem excitandam, apud caſtrum Græcij diſponeret agere, cum quanta maiori ſolemnitate valeret. Ne verò hoc leuitati poſſet adſcribi, à ſummo Pontifice petita, & obten- D. Bonau. in eius vita c. 10.

Digitized by Google

ta licentia, fecit præparari præſepium, apportari fœnum, bouem & aſinum ad locum adduci. Aduocantur fratres, adueniunt pupilli, perſonat ſilua voces & venerabilis illa nox luminibus copioſis & claris, laudibuſque ſonoris & conſonis, & ſplendens efficitur, & ſolemnis. Stabat vir Dei coram præſepio, pietate repletus; reſperſus lacrymis, & gaudio ſuperfuſus. Celebrantur Miſſarum ſolemnia ſuper præſepe, Leuita Chriſti Franciſco ſacrum Euangelium decantante; prædicat deinde populo circumſtante, de Natiuitate Regis pauperis, quam cùm nominare vellet, Puerum de Bethleem, præ amoris teneritudine nuncupabat. Miles autem quidam virtuoſus, & verax, qui propter Chriſti amorem, relicta ſeculari militia, viro Dei magna fuit familiaritate coniunctus, Dominus Io. de Græcio, ſe vidiſſe aſſeruit puerum quemdã valde formoſum in illo præſepio dormientem, quem beatus P. Franciſcus ambobus complexans brachijs, excitare videbatur à ſomno. Hanc ſiquidem deuoti militis viſionẽ, non ſolùm videntis ſanctitas credibilem facit, ſed & deſignata veritas comprobat, & miracula ſubſecuta confirmant: nam exemplum Franciſci conſideratum à mundo, excitatiuum eſt cordium in fide Chriſti torpentium; & fœnum præſepij reſeruatum à populo, mirabiliter ſanatiuum fuit brutorum languentium & aliorum; repulſiuũ peſtium diuerſarum, glorificante Deo per omnia ſeruum ſuum, ſanctæque orationis efficaciam, euidentibus miraculorum prodigijs, demonſtrante.

Vvad. to. 1. Annal. ad ann. 1215. n. 32. Peruenit aliquando Franciſcus ad quoddam Monaſterium S. Mariæ de monte Maiori quorumdam Monachorum, in cuius Eccleſiam intrans, ſtatim exultauit in ſpiritu, ſumma repletus conſolatione, quòd in maiori altari ſibi reuelatum fuerit, latuiſſe pretioſas reliquias ſacratiſſimæ virginis Mariæ. Quod audientes Monachi, periculum huius rei fecerunt, inueneruntque ſicut vir Dei ante prædixerat. Dum autem in interiori clauſtro pauliſper cum eiſdem confabularetur & illi de quibuſdam virum tamquàm à Deo illuminatum interrogarent: percunctati ſunt etiam, quid faciendum, incidente Natalis Domini feſti-

ſtiuitate in diem Veneris: an veſcendum eſſet carnibus? an ab eis abſtinendum. Quod eò curioſius quæſierunt, quò tenerius viderunt hominem ſemper loquentem de Verbi diuini Incarnatione, & Natiuitate ex beata Virgine, neque abſque cordis, & corporis iubilo audire potuiſſe Verbum in B. Virgine carnem factum. Ille autem non ſolùm, inquit, homines puto illo die carnes manducare poſſe: verùm et ſi parietes eis veſci poſſent, abundanter eis miniſtrandas velim, vel deforis carnibus liniendos, in die quo Verbum caro factum eſt, natum eſt nobis, & ad mundi ſalutem ex Deipara virgine proceſſit. Immo, cuperem, quod etiam in regijs vijs, diuites, & principes, carnes & frumentum proijcerent, vt beſtiæ campi & volucres cæli haberent, quibus abundè ſuis ſatisfacerent neceſſitatibus, & ſuo modo tali, tamq. feſtiuo die iubilarent.

Cum inter S. Gemini honeſtum opidum, & Porcariam opidulum, in quodam amœno nemore, in monte alto obtinuiſſet ab Abbate Portæ regalis locum cum ſilua contigua, extruxit ibi Eccleſiunculam, in honorem beatæ Mariæ virginis, per omnia ſimilem Eccleſiæ S. Mariæ de Angelis. In antipendio altaris fecit pingi varias creaturas, Angelos, pueros, aues, arbores & ſimilia; quibus ipſe ſubſcripſit varios hos, & ſolutos verſiculos, creaturas omnes ad Creatoris laudem inuitans: In loc. cit. an. 1213. n. 19.

Timete Dominum, & date illi honorem.
Dignus Dominus accipere laudem & honorem.
Omnes qui timetis Deum, laudate eum.
Aue Maria, gratia plena, Dominus tecum.

In ſacro Aluerniæ monte, formam cellæ ſibi conſtruendæ, & Eccleſiæ ædificandæ iuxta eam, quam ſancta Virgo, & vterq; Ioannes, Baptiſta & Euangeliſta tradiderant, delineauit. Vvad. to. 1. Ann. Min. ad an. 1215 n. 15.

Audiens vir ſanctus ad Apennini montis radices, in valle Saxi, inter altos collos remotum à turbis, & aſperum fuiſſe locum: inibiq; Eccleſiam B. Mariæ conſecratam, contiguumq. Monaſterium derelictum à Sanctimonialibus diui Benedicti, quæ, ingraueſcente bello, iam aliquot

ante

ante annis Fabrianum ſe receperant, ob ſummam erga ſacratiſſimam Virginem deuotionem, voluit illuc ire; vt ſi videretur idoneus ad habitandum locus, cum ſuis fratribus obtineret, vt non eſſet beatæ Virginis ædes abſq; cultu. Dum autem eo ſe conferret cum ſocio, abſq; alio ductore; atq; in itinere oberrarent, petijt à quodam agricola agellum arante, vt eos comitaretur, & eo vſq; vellet perducere. Ille autem indignabundus: Quid, inquit, ego aratrum propter vos deſeram? tempusve agriculturæ ſtatutum, veſtro teram in obſequio? At ſanctus Pater, blando & pio ſermone hominem flexit, certo certius ei promittens, nihil temporis inaniter elapſurum, neque ipſum quidquam diſpendij in agriculturæ intermiſſione paſſurum. Ducens ergo pios exploratores ad locum, acceptaq. benedictione, rediens ad campum, quem incultum diſcedens reliquit, aratum iam totum inuenit. Manſit autem ſanctus Pater in præfato loco, ſummè ſibi grato, per aliquot dies, ex ſparſis per montes ædibus victum conquirens, ex ploransq. loca vicina, ex quibus commodius fratres, locum inhabitaturi, neceſſaria alimenta poſſent accipere. Tandem omnibus prudenter diſpoſitis, & obtento Monaſterio à nobili Saxorum familia, coli curauit, per tranſmiſſos illuc ſui inſtituti viros religioſos, vocariq. voluit, Erem torũ S. Mariæ de valle Saxea; vel, vt habet Gonzaga, à ſaxorum multitudine montis vicini; vel à vallis & regionis dominis ſupra nominatis, ex Saxorum progenie ita nuncupata.

Gonz. in Prou. Marchicon 34.

In loco quodam, vltra duo milliaria à Reatina ciuitate, accidit illud miraculum, quo Franciſcus deuaſtatam Plebani vineam ab innumero ſe viſitante populo, ex paucis relictis racemis, tot vini dolia miniſtrare fecit, quot numquam antea ſuppeditarit, admirantibus Reatinis beati Patris virtutem, ac ſanctitatem, ſummeq. miraculum celebrantibus, in id vniuerſus Reatinæ ciuitatis Senatus coiuit, vt ex publicis facultatibus eodem prorſus in loco, vbi id acciderat, Cœnobium ædificaretur. Huius loci Eccleſiam ſub inuocatione S. Mariæ de Foreſta, vel de Nemore; quia inter denſas ſiluas & lucos ædificatus, ipſe

Vuad. loc. cit. ad ann. 1217. n. 18. & 19.

Gre-

Gregorius IX. ob ſancti viri deuotionem conſecrauit, in qua dicti miraculi expreſſa ſunt adhuc veſtigia.

In monte Rainerio, ſiue Columbæ, ita à poſſidente cognominato, in editiori eius parte cernitur Oratorium beatæ virginis Mariæ ab ipſo Franciſco conſtructum. Idē Franciſcus, quinto à Peruſio lapide, obtentam à Patribus Benedictinis Eccleſiam S. Mariæ de Ferneto, in Cœnobium erexit. Ibi per aliquale tempus hęſit, aſſiduus in oratione, cuius continuæ geniculationi marmoreus ceſſit lapis, vt genuum impreſſa veſtigia in hanc vſque diem teſtantur. Alium etiam occupauit locum, ad milliare vnum ab opido montis Iouis, ſub inuocatione S. Mariæ de Scarzola, conceſſum & ædificatum à pijſſimis Comitibus Marſcianis Peruſinæ Diœceſeos. Id. loc. cit. ad an. 1218. n. 7.

Sciens iam mortem imminere, rogauit vt portaretur in fratrum Cœnobiolum, ædemq. S. Mariæ Angelorum, ſeu de Portiuncula, volens ibi ſpiritum reddere cælo, vbi vitæ ſpiritualis præcipuum accepit magiſterium. Pridie vero ante quam moreretur, commendauit impenſe omnibus fratribus, & eorum Prælatis, præfatam ædem S. Mariæ Angelorum, quam ſanctiſſimæ Virgini inter præcipuas ſibi ſacras, ſummè charam eſſe, cæleſti percepit reuelatione, magno ſpiritus feruore, vt notauit legenda Gregorij IX. ſubiungens: Volo, quòd iſte locus ſit ſemper immediate ſub poteſtate generalis Miniſtri, & ſerui; & deinde ille maiorem ſollicitudinem & curam habeat, prouidendi ibidem de bona & ſancta familia. Clerici eligantur de melioribus & ſanctioribus, & magis honeſtis fratribus, & qui ſciant melius dicere officium ex illis, qui ſint in tota Religione: vt non ſolum ſæculares, ſed etiam alij fratres libenter & cum magna deuotione videant & audiant eos. De fratribus etiam laicis, ſanctis hominibus diſcretis, humilibus & honeſtis eligantur, qui ſeruiant illis. Volo etiam, quod nulla perſona, & nullus frater intret in illum locum, niſi generalis Miniſter, & fratres, qui ſeruiunt illis, & cum Miniſtro, quando viſitauerit eos. Volo ſimiliter, quod fratres laici, qui ſeruiunt eis, teneātur numquam dicere eis verba otioſa, vel noua huius Id. loc. cit. ad an. 1226. n. 25. & 31.

ſæ-

ſæculi,vel quæcumq;alia,quæ non eſſent vtilia animabus eorum: & propterea ſpecialiter volo, quod nullus intret in illum locum, vt ipſi melius conſeruent puritatem & ſanctitatem ſuam: & quòd in illo loco nihil penitus fiat, vel dicatur inutiliter; ſed ipſe locus teneatur purus & ſanctus in hymnis & laudibus Domini. Et cum aliquis ipſorum fratrum migrauerit ad Dominum, volo,quod loco ipſius mittatur illuc alius ſanctus frater à generali Miniſtro: nam ſi alij fratres declinauerint aliquando à puritate & honeſtate & ſanctitate vitæ;volo, quod iſte locus benedictus ſit,permaneat ſemper ſpeculum, & bonum totius Religionis exemplum, & quoddam candelabrum ante thronum Dei, & B.Virginem, ſemper ardens,& lucens;per quod Dominus propitietur defectibus,& culpis omnium fratrum, atq;conſeruet ſemper,& protegat hanc Religionem & plantulam ſuam. Videte, filij,ne vmquam hunc locum relinquatis: ſi ab vna parte foras expellimini, per aliam reintrate; nam locus iſte ſanctus eſt, & habitatio Chriſti,& Virginis matris eius. Hic, cùm pauci eſſemus,augmentauit nos Dominus altiſſimus:hic luce ſapientiæ ſuæ illuminauit animas pauperum ſuorum: hic igne ſui amoris noſtras voluntates accendit: hic, qui orauerit corde deuoto, quod petierit, obtinebit; offendens grauius punietur: propter quod, ò filij, habete hunc locum omni reuerentia & honore digniſſimum tamqam verè Dei habitaculum ab ipſo & eius matre ſingulariter prædilectum; atq; ibidem toto corde veſtro in voce exultationis & confeſſionis cõfitemini Deo Patri, & eius filio Domino noſtro Ieſu Chriſto in Spiritus ſancti vnitate. Amen.

Tranſijt venerabilis Pater ex huius mundi naufragio, anno Dominicæ Incarnationis 1226. 4. nonas Octobris, die ſabbati B. virgini Mariæ ſacro; eiusq. corpus Aſſiſij ſepultum eſt.

Spinell. in chro.Deip. c.35.n.8. In chronicis Franciſcanis legimus (inquit Spinellus) ſanctum Franciſcum optaſſe, vt poſt obitum in Templo B.Virginis de Portiuncula,ad quod viuens ſingulari ferebatur affectu, cor ſuum reconderetur, quod etiam exiſtimatur

matur

matur Angelorum manibus eò delatum, in quodam eius Templi ſacello, ad hanc vſq; diem aſſeruari.

Idem Franciſcus pietatis virgineæ, vel poſt mortem magiſter, à muliere in partu inuocatus, præcepit ei, vt beatiſſimam virginem Mariam imploraret. Res ita ſe habet ex Bonauentura: Mulier quædam de partibus Aretinis, cum per ſeptem dies partus diſcrimina ſuſtineret, & iam in nigredinem verſa, deſperata eſſet ab omnibus; votum fecit B. Franciſco, & eius cœpit moriens auxilium inuocare. Emiſſo autem voto, celeriter obdormiuit, viditq. in ſomnis B. Franciſcum ſe dulciter alloquentem, ac requirentem, vtrum faciem ipſius agnoſceret, & an antiphonam illam Virginis glorioſæ, Salue Regina mater miſericordiæ, ſciret, ad honorem eiuſdem Virginis recitare. Qua reſpondente, ſe habere notitiam de vtriſque. Incipe, ait ſanctus, antiphonam ſacram, & ante quam compleas, paries cum ſalute. Ad hanc vocem euigilauit mulier, & cum timore cœpit dicere, Salue Regina, mater miſericordiæ. Cumq. illos miſericordes oculos precaretur, fructumq. commemoraret vteri virginalis, continuò cunctis liberata preſſuris, infantem ſpecioſum peperit; gratias agens Reginæ miſericordiæ, quæ per B. Franciſci merita ipſius fuerat dignata miſereri. D. Bonauentura eius vitæ

Conſpicitur in Aluerniæ monte ſacellum, ſacris huius Diui Stigmatibus dicatum, ad quod ſingulis diebus à Côpletorio, omnes ſimul eiuſdem loci fratres proceſſionaliter incedunt, & glorioſiſſimæ Virginis Nocturnum (hunc Benedictam vocant) alta voce perſoluunt: eo tanti Patris in miſericordiæ matrem ardens pietatis ſtudium, quotidiana memoria recolentes. Quod quidem, eidem Virgini glorioſæ gratiſſimum exiſtere, compertum eſt: nam ſemel ex altiſſima quadam fago Religioſos eo tendentes, benedicere viſa eſt. Cumq. præfata proceſſio, ex nimia niuium multitudine quodam die à fratribus prætermiſſa fuiſſet, plura diuerſi generis animalia, à veteri Eccleſia ad præfatum ſacellum vſque, bina & bina ad proceſſionis inſtar procedere ſequenti nocte viſa ſunt. Quod cum ipſi fratres reſciuiſſent, huiuſmodi proceſſionem perpe- Vua i. to. 1. annal. Minor. ad an. 12 3.. 38.

tuò habendam,licet tempeſtas magis,magiſq. ſæuiret,firmiſſime ſtatuerunt. Hoc etiam pro coronide addam.

Vuad.to.1. Ann. Min ad an.1267 num. 16. Amici duo ſuo nomina Franciſcano dederunt inſtituto, eo inter ſe inito pacto, vt ſi cuipiam illorum vitæ aſſumptæ genus diſpliceret,alter cum eo recederet Vnus nolebat vlterius in ſancto propoſito progredi,ſuadebatq. vt alter,iuxta factam promiſſionem,ſecum abiret. Diſſuaſit hic, ne ab incepto deſiſteret, nec omnino poterat obtinere. Tandem importuna victus amici prece, rogauit,vt per Eccleſiam,diſceſſuri, tranſirent. Commendauit B.Virgini, ad eius altare proſtratus, amici diſcrimen, cum lacrymis orans,vt à graui liberaretur tentatione:dum paululum hæſiſſent, qui ad receſſum, ſocium impellebat, vidit S.Franciſcum orantis lacrymas colligentem,& beatæ Virgini offerentem,ne receſſurus periret. Hac viſione confortatus, in ſancto inſtituto per omnem vitam ſancte permanſit.

DE S. PETRO NOLASCO, Sacri Ordinis B. Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum Fundatore.

CAPVT XX.

Bernar. de Varg. in chrō. Ord. B.Mariæ de Merced.l.1 SAnctus Petrus Nolaſcus, natione Gallus, ex Diœceſi Papulenſi, ſacri Ordinis beatæ Mariæ de Mercede,Redemptionis captiuorum Fundator,primuſque Magiſter generalis vir omnium virtutum genere decoratus; matre orbatum ſe cernens,propoſuit in corde ſuo eligere in ſuam matrem Angelorum Reginam, virginem Mariam,quod & fecit. Huic, anno 1218 media nocte kalendis Auguſti, Barcinonæ exiſtenti, ac ardentiſſime oranti, nobiliſſimo comitatu apparuit eadem Angelorum Regina, dicens ei; Scias me eſſe Genitricem filij

Dei,

Dei, qui pro ſalute & liberatione generis humani ſanguinem ſuum fudit, & mortem crudeliſſimam ſubijt: cuius ego fui oculata teſtis, qui ſtabilire vult Ordinem vnum in honorem meum, qui intituletur, Ordo beatæ Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum, cuius fratres in viua fide, in ſpe ſalutis, & vera charitate fideles captiuos viſitent, & opera charitatis, & miſericordiæ circa eos exerceant, & oblata occaſione, ſi opus fuerit, ad exemplum filij mei, pro eis animas ponant; vt in die extremi, & vniuerſalis iudicij, filius meus viuorum, & mortuorũ Iudex, eos in parte dextra collocare dignetur; & mereãtur audire illam fauorabilem ſententiam: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum vobis paratum ab origine mũdi; quia charitatis opera exercuiſtis: charitas enim radix omnium bonorum eſt. Manifeſto ergo tibi, fili mi, hanc veritatem: quòd, quando orabas cum lacrymis, eleemoſynas faciebas, & captiuos redimebas, ego offerebam orationem tuam, & opera tua filio meo, qui dignatus eſt, te, ad inſtituendam hanc meam Religionem, primum fratrem, & Paſtorem eligere. Reliquum ergo eſt, vt tu, qui ante hanc diem deuotè orabas, eleemoſynas charitate faciebas, cum tuæ vitæ diſpendio, & labore captiuos redimebas, feruentius deinceps in fratrum, & filiorum tuorum exemplar ores, largiori manu de tuis facultatibus pauperes refoueas, & ſociorum tuorum adminiculo, vberiores quam antea redemptiones facias. Cui vir ſanctus, humilis, ac deuotus, gaudio & lætitia plenus, ſic reſpondit: Ego certè credo, quia tu es mater Dei viui, quæ in mundum veniſti ad fundandam hanc Religionẽ: ideo, quidquid præcipis, opere complere fas eſt, & ſum paratus tuis obedire mandatis: ſed quis quæſo, mihi peccatori mercaturam facienti, & humanis implicito rebus, cum ſim ignarus, idiota, & illitteratus homo, credet & fidẽ adhibebit? Hoc, quod imperas, Domina, meas excedit vires. Humilitatem, inquit Virgo, reſpicit Deus meus, & exaltat humiles; & ſtulta & infirma eligit, vt confundat ſapientes & fortes terræ, ne glorietur omnis caro in conſpectu eius: Petrus, & alij Apoſtoli, quos elegit filius meus

pro

pro Eccleſiæ ſuæ fundamento, illitterati & imperiti erant, & miſſi ſunt ad prædicandum in omnem terram, vt fides credentium, & conuerſio gentium,non humanæ, ſed diuinæ ſapientiæ,quæ in eis refulgebat,tribueretur ; & ſoli Deo honor & gloria in ſæcula ſæculorum daretur. Sic tu,fili mi, ne animo cadas, ſed eſto robuſtus : nam filius meus,qui te elegit in paſtorem, & rectorem multorum filiorum & fratrum,dabit tibi ſapientiam & fortitudinem, ac vires, quibus eos per plures annos in pace regas, & gubernes. His dictis, diſparuit, & abijt in cælum. Et Petrus Nolaſcus,quæ proprijs oculis viderat, & auribus ſuis audiuerat, vſque ad auroram meditando remanſit. Qua aduentante,ſurrexit,& Confeſſarium ſuum conſulturus,feſtinus abijt,quem cum domi ſuæ non inueniſſet, ad Eccleſiam maiorem Barcinonenſem S.Eulaliæ,cuius erat Canonicus,ſe cõ tulit, vbi ante altare maius genuflexum, & orantem inuenit,cui,diuinæ Virginis viſionem, & dominicum,de nouo Ordine fundando,præceptum enarrare cœpit. Et ante quam vltra progrederetur, vir ſanctus Raymundus, ſtupens & admiratione plenus, ſuis verbis occurrens,ſermonem eius interiunxit, eamdem viſionem ſibi factam, & idem præceptum fuiſſe ſibi impoſitum, referendo. Vnde ambo præ nimio charitatis feruore, & fidei zelo,ac magna deuotione, à lacrymis abſtinere ſe non valentes,gratias Deo,& eius puriſſimæ matri immortales egerunt. Dum hæc in maiore Eccleſia agebantur, ſereniſſimus Aragoniæ rex Iacobus,qui illam noctem inſomnem duxerat, eamdemq. viſionem habuerat, primo ſurrexit diluculo,& duos famulos ſuos, vnum ad Confeſſarium Raymundum,pro conſilio hac in re capiendo, alterum ad Petrum Nolaſcum, quem ad opus redemptionis idoneum, & valde propenſum ſemper fuerat expertus,vt feſtinanter ad Palatium regium accederent, deſtinauit : qui reuerſi, nunciauerunt domino ſuo, eos in domibus ſuis non reperiſſe. At Rex ne pro tanto beneficio ingratus, & præcepti Domini Dei ſui, ac tantæ Dominæ ne videretur indiligens executor, ad Cathedralem Eccleſiam,quam frequentare ſolebat, gratias acturus ſe conferens,

renſ,ibi præfatos viros inter ſe alloquentes reperit, & facta prius ſanctiſſimo Christi Corpori,deiparæ Mariæ, & Sanctis,deuota oratione,& reuerentia, ſeuocans eos in Eccleſię angulo,ſic allocutus eſt:Per familiares noſtros diligenter hoc mane vos conquiſiuimus,vt rem valde ſeriã & grauem nimis,quæ media nocte nobis euènit,vobis detegeremus, & deuelaremus. Scire igitur debetis,me Angelorum Reginam, maxima ſanctorum & ſanctarum comitatã caterua,intrà clauſum cubiculum meum hiſce oculis vidiſſe; cuius venuſtus decor, diuina elegantia, ſplendor & odor pulchritudinem humanam, Phœbi lucem,& quæcumque odoramenta longè ſuperant; quæ, inter alia,mihi dixit voluntatem ſui ſacratìſſimi filij, & ſuam eſſe, vt in hac noſtra Barcinonenſi ciuitate Ordo illico fundaretur, qui operi redemptionis (quod optabamus) aſſidue incumberet:cuius fratres,in honorem ſuæ ſanctiſſimæ puritatis,veſtes omnino albas, cum ſigno Crucis in pectore ſemper, & vbiq;geſtent,& multa alia, quæ eſſet longum referre. Gratias igitur ago Deo meo,quod huic ſanctiſſimo operi vos aptos & idoneos, ac propenſos inuenio,ac ſemper agnoui.Dum ſereniſſimus Rex hæc narrabat, incredibile eſt quantis ſanctorum corda agitarentur motibus,& ſe adinuicem reſpicientes,ab imo pectore ſuſpiria plurima ducebant: & poſtquam Rex finem dicendi fecit, & ſuum ſermonem exhauſit, ſanctus Raymundus, & ſanctus Petrus Nolaſcus idem ſibi eueniſſe dixerunt, & verba,quæ audierunt, ac præcepta, vnicuiq; impoſita,Regi retulerunt.Et omnes tres tunc cœperunt, Virginis puriſſimæ pulchritudinem, & ſplendorem; verba,quæ de ore eius exierunt; nobiliſſimum S. Mariæ comitatum;eamdem diuinæ apparitionis horam;ſolatium interius,quo animæ ſuæ confortatæ remanſerunt,inter ſe conferre: & denique meritorium & Deo acceptum opus attentè examinantes,& ſignis cũ ſignis conferentes (omnĩ dubitatione & hæſitatione procul remotis) hanc eſſe diuinam,& cæleſtem reuelationem,& indubitatam Dei voluntatem, tribus fideliſſimis comprobatam teſtibus, firmiter iudicarunt. Et poſt debitas gratiarum actiones,

Digitized by Google

decreuerunt hanc admirandam reuelationem ad laudem Dei & ſuæ puriſſimę matris, ac Chriſtianorum ædificationem, & conſolationem, populo debere patefieri. Et pro huius miraculi promulgatione, ac noui Ordinis fundatione, cum ſolemnibus cærimonijs magnoq. apparatu & pompa, diem decimam Auguſti, ſancto Laurentio martyri Hiſpano ex Aragonia, dicatam, aſſignarunt. Die igitur S. Laurentij decima Auguſti, ſereniſſimus Rex, in honorem tantę ſolemnitatis, manto colobio, pomo, & corona aurea in capite ſuo, & omnibus regalibus indumentis exornatus, ſuo nobiliſſimo comparuit comitatu, medius inter duos ſuos diuinę viſionis ſocios, Confeſſariũ à dextris, & Petrum Nolaſcum à ſiniſtris, quos Berẽgarius de Palatiolo Ciuitatis Epiſcopus, Pontificalibus indumẽtis ſuperindutus, cum clero in Eccleſiæ cathedralis foribus auidiſſime, & valde lætus expectabat. Cantato igitur: Te Deum laudamus, in aduentu Regis, & facta ſolemni proceſſione, Epiſcopus pontificalem & ſolemnem Miſſam incepit, & Euangelio à Diacono decantato, ſanctus Raymundus ſuggeſtum aſcendens, concionem habuit ad populum, recenſens, & enarrans prӕfatam diuinam reuelationem, & admirandam virginis Mariæ apparitionem, & expreſſam Dei voluntatem, quod in illa Ciuitate nouus à ſereniſſimo Rege, pro redimendis captiuis Ordo inſtitueretur; & multa de inſtituto, & quàm meritorium opus eſſet captiuos redimere, in pauca contulit, quæ populus audiens, cum animi lætitiam diſſimulare non poſſet, geſtibus corporis affectum exprimebat. Abſoluta concione, & poſt offertorium deſcendens Rex de ſolio ſuo, acceſſit ad altare, ſimul cum ſuo Confeſſario, & Petro Nolaſco, & nonnullis magnatibus aſſociatus, & conuerſus ad Epiſcopum, dixit ei: Noſtra voluntas eſt, quod iuxta dominicum præceptum & decretum, & virginis Mariæ voluntatem, Ordo inſtituatur, cuius fratres, in captiuorum redemptione, etiam cum propriæ vitæ diſcrimine, ſe exercere debeant: & primus frater & redemptor ſit noſter amicus & ſocius, Petrus Nolaſcus, quem Angelorum Regina ad hoc munus ſubeundum idoneum elegit. Tu ergo, Reueren-
de

de Pater, diuinam ordinationem, & voluntatem noſtram executioni demanda. Tunc Epiſcopus, præfatum Petrum Nolaſcum, coram ſe genuflexum, & præ nimia deuotione lacrymantem, veſtes omninò albas induit, & Rex ipſe regium ſignum, nempe, ſcutum cum barris rubeis, croceiq. coloris, cum Cruce inſuper alba, in honorem ſanctæ Crucis, vbi Ordo inſtituebatur, eiuſdem Petri Nolaſci pectori appoſuit, vt ab ipſo, & fratribus ſuis ſemper deferretur.

Sanctiſſimi huius viri, in Deiparentem Virginem pietas, adeò fuit inſignis, vt eiuſdem Virginis in ſeſe profuſiſſimam beneficentiam coæquaſſe, vel ſaltem æmulatam fuiſſe affirmare non refugiam. Nihil ille capeſſebat negotij, quod tantæ patronæ præſidio ſibi ad exitum perducendum non proponeret ac ſperaret: nec ſuo illa deerat officio, quem ſæpè ſæpiùs clientulum ſuum cæleſtium arcanorum reuelatione, diuinæque dulcedinis pabulo refocillabat. Quidquid Petrus interim poſtulaſſet, pijſſima Virgo non niſi affluenter, & ad immenſæ charitatis ſuæ votum concedebat; ipſumque Petrum proprijſſimæ rei loco habebat, ſeſe illi frequenter manifeſtè commonſtrando. Nocte quadam, conſuetum ad Matutinas campanæ ſignum dare oblitus, fratribus ſopore occupatis, ſolus ipſe (iam tempore inſtante) ad chorum feſtinè aduolauit: ibique: mirum dictu! magnam Angelorum ſuæ Religionis habitum geſtantium multitudinem, eaſdem Matutinas ſuauiſſimè pſallantem, ipſamque Deiparam in Antiſtitis ſubſellio compoſitam aſpexit, quod cùm tres horas ad ſtuporem vſque eſſet demiratus, omnia demùm euaneſcere paulatim ſenſit.

Alph. Remon. in hiſt. Ord. B. M. de Merced. tom. I. lib. I.

Cùm veſperæ cuiuſdam ſabbati, fratres ſuos beatiſſimæ Virgini antiphonam Salue Regina, ſolemniter decantantes, per chori cancellos proſpiceret, eoſque perpaucos admodùm animaduerteret, his ſuſpiria, lacrymaſque intermiſcens, Deum optimum Max. cœpit dictis compellare: Ita ne, Domine, ita ne matri tuæ? matri, inquam, tuæ tantum ſe tua beneficentiſſima charitas oſtendit auaram? Qui cunctis affluenter dona elargitur, tenax quo-

dammodo erit in genitricem ? tam pauci filij ! tam rara cœnobia ! Si hæc meæ ineptitudinis cauſa proueniunt: ſi hæc mea exigunt merita; aliud caput, alius parens huic Dei matris familiæ aſſignetur: tantùm genitrici tuæ natos elargire. Quæ, & alia huiuſmodi tanto efferebat ardore; vt ex inferiori penitus Templi parte poſſet audiri. Interea vir Dei placidiſſima correptus quiete, mente extra ſenſus vagabatur, cùm vox ad aures ſuauiſſima in hæc verba peruenit: Nolite timere, puſillus grex; quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. Ex illo denique mentis raptu experrectus, ſeque exauditum eſſe non ignorans, in hæc dicta lætabundus erupit: Benedictus Dominus, qui ſuorum gratia famulorum, tam inſignia nouit operari. Porrò non multis ex eo menſibus elapſis, diuinum vidit ipſemet reſponſum, miro euentu iuxta ſuum votum compleri; qua de re innumeras Deo, Deiq. parenti grates retulit, tantiq. beneficij vices: quoad potuit, rependit.

Idem Petrus, nouum aduersùs diabolica præſtigia luſtrandi dormitoria ritum excogitauit, pulcherrima ad beatam Virginem collecta, antiphonaq. compoſita; quam vt primum in eo ritu cœpit adhibere, eadémet virgo Deipara, à nonnullis rarioris ſanctimoniæ fratribus Barcinonenſis cœnobij, dormitoria benedicere viſa eſt, fratresque ipſos, vt mater filios ſuauiſſimos ſolerter inuiſere. Magno tunc temporis bellorum turbine Chriſtiani, Orbis prouinciæ inuoluebantur: quamobrem vt eam, quam veram mortalium parentem vocitabat, ad tantarum calamitatum commiſerationem permoueret, hanc pietate plenam ſupplicationem conſcripſit:

O Mater, ac Domina mea, afflictorum ſolamen, egenorum remedium, eorum ſine acceptione aduocata, qui ante pijſſimi filij tui, ac Iudicis noſtri tribunal, cauſas ſuas agitant: Regina ſuorũ ſubditorũ maxime compatiens, inter cæcas itineris noſtri tenebras aſtrum lucidiſſimum, cogitationum noſtrarum aurora, flagitiorum frenum, calor ad noſtram tepiditatem cohibendam, ad deuotionem excitandam ſtimulus: Domina, quę ſedes ſuper Seraphim

phim,Deiq noſtri es genitrix, prouocet tuam clementiã, maternæq. pietatis viſcera reſpublica illa commoueat, quæ filij tui fidem, tuumq honorem tanti ſemper fecit: nec ſinas tui nominis hoſtes ſacra altaria ac Templa polluere,tuasq. imagines nefario pede proterere; ac theſauros depopulari. Cur, Domina,nos filios tuos ad ſacrum hunc habitum capeſſendum,atq,ad captiuos ex barbarorum manibus redimendos, tamquam præcipuum vitæ noſtræ inſtitutum aduocaſti; ſi iam nunc eoſdem barbaros ad eos ipſos mancipandos permittis irrumpere, à quibus aliorum in libertatem vendicandorum pretium expectamus? Ne fruſtreris,ò mater ac Domina mea, noſtrum,qui filij tui ſumus, cæterorumq. fidelium ſpem in tuo præſidio,tutelaq. collocatam. Tu,quæ intra viſcera virginea Deum ipſum ex Spiritu ſancto concepiſti,qui licet immortalis Deus, tamen redemptoris hominum nomine ſummopere gloriatur,fideles tuos ab imminenti,ob impijſſimi Friderici impetum,calamitate ſeruato. Chriſtianorum Principum diſſidentes animos ad aſſenſum reuoca; vt eas, in quibus Chriſti nomen colitur, prouincias tueantur. Ah mater, ah Domina mea, omnibus te matrem exhibe. Monſtra te eſſe matrem; monſtra te eſſe matrem,monſtra te eſſe matrem, ad gloriam omnipotentis Patris,ad laudem filij tui; & ob Spiritus ſancti Dei,tuique ſponſi amorem.

Hanc bis in dies precatiunculam recitabat, cuius formula ab exemplari trãſcripta, per Hiſpaniæ, Italiæq. populos, Friderico Cæſarum peſſimo, Dei Eccleſiam oppugnante, peruulgabatur, immo Dei ipſius Optimi Max. aures attigiſſe viſa eſt, cum paulo poſt tempeſtas illa cœperit deferueſcere.

Cum in Puigio, à Valentina vrbe parum diſtanti opido, vnà cum Guilielmo de Entenzi, Chriſtiani exercitus duce moraretur, ſeptem ſtellas è nocturno cælo dilapſas eò tendere animaduertit,vbi Dei parentis Virginis imago deinde eſt reperta,quę multis celebrata prodigijs,ibidẽ in ſacello,ab ipſomet Petro extructo,decenter eſt collocata.

Extremæ iam propior horæ,ad Patronæ, matriſq ſuæ

cultum & amorem fratres cœpit hortari : quin etiam ſæpè ſæpius ipſam compellans: An non hoc pacto, aiebat, ſeſe res habet, ò Domina ? an non meis humeris onus ſupra vires impoſuiſti, tuorum filiorum Patrem, Paſtoremq. conſtituendo ?

Cum verò recens inſtitutum Ordinem ſanctè adminiſtraſſet, & tum viris ad eum receptis illuſtribus, tum doctrina & precibus exornaſſet, ſacris Eccleſiæ Sacramentis ex more Chriſtiano perceptis, in illis verbis Pſaltis: Redemptionem miſit Dominus populo ſuo; ſpiritum exhalauit. Anno à Virginali partu, 1249.

DE BONFILIO MONALDIO, Ioanne Manetto, Benedicto Antellenſi, Bartholomæo de Amidæis, Ricouerio Lippio Vguccionio, Gerardino Soſteno, & Alexio de Falconerijs, ſacri Ordinis fratrum Seruorum beatæ Mariæ virginis Fundatoribus.

CAPVT XXI.

ANno ſalutis 1233. Florentiæ, quæ habetur primaria Etruriæ ſedes, ſanctiſſimus Ordo fratrum ſeruorum beatæ virginis Mariæ initium ſumpſit, à ſeptem beatiſſimis viris, quorum nomina ſunt hæc:

Archangel. Gianius in Cent. 1. annal. Ordin. Seruorum.

Bonfilius Monaldius.
Ioannes Manettus.
Benedictus Antellenſis.
Bartholomæus de Amidæis.
Ricouerius Lippius Vguccionius.

Ge-

numerus plane commendabilis, & propter ſeptenariæ quietis myſterium admodum venerabilis. Hos ſeptem viros ſibi ſacratiſſima Dei mater elegit, velut ſui ædificij architectos, qui ad illius præoſtenſum exemplar ſuæ Religionis domum dedicarent. Et quemadmodum Sapientia olim ædificans ſibi aulam, ad eam tamen ſuſtentandam, fulciendamque exciderat columnas ſeptem: ſic & Virgo beata, diuinæ Sapientiæ verè mater, ad ſuum ædificium extruendum, excidit ſeptem columnas, quando de lapidibus mundi ſuſcitans, & erudiens hos viros, in pretioſiſſimos lapides præſcindens, & dolans, erexit ad ſuſtentandum ſeruorum familiam. Hi, poſt Deiparam, primi ſeruorum inſtitutores: hi principes huius Ordinis fundatores mirifici: hi mercatores cùm eſſent, inter præclaras gemmas margaritam pretioſiſſimam Mariã virginem inuenerunt, pro cuius aſſequendo theſauro, omnia, quæ habebant, Chriſti pauperibus erogarunt, ſemetipſos quoque vendentes & abnegantes, tantæ patronæ perpetua mancipia dediderunt; &, qui antea fortunæ mercatores fuerant, animarum poſtea negotiatores feliciter euaſerunt. Quòd ſi varijs quandoque nominibus ab antiquis ſcriptoribus nuncupari videantur; vt Pro Bartholomæo, Amidæus; pro Gerardino, Soſtenus; pro Ioanne, Bonaiuncta; & pro Ricouerio Vguccionius, apud pleroſque legatur, id proculdubio conſuetudini Religioſorum dandum videtur, qui de mundo, ad nouum habitum tranſeuntibus, frequenter, aut nomina mutare, aut à propria familia nuncupari conſueuerunt. Tales itaque Dei mater ſibi negotiatores, quibus familiæ ſuæ talenta partiretur adinuenit, tales ſibi ſuper ſeruos ſuos œconomos, & primicerios delegit.

Eo tempore, Florentiæ ſocietas ex optimatibus ciuibus aggregata, in ſummo honore habebatur; vel ex eo maximè, quòd cum in laudibus glorioſæ Dei Genetricis decantandis, diuturna conſuetudine verſaretur; nomen quoque laudantium B. Virginem ſibi comparauerat. In

hac, præ cæteris, ſeptem viri præfati nomen dederant: ij enim & morum probitate, & vitæ exemplo omni exceptione maiores, in ea ſocietate duces & magiſtri aliorum habebantur; quorum opera ducentis, ex eadem proceribus, ab illecebris mundi, ad meliorem viuendi normam reuocatis, & ibidem illicò aggregatis, miro modo ſocietas illa, tantorum virorum ſtudio, magnum tunc temporis incrementum acceperat. In magna autem virorum ex vrbe frequentia, vti ſolemnis expoſtulabat dies Aſſumptionis B. Mariæ virginis, & in ſodalitio ad ipſius laudes, ſacraque peragenda, ſeptem quoque viri illi adfuerunt, ſingulisque horum ſeptem eadem hora ſeorſum orantibus, viſum, auditumque eſt per inſolitum mentis exceſſum, quamdam ſuauem vocem, magno ſeptem radiorum concomitante fulgore, in auribus illabi, quæ animos illorum demulcens, hortabatur ad vitam in arctiorem deuotionis vſum, poſthabito mundo, commutandam: citò enim fore, vt quaſi ſeptem clariſſima ſidera, cælum militantis Eccleſiæ, rutilantibus exemplorum, & virtutum radijs illuminaturi eſſent: qua voce & lumine circumfuſi, vix potuiſſent numen illud mente concipere, niſi eodem ferme tempore, præſto eis adfuiſſet, confirmans illos glorioſa Dei mater, Maria virgo. Illa enim decoro aſpectu, blanda facie, ſplendore coruſca, & Angelis circumſepta apparuit eis, vnumquemque monens, vt ab illius ſæculi conſuetudine recedendo, caducisque omnibus mundi negotijs ſpretis, ſoli Deo ſibi lucrando intenderent: Seiungas te, dicebat ipſa cuilibet illorum, ab hominum conſortio, & repertis vna tecum alijs ſocijs, ſola rationis diſciplina, cum auxilio gratiæ, corporis ſenſus moderamini, vt in carne adhuc recluſus ſpiritus veſter, incipiat de cætero cœleſtibus aſſueſcere diuitijs. Quibus breuiter dictis, & in magna ſui ipſius admiratione, ſingulis eorum relictis, euanuit. Interea diuinis laudibus impoſito fine, cæteriſque ad ſua negotia decedentibus, ſeptem viri diuinis eiuſmodi monitis afflati, tantaque ominatione perculſi in vnum eadem hora conueniunt: quiſque enim illorum mira ſe cupidita-

tate ſentiebat interius vrgeri, vt de repente, accepta oc-caſione, ſocium commonefaceret, audita, & viſa referret, & alter viciſſim alteri admiranti, expaueſcentique ſimul, eadem à principio repeteret; niſi pudor quidam mundanæ gloriæ, & iactabundæ cuiuſdam elationis timor, linguam ab incepto cohibere videretur. Aderat, præ cæteris, ætate grauior, & conſilio, ac auctoritate maior, Bonfilius, qui tandem omnium prior in hunc ſermonem prorupit: O ſocij chariſſimi, non abs re mihi feciſſe videar, ſi cæleſte conſilium nuper acceptum, de vita emendanda, in meliuſque commutanda, paucis detexero vobis, quos mihi conſtat in hoc ſodalitio conſocios, confratreſque eſſe probatiſſimos; & quorum potiſſimum hac in re ſententiam diſcere exopto, quò humano cœleſtique conſilio fretus, in errorem vllum incidere nequaquam poſſim: quibus dictis, fulgores, vocem, & viſum (vt euenerant) enarrans, illicò ſocios in admirationem extulit, & ſimul lacrymas prorumpere conſpexit, geſtireque vnumquemque ſe dicendi, non minus quam audiendi cupiditate teneri. Quamobrem cum finem dicendi feciſſet Bonfilius, vnuſquiſq; illorum certatim, eamdem vocem, eamdem viſionem, eoſdemque radios ſe vidiſſe, iiſdemque verbis ſeſe è cœlo à Dei matre monitum fuiſſe, Deum teſtatus, fatetur. Quare in vnã omnes deueniũt ſententiam, vt quemadmodum cæleſte illud oraculum, quod ſingulis obuenerat, omnibus tamen commune fuiſſe videbatur: cuius rei certam fidem aſtruebat ſeptiformis ille radius, inopinatusq. tunc eorumdem cõuentus in vnum, eadem illa omnium communis vocatio, idem deſiderium, eadem voluntas; ſic operæ pretium eſſet vt ad tam ſingularis, præcelſæque vocationis oraculum vnà omnes intenderent, vnà ſimul decernerent, quo modo ab humanarum mercium negotijs expediti, communem inter ſeſe, longè prorſus à mundo ſeiuncti, vitam agere poſſent, quove tam nouo, tam expedito, tam ſibi opportuno diuitiarum negotio, à ditiſſima cæli Regina præoſtenſo, de Deo lucrando, faciliùs animum adijcere valerent. Verum, dum in tam ardua cogitatione, non

vi-

videbatur,adeò intempeſtiuè determinationem fore captandam, abſq; maturo conſilio; placuit rem ad ſextum idus Septembris, in diem Natalem beatæ Virginis differre, vt quemadmodum tam auſpicato ipſius Aſſumptionis die fuerant ab ea euocati, ſic in alio eiuſdem feliciſſimo Natali die, tam grandi vocationi reſponderent. Hoc itaq;ſtatuto, ſimul conueniendi tempore, quod interim reliquum fuit,totum illud in rebus domeſticis; in negotijs penſitandis; in familia diſponenda; in agris vendendis,vt pecunias in pios pauperum vſus erogarent; in ieiunijs & orationibus;in corporis afflictatione; in ſacra peccatorũ expiatione, & id genus pijs operibus, per illud ſpatium inſumpſerunt: tota interim huiuſce conſilij adimplendi cura Bonfilio, qui eis in tam graui ſuæ ſalutis negotio præeſſe deberet,omnino demandata. Bonfilius, qui ad hæc peragenda diuino ſe numine interius vrgeri ſentiebat,omnium primus,virum quemdam ſacrum,cui nomen Iacobus a Podio Bonitio,ſodalitij ſacerdotem adijt, cui clam cæteris,reuelationes & conſilia omnia, vti contigerant, communicauit: deinde cœpit obnixè rogare, vt quemadmodum in Oratorio laudantium, diu illorum animas diligentiſſime curauerat,etiam nunc vellet,in tam graui negotio illis opitulari, in quo tota ſalutis eorum videbatur ſumma conſiſtere. Cui Iacobus,vt erat vir pius, & vehementer Religioni addictus, libentiſſime annuit, quin & omnem ſuam operam & ſtudium vltro pollicitus, primum omnium oportere dixit Ardingum Epiſcopum, qui hæc omnia reſciret, adire, cuius poſtea conſilio, & auctoritate arduum hoc diuinumq. negotium ad finem perduceretur; quibus hinc inde ſapienter vna ſimul collatis, Epiſcopum adeunt ſine mora, rem per ordinem narrant, dictorum fidem adſtruit Bonfilius: deinde ſupplicibus verbis precatur, vt nutui diuino propriã voluntatem adhibere, eisq. in omnibus patrocinari velle dignaretur, ſeſe omnino paratos non minus paſtoralibus ſuis præceptis,quam numini cæleſti parere, fidem catholicam perpetuo proſequi, Romano Pontifici in omnibus obſequi, ſanctam Romanam Eccleſiam ſemper reue-

uereri. Cæterum, cupere ſibi omnimodam facultatem dari, vt ſæculari illo habitu,in attritas, pauperesq. veſtes commutato, diuitijs poſthabitis,mundo penitus poſtergato, vna ſimul ex piorum eleemoſynis cum charitate vitam apoſtolicam degere valeant. Pontifex autem, qui ſeptem illos, & præcipue Bonfilium, iamdudum agnouerat, ſummæ auctoritatis probatiſſimos viros, ſtatuta die ad ſe accedere iuſſit: fore enim, vt quidquid ab eo petijſſent, libenter aſſequerentur. Talibus in eodem propoſito Bonfilius ab Ardingo confirmatus, incunctanter ſocios ad Epiſcopum ſeptimo idus Septembris deduxit; qui cum vidiſſet coram ſe viros illos ex Vrbe primarios, veluti ſeptem Angelos ſtantes, præ gaudio ingemuit,quos paucis alloquens, conſuluit, vt ne Virginis monita vllo modo negligerent; ſed bono auſpicio, conſtantiq. animo, quod eis pietas, religio, Deusq. ſuggereret,abſq; vlla intermiſſione explerent, & interim, vt cui maluerint ſacerdoti,qui ſpiritualem eorum curam gerat,peccata confiteri poſſent, Oratorium cum altari pro ſacris ibi celebrandis, in quouis loco per eos deligendo, conſtruere, eleemosynas infra vrbem & extra quærere: demùm præter hæc, ſeipſum eis in omnibus protectorem & patrem vltro exhibuit. Talibus igitur, cum paſtorali benedictione ab Epiſcopo dimiſſi Florentini ciues, poſtera die Iouis, verè aurea, Natalis beatæ Virginis, ad ſextum idus Septembris, omnes ſimul manè diluculo conuenerunt in agro quodam, extra mœnia ciuitatis, vbi tunc erat parua & ruralis ædicula; hanc, more pauperum, ij,qui ampliſſimas antea ſedes habuerant, ſeu ab aliquo donatam, ſeu collectitio ære coemptam inhabitare cœperunt. Porrò illuc cum ſuo ſacerdote Iacobo conuenientes boni ominatores, depoſita primum ſenatoria veſte, quò fortius cum nudis dæmonibus, à nudo ſuo duce Chriſto edocti, manus conſerere, & colluctari diſcerent; pro byſſino induſio ciliciumpro militari cingulo ferreas catenas, pro purpurea chlamyde detritas cilicei, ſeu cinericij coloris tunicas induunt, atque ita præcincti lumbos, ad præceptum Chriſti, ſtatim in alterum virum

euadunt, & in ſanctiſſimi Crucifixi militiam conſcribuntur, ſacris interim de more peractis, & omnes ſuauiſſimo Ieſu Chriſti corpore ſimul refecti, in ſumma cordis lætitia, natalem ſuæ conuerſionis cum ipſo beatæ Virginis ortu, miris laudibus & interna iubilatione celebrarunt: in cuius rei perpetuum monumentum, futuris poſtea temporibus, diem hunc natalis beatæ Virginis conſueuit Ordo ſeruorum, ſolemni, ac præcipuo ritu in ſuis Eccleſijs quotannis celebrare. Cùm vna omnium ſeptem virorum, & in domicilio ſtatuta lex eſſet, Deum diligere; ſe inuicem ſumma charitate complecti; proximum amare; corpus iugi pœnitentia domare; ſpiritum contemplatione, & orationibus reficere: vnum illud videbatur reliquum, ſcilicet, virum ex eis deligere, qui omnium illorum curam gereret. Ad hoc autem munus exercendum neminem inter eos videri, & grauitati & prudentiæ Bonfilij preferendum: illum igitur vna omnium voce ſtatuunt in prepoſitum, magiſtrum & patrem, cui obediant aſſumendum. At Bonfilius animo hærens ſatis grauatè, rogatus tamen, & eorum ſuaſione coactus, illorum adminiſtrationem æquo tandem animo ſuſcepit. Eorum itaque Bonfilius curam aggreſſus, primum de Epiſcopo iterum adeundo cogitauit, vt à quo ſpiritualem omnem prius facultatem ſatis abundè acceperant, eidem quoque gratias, quas poſſent, ſtatim agere curarent, ampliorem rurſus ab eodem benedictionem, rurſus ampliora beneficia recepturi: annuunt ſocij, tempus opportunum ſeligitur, mira humilitate, ac grauitate per vrbem primo procedunt, cinericia, detritaque illa more pauperum indumenta, vnumquemque illorum in alterum extemplo mutatum oſtendunt. Interea populus rei nouitate commotus, plebs, mulieres cum pueris, & infantibus obuiam eunt, inopinatam illam tam nobilium procerum, ſuæ vrbis mutationem admirantur omnes; omnes venerantur, collaudant omnes, cùm de repente vna omnium infantium & lactentium intra vlnas matrum, diuina non humana vox erupit: Ecce Serui beatæ Mariæ virginis; ecce Serui beatæ Mariæ virginis.

Ma-

Matres verò tanta rei nouitate perculſæ, quod infantes earum ante diem, immatura illa voce effari cœpiſſent, miraculum id, miraculum eſſe exclamarunt, dicentes & ipſæ, viros illos verè eſſe B. Virginis ſeruos, qui tali agnomine ex ore infantium nuncupari meruiſſent. Id verò non ſemel, ſed ſæpe contigiſſe conſtat; vt huiuſmodi infantes, idem ſeruorum nomen repeterent. Cum enim alias oſtiatim eleemoſynas per vrbem quærerent, iterum, atque tertiò infantes & pueri, eiſdem frequenter acclamationibus, occurrere conſueuerunt; inter eos vero Philippus Benitius, qui poſtea fuit eiuſdem Religionis ſplendor, & columen, vix quinque menſium infans (Albauerde matre id poſtea iureiurando atteſtante) idem ſeruorum nomen, ſolutis linguæ impedimentis, protuliſſe fertur, matri blandiens inter vlnas, vt ſeruis beatæ Virginis eleemoſynam erogaret. Aliàs autem, cùm fratres, Florentiam ab Epiſcópo euocarentur ad luſtrandam ciuitatem pro publicis S. Romanæ Eccleſiæ neceſſitatibus, eadem infantium vox, idemque ſeruorum nomen iterum puerorum acclamationibus auditum fuit.

Ad Epiſcopum igitur cum viri ſeptem, ea plauſibili, nouaq. populi voce aſſociati, perueniſſent, benigne excipiuntur: erat enim Ardingus ſumma humanitate præditus, cuius aſſenſu & auctoritate, ea vitæ conſuetudo, iam per eos ſuſcepta, in dies gliſcere, in dies diuino ſpiramine magis augeri videbatur.

Ab hoc nouo illo infantium miraculo commotus Epiſcopus, de eorum ſanctitate vehementer cõfirmari, ſpemque certam animo concipere cœpit; multoq. amplius illorum exinde ſuſcipere tutelam, hortarique, vt nomen illud diuinitus quodammodo receptum perpetuo retinerent, & Serui Mariæ, re ipſa, non minus quàm verbo, dici curarent: deinde ſingulos paterno affectu cum benedictione in pace dimiſit.

Poſtquam ſeptem illi viri, in aula Reginæ cæli, ſub nouo illo ſeruorum titulo ſeſe adſcriptos agnouerunt: nullo alio in poſterum nomine vocari, nullo alio reſpondere inſtituerunt; ſanctæ patronæ & Matri, gratias agentes, quod

quod eos ſibi peculiares ſeruos deligere dignata fuiſſet: in cuius agnominis monumentum, gratitudinemq. erga Deiparam perpetuo declarandum, decernunt quotidie in Oratorio, coram eiuſdem imagine, quam ſibi ob oculos ſemper præſentem habere ſtatuerunt, parui eius Officij canonicas Horas perſoluere, & nullo vmquam tempore dimittere; necnon qualibet die ſabbati in ſero, ſeptem eius gaudia decantare.

Horum interea per vrbem fama late diffuſa; ita vt neceſſarijs, domeſticis, & amicis illuc confluentibus, admittendis, audiendisq. magnam temporis partem inſumere cogerentur, ij, qui ſe ab hominum, & mundi conſortio longè abſuiſſe arbitrabantur, in medio tamen foro ſe adhuc circumueniri videntes, & valde præpediri ab incepto agnoſcentes, vſq; adeò ægre ferre cœperunt, vt iam de loco illo deſerendo, & inde in longiorem, ſecretioremque partem ſecedere cogitarent.

Pater interea Bonfilius, eorum conſilia collaudans, beatæ Virginis ſeruis aptiorem fore ſolitudinem oſtendit, quam hominum conſuetudine perturbari: vnde de loco, in ſolitudinem magis remotam commutando, fuit inter eos inita ſententia. Bonfilius omnes adhortatur, vt interim de ſpeciali eo loco, ſuis orationibus communem matrem & patronam interpellent; vt quemadmodum ſeruorum ſtemmate prius eos inſignare dignata fuiſſet, eiſdem quoque de cætero locum premonſtraret, in quo illi gratam in poſterum ſeruitutem exhibere poſſent: Nonne, inquiebat, iam declarati, & adſcripti ſumus ſerui Reginæ cæli? in ipſam oculos intendamus, in ipſam mentem dirigamus, ipſam deprecemur: illa enim nobis viam aperiet, illa locum monſtrabit, illa complanabit iter. Quibus dictis, nec fuit etiam ſine mora contrarius euentus: nam beatiſſimam Virginem in ſomnis Senarium montem illis demonſtraſſe perhibet antiqua traditio, cuius monitis acceptis, Ardingum Epiſcopum, in quem tota illorum ſpes ſita erat, illico adeunt, locoq. à Dei matre primum pro eorum votis demonſtrato, ab Ardingo Epiſcopo cum benedictione recepto, maximas Deo gratias agentes, pau-

cos

cos poſt dies in vaſtam Senarij ſolitudinem, clam omnibus ab vrbe, ſacratiſſimam Dei matris patronæ venerandam imaginem deferentes, ſeceſſerunt. Senarium cùm ſeptem viri, deſpecta vrbe, tutiſſimum ſuæ habitationis effugium communi gaudio accepiſſet, dum per antiquam ſiluam aſcendunt, & proceras abietes myſtice contemplantur, dixit Bonfilius: Diſcite, ò filij, quali charitatis vinculo ſitis ipſi Deo, eiusq; matri ſanctiſſimæ deuincti, qui etiam in illis proceris plantis, vobis hac in ſolitudine libros quodammodo cæleſti doctrina refertos, præparauit, ad meditanda ex illis præclara myſteria. Cumque per ſaltus illos meditantes ſuperato iugo in apertam culminis planitiem perueniſſent, ibi ſacratiſſima primum Ieſu Chriſti Cruce in media area locata, Deiparæ explicato vexillo, flexis genibus lacrymiſque præ lætitia obortis, felix illud ſolum deoſculati, conſalutarunt, & ad beatiſſimam Virginem conuerſi, dixerunt: Ecce, nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te matrem noſtram.

Bonfilius interea, quod à Dei matre oraculum acceperat, de Senario incolendo, mente reuoluens, Ardingum Pontificem ſine mora adire intendit, qui eo in loco, primum ſacri ædificandi delubri, lapidem benedicendo immittere dignaretur, ad honorem Dei, æternumque monumentum ſanctæ Mariæ Seruorum: vt quemadmodum eo poſt beatam virginem auctore, & patre, ſingula illis fauſta eueniſſent, etiam illo agente, & ſuffragante, Senarius, Epiſcopali illa benedictione, in ſacrum locum perpetuo dedicaretur. Annuit Epiſcopus, & tempus opportunum ſtatuit, hortatus interea, vt ad id operis res paratas haberent, vt propitia, & ſoſpitatrice Deipara, habuerunt. Affuit tandem Pontifex, & de more lapidem primum benedixit, in titulum erexit, in fundamentum iecit, oraculum protulit: Non eſt hic aliud, niſi domus Dei, & porta cæli: Et vobis ſeruis vocabitur, Aula Virginis. Quibus peractis Ardingus, paucis alloquens, viros illos in propoſito confirmat, adhortaturque, vt bono auſpicio, ac conſtanti animo, quod eis à Deo ſuggereretur, incunctanter explerent, cauerentque,

ne glorioſiſſimæ Dei matris ipſorum protectricis præcepta, vllo modo inobſeruata negligerent: cæterum, ſe eis ſemper & opera & conſilio, veluti patrem propitium in omnibus affuturum. Memoratu dignum videtur; quod ſitus montis Senarij, neque ſiccus omnino, neq; penitus madens exiſtit; verum toto æſtiuo tempore cæli temperie gaudet optima, quod ipſum maximopere corporum ſanitati conducit, vſq; adeò vt ſenes ibi robuſto, vegetoq. corpore ad extremam facillime perducantur ætatem: quæ vero in vſus familiæ aſſeruantur res, vina, fruges, fructus, & id comeſtibilium genus, tantum abeſt, vt vel frigore tabeſcant, aut æſtu corrumpantur, vt potius perficiantur, & meliora deguſtentur: tanti momenti fuit cæleſtis benedictio, & glorioſæ Dei Genitricis priuilegium ibi collatum. Hæc fidiſſima ſeruorum B. Mariæ virginis ſtatio; hæc prima, firmaq. ſedes; hic primarius locus à Dei matre contemplationi, orationi, pœnitentiæq. paratus.

Bonfilius, cuius prudentia intererat, rerum ſummam diligenter adminiſtrare, videns paulatim ſocios, & locum eò neceſſitatis & penuriæ deuenire, vt ſub ea paupertatis ſpecie, qua proficientes mirum in modum delectabantur, ſeptem viri in dies inedia, & rerum omnium caritate preſſi, vix diutius perſeuerare poſſent, Bonaiunctam cum ſocio Alexio Florentiam illico miſit, qui quotidie per vrbē receptas oſtiatim à pijs hominibus eleemoſynas, illuc tranſmitterent. Dum autem viri duo illi nobiles, & probatiſſimi, per vrbem, primo cum ſarcinulis ſuper humeros, tam humiliter viſi ſunt eleemoſynas petere, vidiſſes totam pariter commoueri Ciuitatem, accurrere populum, audiſſes rurſus infantes, ac pueros acclamātes: Ecce ſerui: ecce ſerui beatæ Mariæ. Vidiſſes eoſdem manibus plaudere; matribus inter vlnas blandiri, & rogare: Facite eleemoſynas ſeruis Mariæ. Sic itaque ciuium ſubſidijs, priuatorumq. eleemoſynis ſuperata illa extremæ inopiæ difficultate, magnum quid ſupererat adhuc laboris, nimirum, diſtantia loci: Senarius enim, præter arduum iter, plurimum diſtat ab vrbe, vt vix ſingulis diebus hinc inde trāſmeari daretur, abſq; intermedia ſaltem nocturna quiete:

te: interdum etiam vigentibus imbrium,æſtuum,pluuiarum,& ventorum tempeſtatibus;adeò vt neceſſariò cogerentur, qui pridem ab vrbe receſſiſſent, prope eamdem hoſpitium procurare. Erat tunc locus extra mœnia vrbis, quem gens illa vetuſta Caphagium agrum vocauerat; forte ibi perantiqua beatiſſimæ Virginis, accolarum religione, ſuper paruam aram omnibus in angulo viarum communem,& peruiam, iamdudum colebatur depicta, imago, quæ & loco nomen indiderat Sancta Maria in Caphagio: ibiq. ſeptem viri paruum hoſpitiolum pro illis, qui eleemoſynas in dies per vrbem collegiſſent, extruendum curarunt.

Interea, Florentiæ Epiſcopus Ardingus,hortabatur eos, vt cùm viderēt in dies magnum ad Senarium fieri hominum concurſum, nollent omnino quorumdam vocationem impedire, cupientium ſe illis adiungere, quo ſalubrius Deo,beatæq.Virgini eorum exemplis inſeruire poſſent. Quod ſi à ſuæ conuerſionis exordio neminem in ſuum conſortium admitti velle intenderent,neq;vllo modo ſe auctores cuiuſcumque, aut ſodalitij, aut Ordinis, aut Congregationis huiuſmodi vmquam inſtituere excogitaſſent; hac tamen in re beatæ Virginis patronæ mentem potius humili prece pulſandam, quam propriam illorum voluntatem ſequendam fore;vt ſicut eiuſdem glorioſæ Dei matris gratia in vnum conueniſſent, eadem quoque illuminante, poſſent intelligere, an eorum ſaluti expediret,alios in ſuum conſortium recipere.

Sexto iam labente pœnitentium virorum anno, tempus aderat, quo incarnandi Verbi myſterium, æquinoctio vernante celebrare conſueuit Eccleſia; cum forte accidit in Senario, vt vinea, non multo ante infra pomerium plantata,diluculo tertiæ Dominicæ Quadrageſimæ, in ramos & gemmas turgeſcere extempore viſa fuerit, ac ſubinde locum circumdare palmitibus, præcocesq. vndique producere botros; quod patres illicò intuentes, nouum ſibi apparuiſſe prodigium rati, Deum precabantur, vt tam inſoliti euentus, qui magnum quid portendere videbatur myſterium,eis reuelare dignaretur. Bonfilius

O vero,

vero, qui nihil inconſulto Epiſcopo auſus vmquam tentare fuiſſet, rem, vt contigerat, Ardingo narrandam mandat, ſi forte ex tam admirabili prodigio aliquid ediſcere poſſet. Venit igitur ad Epiſcopum, qui diceret, vineam, quam præterito anno in Senario, prope clauſtrum patres plantauerant, eadem nocte totum locum palmitibus, gemmis, vuiſque turgentibus miro ambitu fuiſſe circumplexam. Is, audito nuncio, de tam immature pubeſcente in Senario vinea, ſequenti nocte, poſt habitam ſuper his ſpecialem orationem, viſum huiuſmodi ſe recepiſſe coram illis conteſtabatur: Vidi, ò filij mei, quos iterum in Domino parturio, vitem in ſeptem propagines dilatatam, totidemq. ex ſingulis ramuſculos frondeſcere, gemmasq. & racemos inde coaleſcere, quam ſpecioſa Virgo Dei mater mihi oſtendebat ſummopere propagandam,
Eccli, 24. dicens: Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei, fructus honoris & honeſtatis Hanc verò prodigioſam vitem tam cito florentem nobis reuelatam, ſi bene, filioli mei, cum veſtra hac vberrima vinea, tam immature tempore præuertente conferatis, quis veſtrum inficiari vmquam poterit, hanc eſſe voluntatem Dei ſanctificationem veſtram, ab alijs participandam fore? vnà mecum, quæſo, meditemini patres, vix rarò, aut nunquam in diuinis ſcripturis de vite, aut de vineis haberi ſermonem, quin Eccleſiæ, & ſeruorum Dei propagatio, amplificatioq. futura ſua intelligentia non comprehendatur: quod etiam indicabit beatiſſima Dei mater patrona veſtra, cum ſeipſam vitem vocauerit fructuoſam; quæ quidem non contenta hac ſeptemplici veſtrum propagine, in alios quoque ſeruorum ramuſculos dilatari aulam ſuam mandat. Cauete igitur, filij mei, ne de cætero videamini Spiritui ſancto reſiſtere, aut alijs velle ſalutis aditum præcludere; quin potius æquo animo propagantes, hanc Reginæ cæli familiam, quos videbitis in veſtrum inſtitutum propenſos, eos libentiſſime inter vos recipiatis. Quibus ſeptem viri auditis, ſe id vltro facturos polliciti ſunt, quod diuina ſors eis haud perquirentibus attuliſſet nullo ſtudio, nullave cura ſatagentes, ex

ſei-

ſeipſis quempiam ſibi adiungere, aut alia loca procurare, niſi quæ beata Virgo eorum protectrix, ſuæ familię propagandę in poſterum obtuliſſet.

Vix Florentinus Pontifex ab eis diſceſſerat, quando viſum eſt Bonfilio ſuper his ſermonem huiuſmodi habere cum ſocijs: Quam noſtra interſit, dilectiſſimi fratres, Dei Genitricis patronæ nutibus obſequi, & qua poſſumus prudentia, & conſilio ventura diſponere, nemo inter vos eſt, qui non diligenter animaduertat: nos iamdudum, diuina tantum charitate feruentes, contemptis omnibus, ſolitudini, ac paupertati vitam noſtram addiximus, optantes mundo incogniti exiſtere, vt vnaquaque poſthabita ſollicitudine, Deo tantum, ac eius matri inſeruire poſſemus, res noſtras quoad fieri potuit in occulto egimus, & relicta vrbe, montem hunc ſolitarium incoluimus, nè nimia hominum conſuetudine præpediti, minus ea, quæ Dei ſunt, ad noſtram ſalutem conducentia curaremus; attamen vix licuit in ſilueſtri ſolitudine nos ab hominum frequentia ſubducere, cum iam vniuerſæ ferè vrbi cogniti, minus voti compotes eſſe poterimus, incaſſum equidem laborauimus: quandoquidem, vt audiſtis, & iam videtis, non fortuitò, vel humana ſuaſione, ſed cæleſti conſilio in hominum cognitionem res noſtræ deuenitunt. Hactenus, pleroſque, qui nobiſcum viuere expectabant, nullis precibus admittere voluimus; ſed nunc video impoſſibile fore, vt diutius hac in noſtra perſiſtamus ſententia. Diuinæ itaq; nunc, chariſſimi fratres, voluntati acquieſcendum, nunc patronæ noſtræ, tam apertis indicijs feliciter ominanti, parendum; paſtoris Epiſcopi adhortationibus tandem obtemperandum. His à Bonfilio dictis, communi conſilio decretum eſt, vt die noctuq. triduanis inuigilarent orationibus; quointerim, diuino Spiritu afflati, & inſtantem Chriſtianæ redemptionis per Crucem commemorationem (vt par erat) meditantes; adueniente poſtea glorioſa Chriſti Reſurrectione, maturius ſuper his deliberare deberẽt, ſacra dies Paraſceue iã aduenerat, quãdo Chriſtus Ieſus, legationem à Patre impleturus ſuper Crucem, myſterium illud humanæ redemptionis, per ſa-

cratiſſimi ſui ſanguinis effuſionem compl re debuerat; quæ omnia viri ſeptem miro modo contemplabantur. Cum iam imminente nocte ante ſabbatum, qui prius cõſueuerant eadem die, ad hono em beatæ Virginis ſeptem gaudia recitare, è veſtigio parati erant ſeptem eiuſdem mœrentis matris dolores inter illas noctis tenebras, intimis præcordijs recolere; quaſi congemiſcentes, deplorantiq. ad ſepulchrum, matri compatientes. Factum eſt autem, vt iam iam inter illas nocturnas preces virgo Deipara, ſole ſplendidior, & non ſine aliqua æternæ ſuæ beatitatis ſpecie, coram eis lugubres quaſdam inter manus veſtes geſtans, adſtaret, Angelorum circumquaque aſſociata multitudine, quorum alij ſingula paſſionis myſteria, alij propius lugubres habitus, alius expanſum librum, titulum alius ſeruorum aureis radijs circumornatum cum palma in manibus geſtabat. Dum verò tam inſolito viſu perterriti, tam coruſco ſplendore circumfuſi Patres admirantur: Adſum, inquit illa, ego Dei mater, tot veſtris precibus efflagitata: vos mihi primùm in ſeruos elegi, vt ſub hoc meo nomine vineam filij mei excolatis: aſpicite, quali vos veſtium genere indui iubeo, habitus hic indicat ſuo atro colore, quem hodie in vnigeniti mei morte ſim paſſa, mœ orem: vos igitur multicolores mundanarum veſtium pro me aſpernati, haud difficile habebitis in poſterum huiuſmodi indumenta geſtare, quo referatis in veſte, quos paſſa fuerim dolores in corde: accipite & & hanc Auguſtini regulam, vt hoc aureo Seruorum meorum titulo inſigniti, hanc quoque æternæ vitæ palmam conſequamini. Quibus dictis, e conſpectu eorum abijt. Hanc vero viſionem, quam & ſcriptorum varietate, & antiquæ traditionis auctoritate, ſic eueniſſe compertum eſt; quidam, communem omnibus orantibus fuiſſe, quidam verò ſingulis ſpecialem per ſomnium contigiſſe, ſcripſerunt. Nec deſunt alij, qui hanc eamdem viſionem, eodem fermè tempore Ardingo fuiſſe communem affirment, quod non videtur a veritate, & ratione alienum: cum compertiſſimum ſit, illos eumdem habitum & regulam diui Auguſtini, per manus Epiſcopi Florentini, non

abſq;

abſq; nutu cæleſti recepiſſe. In huius rei perpetuum monumentum, viri illi ſeptem ſtatuerunt, vt Bonfilius, & ſucceſſores generales Seruorum, huiuſmodi emblemate pro ſigillo vterentur, in quo Deipara virgo cum filio manu porrigit ſanctum habitum vni ex fratribus, qui ad pedes genuflexus illum humiliter recipit, quem Bonfilium inter ſeptem referre certo ſcimus ex antiquis monumentis. Diei vero Paraſceue, & ſabbati huiuſcemodi, commemorationem cupientes poſtea Patres, ad harum rerum memoriam conſeruandam, in album referri faſtorum, ſanxerunt, vt eadem ſexta feria, parentalia defuncti Ieſu Redemptoris, cum glorioſo ſepulchro, & virgine Deipara adſtante, præcipuo quodam ritu celebrarentur in ſingulis Ordinis Eccleſijs ſub maiore ara. Quam piam conſuetudinem (cum iam obliterari cœpiſſet) hodie multò magis renouarunt pij Patres, & prætertim in Eccleſia Annunciatæ de Florentia, & Seruorum de Bononia, & Piſtorij, & alibi. Succedente verò die ſabbati ante Paſcha, coronationem beatæ Virginis, Reginæ cœli, ſolemni pompa celebrari mandarunt: quam, vt frequentiori populorum deuotione poſtea multo amplius cohoneſtarent, Calliſti III. & Innocentij VIII. indulto, ſacra diei eiuſdem myſteria in ſero per ſingulas huius Ordinis Eccleſias celebrari curarunt.

Poſtquam viri ſeptem, ſancto habitu cum regula ſancti Auguſtini, à B. Virgine donato, per manus Epiſcopi Ardingi, in Senario fuiſſent induti; ijdemq. anno elapſo, coram eodem Ardingo, ſolemnem profeſſionem emiſiſſent, Bonfilius Ordinis prior declaratus, multos ad ſanctum B. Virginis habitum recepit: cumq. ex multiplici ſanctarum perſonarum germine, plurimas ſegetes in B. Virginis agro, pinguesq. exinde fructus ſperare cœpiſſet, triplicem familiam Seruorum B. Virginis excogitauit: alteram, quam non fortuitò Conuentualium dixerunt: alteram, ſacrarum fœminarum: tertiam verò vtriuſq; ſexus pœnitentium. Idem pias quaſdam preces, & laudes, ad honorem beatæ Virginis quotidie recitandas, inſtituit. Huiuſmodi fuerunt ab initio, & deinceps.

Primò Salutatio angelica, vſq; ad, Ventris tui: in initio cuiuſlibet Horæ Canonicæ, atq. etiam in principio Miſſę.

Secundò, Salue Regina, in fine Miſſæ, & Horarum canonicarum.

Tertiò, Septem gaudia beatæ Virginis, quolibet ſabbato in ſero.

Quartò, Corona quinque pſalmorum, incipientium à ſingulis litteris ſanctiſſimi Nominis B. Mariæ.

Quintò, Nocturnum cum tribus lectionibus de beata Virgine, quolibet ſero ante Completorium, ob approbatam ab Alexandro IV. Religionem.

Et præter hæc, conſtans fuit, ac perpetuum decretum, ne vllo vmquam tempore prætermitteretur Officium paruum B. Mariæ virginis, ſed quotidiè perſolueretur, vel ab omnibus in choro, feriali tempore, vel feſtiuo à binis, aut quaternis, aut pluribus in capitulo, dummodo numquam interciperetur. Atque hinc ab ipſius Religionis exordio, ſacrorum rituum, certarumque ad Deiparam virginem precationum, & laudum, præcipua conſuetudo inualuit: vnde poſtea Conſtitutionum illarum lex emerſit, quæ, de Reuerentijs beatæ Mariæ virginis; de Aue Maria; de Salue Regina; de Nocturno; de Corona B. Virginis; de Officio Eccleſiæ; denique inclinationibus, & genuflexionibus, iuxta Breuiarij, & Miſſalis Romani decreta, perpetuò ſancitæ leguntur.

Iam defuncti Cœleſtini Pontificis teſtimonio, varijſq. colloquijs in Romana Curia Seruorum beatæ Virginis fama diffuſa, ad omnium ferè Prælatorum aures peruenerat, cum Innocentius IV. Pontifex maximus, anno 1243. electus, vt huius Ordinis ſub titulo B. Virginis exordia agnoſceret, Petro Veronenſi Apoſtolicæ Sedis, per totam Italiam Inquiſitori vigilantiſſimo Florentiam aduentanti, negotium hoc inter alia demandauit, vt Neotericorum quorumdam in ea vrbe Religioſorum, ſub titulo Seruorum B. Mariæ virginis, nuper excitatorum, mores & inſtituta diligenter inquireret, & an eſſent tolerandi; an potius, iuxta decretum Concilij Lateranen. ſub Innocentio III. abolendi cenſeret. Petrus igitur Ve-

ronenſis ex Ordine Prædicatorum, vir, non minori ſanctitate, quam virtutibus, & doctrina refertus, per totam Italiam cum omnimoda poteſtate arguendi peſſimos mores, & hæreticas prauitates inquirendi, coercendique à Pontifice deſtinatus, dum Florentiæ munus ſibi demandatum perſolueret, huiuſmodi titulum Seruorum, nouam inſtitutionem, eorumque conſuetudinem, & vſum viuendi diligenter inquirens, vrbis Epiſcopum conuenit, eiuſque teſtimonium, & fidem petens, de ſingulis quæ acciderant, & quo modo ſub auſpicijs beatæ Virginis initiati forent, certior factus; ſiniſtram tandem, quam de eis poſſet concipere, ſanam in opinionem conuertit: hos etiam, vti plenius agnoſceret, ad ſe accerſiri primùm, deinde apud illos diuerſari voluit, & Bonfilium allocutus cum cæteris fratribus, eorum originem, vitam, numerum, & pleraque alia ad Religionem, fidemque ſpectantia ſciſcitatus, didicit. Quorum vita irreprehenſibili audita, ac ſanctitate non ficta diligenter inſpecta: vir Dei lætatur, exultat, grateſque ingentes Mariæ Chriſti parenti refert; tum, quia tales, ac tantos viros in ſeruos ſibi delegiſſet; tum etiam, quod ſibi multoties oranti, per ænigmaticos exceſſus reuelaſſet id, quod apertiſſime tunc in eiſdem fratribus ſeruis completum eſſe intelligeret. Ex quo enim Florentiam venerat vir ſanctus, affirmabat ſe in extaſim poſt orationem ſubleuatum, vidiſſe montem clara luce altiſſimè obductum, ac omnium florum genere ornatum; inter quos ſeptem lilia candidiſſima cæteris pulchritudine, & ſuauitate longe præſtare, quæ ab Angelis in vnum collecta, & ante beatam Virginem oblata, ab ea hilari vultu ſuſcipiebantur, & Petro ſimul commendabantur. Non deſunt etiam qui referant, quo modo oranti Petro viſum fuerit, aliquando B. Virginem Angelis circumſeptam, vtriſque ſub vlnis, & clamyde contegere eoſdem fratres, quos antea fuerat Petrus allocutus: dumque huiuſcemodi viſione detentus admiraretur, dixerit ei B. Virgo: Aſpice, Petre, hi ſunt viri, quos ex aliorum conſuetudine mihi in ſeruos elegi, vt peculiari hoc nomine inſigniti, mihi perpetuum

O 4 fa-

famulatum impenderent: fac igitur, vt nomen meum, habitumque eis collatum, retineant, ac regulam S. Auguſtini obſeruent. Quibus dictis, euanuit. In cuius viſione plurimum Petrus oblectatus, ſummo mane Ardingum adijt, enarrans quæ ei acciderant. Ambo deinde ſumma lætitia affecti, iterum fratres conuenerunt, quos Petrus incredibili gaudio amplexatus, eis, quæ pijſſima Virgo dignata fuiſſet ſibi oſtendere, enarrabat. Quæ quidem omnia, dum publice ad populum Florentinum concionem haberet, ſumma ciuium alacritate recenſebat, hortabaturque Florentinos, vt hos ſuos religioſos venerarentur, quos verè eſſe Virginis ſeruos comperiſſet, & Innocentium ſummum Pontificem, vt habebat in mandatis, de eorum optima inſtitutione, auſpicatiſſimoque exordio, reddidit certiorem.

Numero fratrum quotidie exſuperante, videns Bonfilius Senarij locum vix tantam poſſe multitudinem capere, de nouo Florentiæ extruendo cœnobio, dilatandoq. Caphagij hoſpitio, conſilium cum patribus inijt. Interea, paratis, quæ pro primo lapide in fundamentum iaciendo, opportuna viderentur, pater Bonfilius memoranda die octaua ſeptembris, primum lapidem benedixit, & in perpetuum celeberrimi futuri Templi fundamentum auſpicato, poſuit ád honorem Virginis glorioſæ, vt ita in poſterum fundationis eiuſdem Ordinis, & tempus referret, & vetuſtum S. Mariæ de Caphagio nomen, etiam diutius conſeruaret, ob eamdem Dei matris imaginem, quam, cúm temporis diuturnitate, tum noui ædificij ſtructura, collapſam, de pariete in cordibus hominum, per illud idem nomen perpetuo reſtauraret: quin & in ſacratiſſimam tandem, admirabilemque Virginis Annunciatæ imaginem, feliciſſimo Dei auſpicio depictam, conuerteretur. Neque enim exiſtimandum videtur, Bonfilium talem imaginem elabi prius permiſiſſe, quam animo cum alijs patribus concepiſſe de ea propediem inceſſiorem, auguſtioremque ſacratiſſimæ Annunciatæ vultum reſtaurandam.

Iam cœnobium ad Religioſorum normam conſurrexe-
rat,

rat; extructoque interea ſpeciali quodam ſacello ad modum parui Oratorij, conſilium inter ſeſe inierunt, de reſtauranda antiqua illa B. Virginis imagine, quæ iamdudum nomen loco dederat, Sancta Maria de Caphagio: quam, & temporum vetuſtate conſumptam, & ædificiorum, vt dictum fuit, ruinis collapſam, denuo reſtituere, in votis habebant. Adhibitis igitur primùm orationibus indictiſque per Bonfilium ieiunijs, decernunt accerſiri pictorem, ad nouam beatæ Virginis inſtaurandam imaginem, quam ſemper orantes inſpicerent, & quodammodo in ſuæ cæleſtis Reginæ proſpectu, ſemper ad eius obſequium parati viderentur. Quare pater Bonfilius, vnà cum Alexio, ſtatuit, vt quemadmodum hic Ordo, ſub titulo ſeruorum, fuerat à Dei matre excitatus, ita quoque eius imago B. Mariam repræſentaret ſub eadem ſpecie, qua ſeipſam Dei ancillam declarauerat: quo capto conſilio, egregium in vrbe pictorem, Bartholomæum nomine, conueniunt, quem graphicæ artis peritum agnouerant. Hunc igitur rogarunt, vt pietatis gratia, Deique amore, opus illud aggredi, atque perficere dignaretur: annuit illico pictor dulci ſermone, religioſaque pauperum illorum fratrum neceſſitate deuinctus, ſeque eis illud opus ſola liberalitate facturum promiſit; quod ne multa forſan ab alijs ſibi oblata pecunia feciſſet: conductus itaque pictor, & religioſa illorum prius conſuetudine mirum in modum oblectatus, atque eorum exemplo ad recte viuendum excitatus; prius quàm manus admoueret, vt opus aggrederetur, animum ab omni peccatorum labe expiare curauit. Nec deſunt, qui afferant, illum ex eadem fuiſſe ſocietate, ſanctam Mariam virginem laudantium, perpetuamque coluiſſe Virginitatem, & in conficiendis huiuſmodi ſacris beatæ virginis Mariæ imaginibus, mirum in modum ex ſua deuotione in Deiparam, delectatum. Tempus non longè aberat ab imminenti feſto dominicæ Incarnationis, quando ſperabant patres, opere illo abſoluto, poſſe quodam ſolemni ritu celebrare feſtum Annunciationis beatæ Virginis; quamobrem vehementer pictorem vrgebant, vt

opus

opus illud quam cito perficeret: iam completa apparebat Gabrielis Archangeli imago; iam paries cum proſcænio expletus, iam Virginis glorioſæ figura tota, præter faciem, & caput, conſpicua erat, cùm pictor, alioqui tales imagines perficere aſſuetus, cœpit animo hæſitare, quaſi propriæ artis, & induſtriæ oblitus; adeò vt ſibi penitus diffidens, aliena quæreret adiumenta, nimirùm, orationes illorum patrum: ſic igitur vacillans pictor, & animo hærens, poſtera die cùm opus aggredi vellet, aliquantiſper, aut ſomno correptus, aut forte extaſim patiens, mox expergefactus, beatiſſimæ Virginis caput & vultum, abſque alia humani artificis ope, neque penicillo, aut terrenis coloribus, ſed manu Angelorum diuinitùs completum, qui effigiem beatæ Virginis referret, aſpexit. Obſtupuit è veſtigio tantæ rei nouitate pictor, obſtupuere patres; miraculum omnes, miraculum acclamantes, & gratias Deo, & laudes Deiparæ virgini decantantes. Iam per vniuerſam vrbem publico rumore ferebatur, quod inter pingendum eueniſſet, nec niſi de oſtenſo diuinitùs miraculo habebatur ſermo: ab vniuerſa tandem ciuitate fit ad ſacrum locum concurſus, ſingulis obſtupeſcentibus, diuinumque illud virgineum caput è cælo deſcendiſſe, vno ore atteſtantibus, omnes ſacram illam imaginem vnanimiter gratiarum matrem appellant: ac proinde hæc verba ad eius pedes, de communi conſenſu, ſcribi mandant: Madonna ſanta Maria Madre di gratie. Quod, quam vere dictauerit Spiritus ſanctus: tot ſtatuæ cereæ, tot hominum ſimulacra, tot vota, tot tabulæ, tot ſigna, tot oblationes, tot vaſa argentea, tot ſerica paramenta, quæ his noſtris nedum priſcis temporibus adhuc inſpiciuntur, ſempiterni ſunt teſtes.

Dum virginales Serui in Dei obſequium, & B. Mariæ famulatum quotidie feruētiores euaderent, Philippus Florentinus, ex nobili Benitiorum familia oriundus, non dum annum ætatis ſuæ vigeſimum excedens, tot mirabilibus Ordinis Seruorum beatæ Virginis auditis, ſeruus & ipſe glorioſæ Dei matris hoc modo euaſit. Feria quinta Reſur-

ſurrectionis Domini, quæ fuit 24. Aprilis, pergens Philippus ad ſacrum Annunciatæ virginis Oratorium, vt ibi ſacris intereſſet, cum audiret verba illa ex Actibus Apoſtolorum cap. 8. Philippe, accede, & adiunge te ad currum iſtum: quaſi dicta ſibi forent, è veſtigio in mentis exceſſum raptus fuit, & inter ingentem ſolitudinem dum is, cœno, præruptisq. anfractibus plenam ductus; quam cum pertranſire ſatageret, horribili ſerpentum aſpectu deterritus, quo ſe verteret, quod auxilium imploraret, quod conſilium illico caperet, totus timore cōſternatus, ignorabat. Cumq. iam perterritus exclamare cœpiſſet, opemq. à Domino poſtularet, rurſus audiuit: Philippe, adiunge te ad currum iſtum: quod audiens, ſubito ad cœlum eleuat oculos, & currum aureum: mirabile dictu! videt, quatuor rotas habentem, quem leo, & ouis trahebant, ſuper quo ſpecioſiſſimam Dei matrem aureo in ſolio ſedentem, conſpicit, multorum Angelorum choro ſtipatam, è cuius manibus nigrum pallium à curru pendebat, quem ſuper candida circumuolabat columba. Ad illum currum ſeruus Dei cum accedere, & in exceſſu feſtinaret, iam diuinis officijs completis, pater Alexius, cui de Oratorio cuſtodiendo cura demandata erat, ad Philippum acceſſit, à ſomno excitauit, compellans vt de Templo iam claudendo, recederet: at ſemianimis Philippus, ab ea viſione, velut à ſomno expergefactus: Parcat tibi, inquit, ò pater, parcat tibi Deus; me enim à tanta ſuauitate depuliſti, vt ſine cibo & potu in ea diutiſſime perſeueraſſem. Hæc vbi dixit, tamquam manſuetus agnus de loco receſſit, domumq. reuerſus, multa ſuper viſionem illam eo die meditabatur. Sequenti verò nocte Virgo eadem glorioſa iterum apparens ei, dixit: Philippe, ſeruos meos in craſtinum adeas, ab eis enim præuiſi currus myſteria diſces, quæ poſſis ſtatim exequi, fidelis mei ſeruus euaſurus. Iam illuceſcente die, Philippus Caphagium ſine vlla mora petijt, loci ſuperiorem Bonfilium adijt, viſum, vt euenerat, per ordinem enarrat, ſeq. cum illis fratribus & viuere, & mori deſiderare inſinuat: ad quem conuerſus Bonfilius, quid nam portenderet ingens illa ſolitudo; quid ſenticoſum illud, ac præ-

præruptum iter ſignificaret; quidq. terrifica illa monſtra minitarentur, breuibus expoſuit: vitam ſæculi, tot laqueis, tot periculis, tot imminentibus malis obnoxiam, indicans, quot ille ea in ſolitudine perterritus monſtra vidiſſet. Contra verò, per aureum currum, vitam Religioſorum ſignificari demonſtrabat, cuius quatuor rotæ, indicant Religioſorum perfectiones, in quatuor præcipuè virtutibus contineri; nimirum, humilitate, cordis munditia, paupertate, obedientia; quæ, niſi conſtantia perſeuerantis animi, & manſuetudine cordis moueantur, ac circumferantur (id oſtentant ouis & leo currum trahentes) incaſſum fore omne Religioſorum opus. Quod verò virginem, auree in ſolio vocantem audiſti, & pallium nigrum oſtentantē vidiſti; ſcias te ad ſacrum hunc noſtri Ordinis currum quandoq deducendum allici, in quo poſſis columbinam illam, quam circumuolare vidiſti, ſimplicitatem imitari, noſtram hanc circumquaq; luſtrans, & dilatans Religionem. Dux tibi erit Regina virgo: hæc ſua puriſſima virginitate tibi caſtitatem ſeruandam oſtendit: hæc ſua paupertate ad mundi contemptum te allicit: hæc ſua humilitate ad perpetuam obedientiam te inuitat: hæc pulla veſte ad mœrorem paſſionis dilecti filij ſui te diſponit. Quibus vbi finem impoſuit B. Bonfilius; tunc Philippus lacrymis præ dulcedine obortis, ſupplex orat patres, vt illum ad habitum admittere velint; ſe enim vehementer deſiderare, vt quam cito ſeruus Seruorum beatæ Virginis euadat, cupereque, ac humiliter petere ſe recipi, non quidem inter Clericos, id enim indignum ſibi reputare, ſed inter laicos illos, qui alijs inſeruire conſueſcunt. Annuit Bonfilius tantā iuuenis humilitatem tacitus conſiderans, ac Philippum ad laicorum habitum admittit.

Interea Bonfilius à beatiſſima Virgine vnus electus fidelis œconomus, & prudens, quem conſtituerat ſuper ſeruorum familiam, iam ſenio, ærumnis, laboribusq maximis confectus, cum religioſæ quieti, animæq ſaluti in Senario totus incumberet; tandem, veluti re ipſa bonus filius à pientiſſima Dei matre glorioſam promeruit cumulate in cælis hæreditatem accipere. Nam quadam nocte in

in ſacro monte, poſtquam ſacra fuerunt abſoluta, & nocturnis Horis finis fuiſſet impoſitus, vt moris erat, omnes ſimul conueniunt, audiuntq. vocem dicentem: Bone fili, quia mei filij vocem audiſti, & propter eius amorem omnia reliquiſti, centuplum accipies, & vitam æternam poſſidebis. Quibus dictis, corpus illico exangue factum, anima ad Chriſtum migrauit.

Cunctis verò expaueſcentibus, iterum vox auditur, dicens: Subuenite ſancti Dei, occurrite Angeli: animam, quæ mihi ſeruiuit in terris, ad cæleſtia regna deferte: vos autem ſerui mei amantiſſimi corpus humate. Quibus abſolutis, patres, vires penè perditas, recuperantes, felici appropinquant corpori, ex quo immenſum odorem emanare ſentiunt; atque faciem, quaſi ridentem, ſplendoreque nimio fulgentem inſpiciunt. Beato fine quieuit, anno ſalutis 1262. kalendis Ianuarij.

Ioannes verò de Manettis, qui poſtea frater Bonaiuncta nuncupatus, miraculis clarus ad æternam vitam euolauit, anno 1257. pridie kalendas Septembris.

Benedictus Antellenſis, qui ſuſceptò habitu frater Manettus dictus eſt, cæleſti beatitudine perfrui meruit, 6. kalend. Septembris 1268.

Bartholomæus de Amidæis, quem poſtea, gentilitio ſuorum agnomine, fratrem Amidæum dixerunt, ſancte, vt vixerat, in Domino obdormiuit, quartodecimo kalendas Maij, anno Domini 1266. poſtquam triginta quatuor annis in Ordine prudens, & fidelis famulus beatæ virgini Mariæ vigilanter inſeruiſſet.

Ricouerius, ex Vguccionia familia, qui & ipſe gentilitio proſapiæ titulo frater Vguccionius, vel Vguccius (vtroque enim modo reperitur) dictus fuit; & Gerardenus de Soſtenis, frater Soſtenus, ex vſu pariter nuncupatus, à Comitijs Viterbij habitis, ad ſacrum Senarij montem reuertentes, ibi leui quadam infirmitate ſimul grauati, non multo poſt anno ſalutis 1282. die lunæ, tertia Maij, eadem hora ex hac turbulentiſſima, ad tranquillam vitam euolarunt. Quorum enim corpora, & animæ in vita fuerunt coniunctæ, in morte quoque non

ſunt

Digitized by Google

ſunt ſeparatæ: cum eorum glorioſi cineres in Eccleſia ſacri montis ſimul fuerunt reconditi; ſpiritus verò, in manus Domini collocati. Id quidem fuit præoſtenſum in ſomnis B. Philippo Benitio, tunc eiuſdem Ordinis generali, qui eadem nocte, dum à curia reuerſus, ageret Florentiæ, duo lilia à terra præciſa beatæ Virgini offerri vidit; ex quibus ſtatim horum felicem obitum præſenſit. Quapropter lucis iam exorto ſidere, verba faciens coram patribus, dixit: Gaudete, fratres, duo lilia, quæ in agro noſtro militanti florebant, in agro triumphanti modo tranſplantata vernant in conſpectu Domini; Soſtenus namque, & Vguccionius, patres noſtri, qui Religionem hanc cum alijs quinque ordinarunt, feliciſſime hac nocte obdormierunt in Domino.

Alexius denique de Falconerijs, decimum ſupra centeſimum annum attingens, coronari, & ſuper cæleſtem gloriam, qua die ſabbati ſemper coluerat beatam Virginem, ſeptimo idus Februarij, anni 1310. exaltari meruit. Hic cum ſocijs, beata Virgine adhortante, à ſæculo vocatus, vnum præ cæteris ſibi, dum viueret, ſeruandum ad honorem beatæ virginis Mariæ ſtatuit; nimirum humilitatis virtutem, qua adeò enituit, adeò præfulſit, vt id quod humilitatem non redoleret, ſibi vix placere poſſet. Quamobrem ſi inter ſeptem viros nouiſſimum, deſpectum, ſacros Ordines renuentem accipere, intelligas; ſi viliſſimos ſubire labores; ſi oſtiatim per vrbem eleemoſynas quærere; ſi alijs ſubijci; ſi abſque clericali corona inter laicos perpetuò connumerari, arctamq. & aſperam degere vitam, & ab omnibus cõtemni, ab omnibus deſpici velle; vnum hunc præſtãtem virum audias: totum id ingenuæ illius humilitati tribuendum eſſe, certò ſcias. Inſtante ſui deceſſus die à ſe præuiſa, ſanctiſſimis Eccleſiæ Sacramentis communitus, fratribus adſtantibus, quos ad humilitatem & puritatem adhortatus fuit, quam quotidiè centies recitare ſolitus erat Salutationem angelicam, hilari vultu, oculis in cælum defixis, deuotiſſimè compleuit. Poſtremò autem: Eia, inquit, videte, fratres mei, adſtantes Angelos ſub

co-

Digitized by Google

columbarum ſpecie coram me. Eia, fratres mei, genibus flexis puerum Ieſum me coronantem aſpicite,& adorate. Videte,fratres mei, quali corona donandi ſumus,ſi religioſã puritatem, & humilitatem ſectemur: ſi tandem puram & humillimam Dei matrem,& patronam noſtram imitemur. Quamobrem retulit P Lapus Benitius Florentinus,qui cum alijs fratribus interfuit, idq. iureiurando afferebat, quòd B. Alexio decedente,poſtquam Salutationem angelicam, vt dictum eſt, recitaſſet, circumuolantes coram eo candidiſſimæ aues, viſæ fuiſſent; inter quas puer Ieſus, ſanctum illum ſenem proprijs manibus corolla varijs floribus contexta coronauit, & ſecum animam illius in cælum extulit.

DE SANCTO SILVESTRO Auximate, Ordinis Silueſtrinorum Fundatore.

CAPVT XXII.

SAnctus Silueſter Abbas Auximenſis, Ordinis, qui de monte Fano, ſeu Silueſtrinorum dicitur, inſtitutor, mirabili erga Virginem glorioſam afficiebatur deuotionis affectu: dum de more ſub noctem intempeſtam, ad vſitatum in Oratorio pſallendi, precandiq. penſum, rite Deo cum fratribus perſoluendum iret: cumq. inter eumdum deſcendere cœpiſſet quoſdam ſcalarum gradus, ſupplantante dæmone, præceps per illas ſcalas datus eſt, ingenti impetu, totiſq. ponderibus deuolutus; luna minimè pernox erat, cęlum ingenti tempeſtate,& aquarum alluuione deſæuiebat; venti inter ſe aduerſi certabant, omninò nox opaca, & horribilis; vt ad viri patientiam, Chriſto permittente,tentandam, dæmones, cœlum, elementa conſpiraſſe viderentur. Silueſter verò afflictus,& conſauciatus ita iacebat humi,vt & propter lubricum ſolum

Ex eius vita apud Gonon.i. appéd. ad vitas Patrum Occidétis.

lum,& debilitatum corpuſculum,conatus ſæpius exurgere,illicò cum maiori dolore recideret,vt ne reptãdo quidem ingredi poſſet. Ergo fratrum auxilium in choro pſallentium ſæpius implorat, ſed præ concinentium ſtrepitu, præq.horriſono imbrium,ventorumq.fragore,exaudiebat nemo. Semiuiuus igitur,miſerandum in modum iacuerat aliquandiu ſuper frigidam ,& lutulentam humum, & pluuiæ, ventorumq. tempeſtate pene obrutus; magnam tamen animi tranquillitatem conſtantiſſimè retinebat. Recrudeſcentibus autem,propter frigus,& nocturnum aerem,vulneribus,dubium non erat,quin eſſet in ea calamitate animam efflaturus, niſi ipſe opportunè ad implorandam beatæ Virginis opem confugiſſet:quare precabatur ſanctiſſimam Dei matrem , vt ne ſe tam ſubito , filijs, quos Chriſto genuerat,abſentibus,ex hac vita migrare pateretur; neq.enim mortem horrebat,quam ſemper æſtuãti animo peroptaret . Affuit precanti clementiſſima Virgo, auguſtiſſimo aſpectu,& beatiſſimo lumine fulgens;ac ſe palam incredibili benignitate ſpectandam dedit,eumq. non modo incolumen reddidit , vt ſolæ,ad omne teſtandum,relinquerentur vulnerum cicatrices; verum etiam ne ſentientem quidem in cellam temporis momento reſtituit,atq; extemplo diſceſſit in cœlum . Enimuero obſtupuit Siluester , & beatæ Virginis benignitatem expertus,in eiuſdem patrocinium,recenti præſertim illius in ſe beneficio,atq;miſericordia inuitatus,clientelamq. confugit,& arctiori,quam antea,amoris vinculo eidem Virgini ſanctiſſimè ſeſe obſtrinxit . Hoc etiam idem ſtudium, eamdemq pietatem in ſuis cupiebat eſſe præcipuam: vnde mater benigniſſima gratum erga ſe,ac pium filium non deſtitit maioribus quotidie muneribus cumulare. Nocte quadam Siluester, poſt vſitatas preces, repente leui quodam ſomno correptus,viſus eſt ſibi ad Bethleemiticas rupes eſſe tranſuectus , & præſepe adijſſe , Chriſti Domini Natali nobilitatum ; mox in quoddam Templum perductus,ante altare ſtetiſſe precabundus: precanti auguſtiſſimo lumine fulgens virgo Maria,non modo ſeſe illi palam oſtendit; verum etiam eum blande allocuta eſt,&,Vis ne
in-

inquit, fili mi Siluester,corpus filij mei Ieſu Chriſti recipere? Hac viſione, atq; irritatione cohorruit primo Silueſter;deinde cum ſe collegiſſet,ingenti cum tremore reſpondit:Paratum cor meum,Domina,paratum cor meum: impleatur voluntas tua in me. Tum illa,vere dulcis Virgo, ſua manu puriſſima ſanctiſſimum Chriſti corpus Silueſtro porrexit; cuius nimirum diuina virtute tanta eſt beati viri mens luce perfuſa, vt ab eo tempore nullus ei plane in ſacris voluminibus locus eſſet obſcurus. Quid mirum! poterat ne illi quidquam eſſe abditum, cui & mater ſapientiæ, & ſapientia ipſa ſe tam familiariter patefeciſſet? Felix prorſus, ad quem accedit propius Saluatoris mater;& cuius corpus aliàs conſauciatum mirabiliter ſanarat;eiuſdem nunc mentem, atque animum cæleſtibus epulis benigniſſime refecit.

Placidiſſime efflauit animam, in cælo perpetuò regnaturam, ſexto kalend. Decembris, anno poſt Chriſtum natum 1267. ætatis ſuæ anno 90.ab inchoato Ordine 37. à confirmato,fermè 20. qui eo viuo maxima fecit incremẽta,&in multa cęnobia,paſſim extructa,diſtributus eſt.

DE S.PETRO DE MVRRHONE, Sacri Cœleſtini Ordinis Fundatore.

CAPVT XXIII.

INter præcipuos beatiſſimæ Virginis cultores,non infimum tenet locum vir ſanctiſſimus Petrus Moronius,ſeu de Murrhone,Eremita Iſernienſis,ſacri Cœleſtinorum Ordinis inſtitutor; qui ad ſumum Pontificatũ electus,Cœleſtini V.nomen accepit,ac toti Ordini dedit.

Hic,tres annos natus,cum in præacutum lignum oculum dextrum illiſiſſet, & lumen amiſiſſet,à beata Virgine ſanatus eſt,vt ne macula quidem,nec vulneris veſtigium appa- Gonon. in eius vit. & in chron. B M. Virgin.

appareret,perfectumq.lumen recepit. Grandiuſculus factus,cùm ſcholas frequentaret,ſæpe ab eadem Virgine,& S. Ioanne Euangeliſta erudiebatur. Factus vir, ſolebat per ſingulos annos ſex quadragenas incredibili cum rigore ieiunare,quarum tertiam in honorem ipſius ieiunabat, incipiens à feſto Apoſtolorum Petri & Pauli, vſque ad eiuſdem Virginis Aſſumptionem; multis quoque ad eum videndum confluentibus, vt eos ad Virginis amorem, & deuotionem inflammaret, corollas precarias tribuebat. Cœleſtinorum Ordini à ſe inſtituto, viuendi modum præſcribens,non contentus fuit diuinæ laudis Officio;ſed conſiderans intemeratam Virginem eſſe peccatorum ſcalam,portam cæli, veniæ largitricem, & gratiæ misericordiæq. matrem, ordinariæ ſeruitutis penſo, præmiſit quotidianum ipſius immaculatæ Genitricis Officium,vt conciliata prius matre, facilior eſſet per eam ad filium acceſſus:cuius præterea Officium ipſe ab adoleſcentia deuotiſſimo cordis affectu recitabat Cum à Cõcilio Lugdunenſi, impetrata ſui Ordinis confirmatione, rediret, & iuxta vrbẽ Aquilæ, in loco Colliſmadij requieſceret,vidit in ſomnis ſcalam erectam, nec non Angelos aſcendentes & deſcendentes, ac in ſcalæ ſummitate glorioſam virginem Dei genitricem Mariam,inter Angelorum choros exiſtentem:quæ ad beatum virum conuerſa, vt in eodem loco Eccleſiam in ſui honorem conſtrueret,præcepit His auditis, ad monaſteriũ ſancti Spiritus concito gradu reuerſus, duos fratres ſine mora Aquilam direxit, vt pro ædificanda Eccleſia locum illum emerent. Quod vbi factum eſt, euocantur artifices,fundamenta iaciuntur,opus acceleratur,Eccleſia conſtruitur,& in eo loco,quo ſcala illa mirabilis apparuerat, altare in honorem virginis Deiparæ erigitur.

Migrauit ad Dominum anno ſalutis 1296. die decimanona menſis Maij.

DE

DE BEATO BERNARDO Ptolomæo, Ordinis Monachorum B.Mariæ montis Oliueti Fundatore,

CAPVT XXIV.

SEnis, quæ apud Etruſcos clariſſima, & antiquiſſima vrbs eſt, hominum omni virtutum genere, & præſertim ſanctitate illuſtrium, parens fœcundiſſima, é nobiliſſima Ptolomæorum familia natus eſt beatus Bernardus Ptolomæus, Ordinis Monachorum S. Mariæ montis Oliueti fundator, ac integerrimæ Virginis Dei matris ſtudioſiſſimus venerator. Hic confraternitati, vt vocant, vel ſodalitio, ſub Deiparæ inſignibus excitato, celeberrimo Xenodochio de Scala Senenſi penitùs ſubiecto, cum nobiliſſimis ciuibus fuit ab adoleſcentia adſcriptus. Inde ſanctiſſimi viri, & veterum reſtitutores, & nouorum Ordinum conditores exiſtunt, In his ſanctus Bernardinus, lignipedum vulgò, de Obſeruantia, Fráciſcanorum inſtaurator, beatus Ioannes Columbinus Ieſuatorum auctor, Stephanus Maconius Carthuſianorum propagator. Ad hoc Oratorium pro legibus, cum ſocijs permultis ſæpius in hebdomada ſe recipiebat Bernardus, ſæpius eti m in anno cibo abſtinebat, vigilias ducebat, flagris ſeſe operiebat, peccato um ſordes expiabat, ſacroſancto Chriſti corpore paſcebatur, pro ſolemni piæ illius ſocietatis conſuetudine.

D Secund⁹ lancellott⁹ Peruſinus, Abbas Oliuetanus in hiſtoria Oliuetana libro 1.
Bened. Gononus li 6. de vit. PP. Occidétis

Artium non modò humanarum, ſed etiã cæleſtium eximius doctor effectus, vbi difficilis & aſpera materia obuia fiebat, auditoribus exponenda, communis, eiq. ſingularis præſidis & patronæ Virginis Deiparæ ea in re auxilium petebat, ſummiſq. precibus rogabat, vt perſpicacitatem impetraret, qua ſuis auditoribus, quos filiorum loco vnicè diligebat, ignorationis tenebras illuſtraret. Quadam au-

tem die, dum philoſophiam in publica academia profiteretur, repente vtroque oculorum lumine orbatus; cum iam in ſummis poſitus videretur anguſtijs, ad matris Dei patrocinia confugiens, eius auxilium obnixe poſtulabat; eidemq. votum nuncupauit, ſi priſtinæ oculorum ſanitati reſtitueretur, ab hominum conſortio longiſſimè receſſurum, duriſſima veſtimenta ſuſcepturum, quodq. vitę ſupererat Deo conſecraturum. A qua, cum non ſine euidenti miraculo priſtinæ fuiſſet ſanitati reſtitutus, de recuperato luminum aſpectu debitis gratijs perſolutis, ad gymnaſium acceſſit, in cathedram aſcendit, quidq. Deus, beatæ Virginis precibus exoratus, admiratione dignum in ſeipſo præſtiterit, ordine commemorat: tantaq. facundia, copiaq. dicendi, ad mundi contemptum, cæleſteſq. diuitias complectendas auditores hortatus eſt, vt omnes quotquot aderant, in magnam ſuimet confuſionem verſi ſint, & continuò quidam eorum, inter quos Patritius Franciſci Patritij, & Ambroſius Nini Piccolominei Senenſis, ferè nobilitatis principes, eidem arcto neceſſitudinis vinculo coniunctiſſimi, quaſi quadam facundia cęleſti accenſi, Bernardo adhæſerunt, & vnà ſecum temporum perturbationes peroſi, ex vrbe demigrarunt, & in proximum Senæ montem, qui Oliuetus dicebatur (ex quo ipſa familia Oliuetana appellata eſt) ſeſe receperunt, vbi illis inædiæ, vigilijs, & perpetuæ orationi operam nauantibus, plures ad eos confluere cœperunt. Ibi Bernardo in oratione procedenti, cælumq. ſuſpicienti, ſcala, quæ videbatur argentea ſeſe obtulit, tantæq. longitudinis, vt ex eo loco, quo preces effundebat, ad cælum vſq; pertingeret. Faſtigium tenebat Chriſtus à dextris, & virgo Maria à ſiniſtris, ſtolis candidiſſimis exornati. Virgini pectus ſidere coruſcabat, cuius mira proculdubio & lux & ſpecies: per gradus ingens conſpiciebatur Angelorum & monachorum, quos candidæ veſtes operiebant, multitudo. Angeli deſcendebant, & monachos manu prehenſos, dum ſcalæ verticem tenerent, benignè admodum adiuuabant, vbi Chriſtus & Genitrix cælitum numero adſcribebant. Omnia non mediocri cum admiratio-

ne

ne B.Pater Bernardus contemplatus, tantiq. proſpectus aliquem certè ſocium participem cupiens,quos proxime orationibus vacare nouit, feſtinus euocat. Moniti, patrem adeunt, digni ſunt, vt diuino illo ſpectaculo, ante quam euaneſcat, breui temporis ſpatio delectentur. Viſionis in præſentia myſterium homo Dei non percipit, donec cælorum Regina per ſe ipſa non enunciet, cum non multos poſt annos,vt referetur,ipſum cum ſodalibus candidas veſtes adhibere iuſſit in congregatione, quibus ſuo nomine, auſpicio, & patrocinio vterentur. Multò deinde clarius patuit viſionis interpretatio,cum à Bernardi interitu,altera æde, quam primæui patres extruxerant, quod inferius enarrabitur, dimiſſa, permultis annis exactis,maxima illa & perhonorifica, quam hodie conſpicimus, Virgini excitata; vbi enim ſcalæ ſpecies viſa, ibi Odeum conſecratum eſt, monachi frequentes nocturnam, diurnamq. pſalmodiam exercent, & varias precationes effundunt,quibus eam cæleſtium ſedem reipſa aliquando conſcenſuri, animo ſæpius conſcendant,Angeliq. de quibus Vates regius, Principes coniuncti pſallentibus,oblatis Deo precibus opitulentur. Gratiſſimo aſpectu Bernardus magnoperè lætatus eſt, cùm videretur & ipſi & cæteris perpaucis æternæ retributionis, quam Deus ſuæ conuerſioni in cælis compararet, ſpecimen datum. Ea propter commilitones continenter hortatus eſt, incepta proſequantur, & habito identidem virtutum progreſſu in religioſis operibus ad extremum vſq; fatum, perſeuèrent. Iis,in prædicto monte ſolitariam, & potius angelicam,quam humanam vitam ducentibus,non defuere,dæmone auctore, qui eos ad Pontificem, tunc temporis Auenione degentem, quaſi nouarum rerum auctores, deferrent. A ſummo igitur Pontifice acciti,& ab eodem (Virgine,quam,vt felicem negotio exitum intenderet,exorauerant,opitulante) benigne accepti, cauſam ſuam ita integre, atq;innocenter defenderunt, vt ab eo innocentes iudicati, eos ad virum præſtantiſſimum,& auctoritate grauiſſimum, Guidonem Petramalium Aretinum Epiſcopum,in cuius diœceſi mons Oliuetus ſitus erat,cum man-

datis, ac litteris apoſtolicis remiſerit, vt ipſis habitum ſanctæ Religionis, ſub aliqua probata regula traderet. Lectis litteris, atque, ad Dei voluntatem clarius dignoſcendam, triduana inædia eremicolis indicta, dum quodnam vitæ genus eis proponat Epiſcopus cogitat, monaſticum ſancti Benedicti inſtitutum in mentem venit. Bernardus interim Virginem Deiparam patronam ſummo ſtudio deprecabatur, vt optimum à filio tantæ rei euentum obtineret. Triduo, quo inædia conſtituta eſt, exacto, per quietem Epiſcopo cælorum Regina adfuit, ſereniſſima vultu, nitida & candida veſte amiciebatur, & magna beatarum mentium frequentia deducebatur: Diuinæ, inquit, maieſtati, mihiq. gratiſſimum accidit conſilium, quo chariſſimos montis Olіueti famulos, Benedictinis legibus deuincire cogitas: aliquid tamen deſidero longe gratiſſimum, ac præcipio, candido veſtias habitu, vtpote, quos in delicijs habitura ſim. Etenim decretum eſt, meis dumtaxat auſpicijs congregationem prouehere, meoq. nomine appellare. Hic, porrecta manu, monticulos albos tres indicat in vnum coactos, oleæ ramuſculo vtrinq. conſurgente, recta Cruce purpurea medio monticulo infixa, radijs vndique, non ſecus atq; auro collucentibus, his verbis: Hæc eis dato inſignia: nam mea hæc congregatio à monte Oliueto vocabitur. Somno excitatus Antiſtes, diuinum eſſe negotium, non mediocri cum admiratione intelligit, tantam ſanctiſſimæ Virginis ſollicitudinem animaduertens. Poſtera luce ſeſe Bernardus, Patritius, & Ambroſius Epiſcopo ſiſtunt: quibus illico conſpectis, & perhumaniter exceptis: Patres, inquit, Deo, beatiſſimæq. Virgini gratias agamus, eò quia, licet neminem fugiat eximia Dei erga illos, qui in eo confidant, clementia & liberalitas; tamen dum & nos pro tenuitate etiam atq; etiam orabamus, per veſtra ieiunia & rogationes; præcipuum, idq. ſatis illuſtre voluit exhibere argumentum, cùm nocte præterita miſerationis mater dormientem præſens conſolata ſit. Quæ omnia in ſomnis acceperat, ordine prodidit; quibus auditis, Deo gratias agere, lacrymas effundere, Bernardus præ cæteris gaudio

pro-

propemodum ſolui; quod virgo Domina non obſcurè declarauerit obſequium ab ipſo præſtitum,& fuiſſe & fore ſibi acceptiſſimum. Paulò poſt, vt ſanctæ Genitricis voluntatem exequeretur Epiſcopus,eos Aretij in Templo ſanctiſſimę Trinitatis candidis induit veſtimentis;eiſdemque Benedictinę legis codicem tradidit;atque,vbi omnes ad eam cuſtodiendam, mentisq candorem, candidis circumdatis veſtibus conſentaneum, planè conſequendum, ſumma contentione exhortatus eſt,hæc addidit: Virgini quoque, filij, ſuo id ore enuncianti auſcultemus neceſſe eſt,ideo decernimus,congregationem iſtam, cęleſti quod & vidiſtis, & cognouiſtis oraculo conditam, futuris perpetuò temporibus appelletis,Monachorum ſanctę Marię montis Oliueti: eiusq. inſigne, quod ab ipſa conditrice demonſtratum, præferatis, tres nimirum monticulos niueos eiuſdem formæ, ſimul compactos, quorum medius alijs impoſitus, magis emineat,& purpureæ Crucis ſignum exhibeat: vtrimq; demum virentis oleæ ſurculus exoriatur. Facta deinde ab Epiſcopo facultate, monaſterium cum delubro in prædicto monte erigendi, illud in honorem beatæ Mariæ ſemper virginis erexerunt, facultatibus proprijs à Bernardo, & Patritio ad id liberaliter attributis.

Bernardus tandem, vir egregius, atque, ob præclaras virtutes, antiquis primæuæ Eccleſiæ patribus comparatus, magnis ad inſtituendam, ac promouendam, neſcio an dixerim ſuam, ſiue integerrimæ virginis Mariæ congregationem, laboribus exantlatis, immarceſcibilem gloriæ coronam adepturus, migrauit in cælum, anno ſalutis humanæ 1348 vndecimo kalendas Septembris. Cum eius dilectiſſimi ſodales, ac filij, Patritius, vir nobilitate & rebus laudabiliter geſtis florentiſſimus; atq; Ambroſius Piccolomineus, moribus non minus, quàm progenie inſignis, anno 1320. mortalitate exuti, eum in cæleſtem patriam præceſſiſſent.

DE S. IOANNE COLVMBINO, Ordinis Ieſuatorum Fundatore.

CAPVT XXV.

Paul. Morigia in ci⁹ vita.

SAnctus Ioannes Columbinus, ſacri Ordinis Ieſuatorum inſtitutor, diuam Deiparam præcipua animi pietate coluit, & veneratus eſt; nec immerito quidem, quippe qui in Senenſi ciuitate, quæ ob ſingularem erga Virginem amorem, Ciuitas Virginis dicitur, natalitia habuerit. Hic in ipſo ſuæ conuerſionis exordio trifariam fortunas ſuas partitus, alteram Monaſterio, quod vulgò dicitur, Sanctæ Bondæ; alteram Senenſi Xenodochio; tertiam ſodalitati glorioſæ virginis Mariæ, quò aptius ab eadem glorioſa Virgine, virtutum munera, quæ re ipſa obtinuit, impetraret, partem contulit. Ad Virginem tum per ſe, tum per alios, quotieſcumque alicui peccatori nuper conuerſo, ſtabilitatem ac perſeuerantiam orabat, Salutationem angelicam identidem recitando, ſupplex accedebat. Quos in filios ſuſcipiebat, ante imaginem Virginis in campo Senenſi, ſæcularibus induuijs abreptis, ſacro Religionis habitu induebat, quo eis perſuaſum iret, vitiorum habitibus reiectis, amoris Deiparentis indumenta induenda ſibi fore. Cigoli opidum petijt, deſiderio motus venerandi miraculoſam imaginem beatiſſimæ Virginis, quæ magna ibi deuotione colitur.

Cæleſtem metam felici iaculo attigit, reparati orbis anno 1367. menſe Iulio excedente, die ſabbati magnæ Dei Genitrici ſacro.

DE S. BIRGITTA SVECIA, Ordinis Monialium, & Monachorum Birgittenſium Fundatrice.

CAPVT XXVI.

SAncta Birgitta Suecia, regia ſtirpe progenita, non minus virtutibus, quàm diuinis reuelationibus admiranda, Ordinis Monachorum, & Monialium Birgittenſium à Chriſto electa fundatrix, Mariæ Deiparæ virgini, quàm ſingulariter addicta, ac dilecta fuerit, patet tum ex eius vita, tum ex operibus, quæ ipſa in chriſtianorum ſingulare decus, ac ſolatium, æterna cum ſui nominis gloria, ad poſteritatis notitiam tranſmiſit. Cùm ſeptimum attigiſſet ætatis annum, quodam tempore euigilans, ex oppoſito lecti ſui altare, & ſuper illud Dominã noſtram ſplendidis veſtibus indutam, ac magni pretij coronam manu ferentem, aſpiciens, ipſam ſibi dicentem audiuit: Birgitta, veni. Surgenti illi & ad aram properanti, Domina dixit: Vis ne habere coronã hanc? Illa annuente, impoſuit eam capiti eius: vnde ſenſit quaſi circulum coronæ cingentis caput, ſtatimq. viſio illa diſparuit, quam tamen numquam poterat obliuiſci. Duodennis, cum puellis ſuis coætaneis, ex ſerico & auro acu pingebat: & ecce viſa eſt illi aſſidere Virgo quædam ignota (Deipara fuiſſe creditur) eam in eo opere adiuuans. Interrogata deinde, quęnam ipſi aſſediſſet, ſe neminem vidiſſe reſpondit. At matertera, eius opus, quod tum præ manibus habuerat, non ab illa tam tenera puella, ſed diuinitus potius elaboratum, conſiderans, inter reliquias illud fideliter aſſeruabat. Quandoq; in partu Birgitta periculosè laborante (licet enim ipſa ſummoperè in virginitatis propoſito permanere cuperet; cuidam tamen adoleſcenti diuiti, illuſtri, cordato, & prudenti, Vlphoni ſcilicet de Vlphaſo, Ex ei⁹ vita

Neri,

Nericiæ Principi, quem B. Virginis Horarias preces orare didicit, fuerat à parentibus deſponſata) benigniſſima cælorum Regina, quaſi ſerico albo induta, ad eam ingredi viſa eſt, & ſtans ante lectum, ſingula iacentis membra tangebat, mulieribus, quæ ibi tunc aderant, mirantibus & ſtupentibus vniuerſis. Qua iterum egrediente, mox illa ſine vlla difficultate peperit: vnde paulò poſt ipſamet Virgo Maria hoc ipſi S. Birgittæ reuelauit, dicens: Quando difficultatem in partu habuiſti, ego ad te ingreſſa ſum, ideò ingrata es, ſi non diligis me. Labora igitur, vt filij tui ſint etiam filij mei. Adeo autem Birgitta amore beatæ Virginis inflammabatur, vt aliquando Romæ in Eccleſia ſanctæ Mariæ maioris orationi vacans, & cogitare incipiens de partu Virginis, & de illa ſumma bonitate Dei, qui talem matrem puriſſimam ſibi voluit eligere, diceret intra ſe: O Domina mea, Regina cæli, in tantum gaudet cor meum, ex eo quod altiſſimus Deus te præelegit in matrem, & tantam dignitatem tibi conferre dignatus eſt, quod ego magis mihi eligerem in inferno æternaliter cruciari, quàm, quod tu vno minimo puncto de tanta excellenti gloria, & tua cæleſti dignitate careres. Et ſic amoris dulcedine inebriata, ſtabat ſupra ſe alienata à ſenſibus, in quadam extaſi mentalis contemplationis ſuſpenſa. Cui tunc Virgo apparuit, dicens ei: Attende filia, ego ſum Regina cæli, & quia tu me diligis tam immenſo amore; ideò annuncio tibi, quod tu ibis in ſanctam ciuitatem Ieruſalem peregrinando, quando placuerit filio meo, & inde ibis ad Bethleem, ibiq; oſtendam tibi in loco proprio totum modum qualiter ego peperi eundem filium meum Ieſum Chriſtum, vt eidē poſt annos quindecim oſtendit.

Lib. 7. Reuel. cap. 1.

Ibid. ca. 21.

Alio item tempore, eiuſdem beatæ Virginis charitate ſuccenſa, maximò cum feruore ſpiritus dicebat: Benedicta ſis tu, ò Maria, mater Dei; & benedictus ſit idem Deus tuus filius Ieſus Chriſtus, pro omni gaudio, quod mihi dederat ex eo, quod tu mater eius es. Ipſe, idemq; nouit, quod Maria filia Ioachim, eſt mihi carior, quàm liberi Vlphonis & Birgittæ; & magis vellem, quòd Birgitta, filia Birgeri, numquam fuiſſet nata, quàm quod Maria filia

In Reuelat. Extrauag. c. 63.

Ioa-

Ioachim, non eſſet progenita: & leuius eligerem, quod Birgitta eſſet in inferno, quam, quod Maria filia Ioachim, non eſſet mater Dei in cœlo. Cui reſpondit beata Virgo: Filia, ſcias pro certo, quod illa Maria filia Ioachim, erit tibi vtilior, quam tu Birgitta filia Birgeri es tibi ipſi; & eadem filia Ioachim, quæ eſt mater Dei, vult eſſe pro matre liberis Vlphonis & Birgittæ.

Rogans benigniſſimam Dei matrem, vt ſic extraheret à corde ſuo dilectionem omnium rerum temporalium, quatenùs filius eius eſſet ſibi ſuper omnia chariſſimus vſque ad mortem. Reſpondit mater: Quia filium meum deſideras habere in tuum chariſſimum, ſequere verba eius, quæ ipſe perſonaliter loquebatur in Euangelio, quæ ad hoc trahunt, vt ipſe præ omnibus diligatur: & ideò ſex verba euangelica reduco tibi ad memoriam. Primum eſt, quod dixit diuiti: Vade, & vende omnia quæ habes & da pauperibus, & ſequere me. Secundum eſt: Nolite ſollicitari de craſtino. Tertium eſt: Videte quomodo paſſeres paſcuntur, quanto magis Pater cæleſtis paſcet homines. Quartum eſt: Reddite, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo. Quintum eſt: Primùm quærite regnum Dei. Sextum eſt: Omnes, qui eſuritis, venite ad me, & ego reficiam vos. Lib. 6. c. 46.

Cùm quadam vice ſollicita eſſet, quomodo Reginam cæli laudare deberet, ipſa Regina ei apparens, dixit: Scias pro certo, quod omnis laus filij mei, laus mea eſt; & qui inhonorat eum, inhonorat me: quia ego ſic feruenter dilexi eum & ipſe me, quod quaſi vnum cor ambo fuimus. Et ipſe me, quæ eram vas terrenum, ſic honorificé honorauit, vt ſupra omnes Angelos me exaltaret. Sic ergo laudare me debes: Benedictus ſis tu Deus creator omnium, qui in vterum Mariæ virginis deſcendere dignatus es: Benedictus ſis tu Deus, qui cum Maria virgine eſſe ſine grauamine voluiſti; & de ea immaculatam carnem ſine peccato ſumere dignatus es: Benedictus ſis tu Deus, qui ad Virginem cum gaudio animæ eius, & omnium membrorum veniſti, & cum gaudio omnium membrorum eius ſine peccato de ea proceſſiſti; Benedictus ſis tu Deus, qui Lib. 1. c. 8.

vir-

virginem Mariam matrem tuam, poſt aſcenſionem tuam crebris conſolationibus lætificaſti; & per te ipſum eam conſolando viſitaſti: Benedictus ſis tu Deus, qui corpus & animam Mariæ virginis matris tuæ in cælum aſſumpſiſti, & ſuper omnes Angelos iuxta Deitatem tuam honorificè collocaſti: miſerere mei propter preces eius.

Vide Orationes eius reuelatas. Eamdem quotidiè laudabat duabus orationibus, ſibi à Deo diuinitùs reuelatis: in quarum prima pulchrè & deuotè laudatur glorioſa Deiparens de ſancta Conceptione & infantia ſua, & de omnibus virtuoſis actibus, & laboribus, & magnis doloribus totius vitæ ſuæ; & de ſanctiſſima morte & aſſumptione ſua. In altera verò commendantur omnia membra glorioſi corporis eiuſdem glorioſæ Deiparentis, & virtuoſi actus eius corporales. Extant inter orationes eius reuelatas, dignæ, quæ à fidelibus ſæpè repetantur. Vnde B. V. Maria poſtea quadam vice apparens ei in oratione, dixit: Ego promerui tibi illas orationes: ideoq quando has legeris deuotè, viſitaberis conſolatione filij mei.

Li.3.c.29. Piiſſimam ac potentiſſimam Dominam ſæpè rogabat; vt reſpiceret in ſe, & miſereretur ſui; eidemq. ſupplicabat, vt ſibi impetraret à filio, vt nullius peccati delectatio eam pungeret; ſed contritio commiſſorum eſſet ſtabilis; amor mundi eſſet ei mortuus; patientia perſeuerans, pœnitentia fructuoſa. Non enim, inquiebat, habeo aliquid virtutis pro me, niſi verbum vnum, hoc eſt: In Reuela. Extrauagant. ca. 52. Miſerere Maria. Se coram beata Virgine accuſans de corpore indomito, & voluntate inſtabili, eamdem rogabat, vt frenum imponeret corpori ſuo, & retinaculum voluntati. Cui Virgo reſpondit: Oratio ex deuoto corde ad honorem Dei effuſa, exaudiri meretur ad effectum: & ideo, tu, quæ petis frenum imponi corpori tuo, vt regatur ad voluntatem Dei, expedit, vt onus etiam imponas ei prouehendum, ad honorem regentis, vt cum voluntas tua ſit talis, quod magis velis tacere, quàm cum ſæcularibus hominibus loqui: & delectabilius tibi videtur paupertatem pati in domo tua, quàm omnes diuitias in domibus Principum aſpicere; quorum nec curas inimicitias,

ſi amicitiam Dei promereri poſſis: & ideò illud onus impono tibi, vt dicas aliqua verba, quæ Deo placuerint. Sic Deipara.

Eidem aliàs apparens, eam de modo ſe ſpiritualiter induendi docuit: & qualia deberent eſſe veſtimenta, & ornamenta, quibus induta, & ornata eſſe deberet, demonſtrauit. Informauit de virtutibus, quas intra ſe, & ex ſe habere debebat: eidemque conſuluit, vt nihil niſi Chriſtum diligeret; & vt doloroſæ paſſionis eius continuò recordaretur. Inſtruxit qualiter reſiſtendo reſponderet diaboli ſuggeſtionibus, cupiditatis, & amicitiæ mundialium, & luxuriæ. Qualiter etiam anima, quæ eſt coniuncta Deo per charitatem, licet inquietetur per cogitationes varias, ſi tamen reſiſtit, non imputantur ei ad peccatum, ſed ad meritum, & coronam. Inſtruxit etiam de modo tenendo inter ſeruos Dei contra impatientes: de intentione recta in omnibus operibus habenda, vt diuinus honor augeatur: de modo ſciendi diligere, & quatuor ciuitatibus, in quibus quatuor charitates inueniuntur, & quæ iſtarum debeat propriè charitas nuncupari perfecta. Lib. 1. c. 7. Lib. 5. quæſtionum. Lib 6. c. 1. Li. 4. c. 11. Li. 6. c. 27. Li. 4 c. 24. Ib. c. 114. Li 3. c. 28.

Ei tam familiaris extitit, vt tamquam ſecretariæ fideliſſimæ innumera propè, tum de ſe, tum de alijs arcana patefecerit. Reuelauit qualiter ipſa concepta fuit à parentibus ex præcepto obedientiæ diuinæ, ſine aliquo peccato originali; & quòd ibi plus operata ſit charitas Dei, quàm voluptas carnis. Reuelauit qualiter natiuitas ſua fuit per portam communem, & fuit initium verorum gaudiorum: quia tunc prodijt virgula, de qua proceſſit flos deſiderabilis cunctis gentibus: & quòd in ea dæmones fremuerunt, iuſti lætabantur, & Angeli gauiſi ſunt. Reuelauit qualiter ipſa non indiguit purificatione; quia ſine macula, & munda fuit: verumtamen, vt adimplerentur prophetiæ, voluit in lege, & ſecundum legem viuere, & nihil in ſe ſingulare oſtendere; ſed humiliter conuerſari. Reuelauit, quod non modicus dolor fuit ille ſibi inter cæteros, quando ſcilicet præ timore fugiebat cum filio in Aegyptum, & audiuit filium perſequi Lib 6. cap. 49. & 55. Ibid. c. 55. Ibid. c. 57. Ibid. c. 58.

ab

ab Herode, & interfici Innocentes. Reuelauit, quid ſenſit ſtatim concepto filio: & quæ ſenſerunt ipſa, & Eliſa-
Ibid.c.59 beth in amplexu mutuo; & de ſancta cohabitatione earum: & qualiter poſtea Angelus etiam ſolabatur eam formidantem, & inſtruebat Ioſeph mirantem. Reuelauit qualiter, poſt aſcenſionem filij longæuè ipſa vixerit
Ibid.c.61. in mundo cum multo dolore, viſitando loca, vbi ipſe paſſus fuerat, & mirabilia oſtenderat: & quod hoc permiſit Deus, vt exemplo vitæ, & virtutum eius multi conuerterentur, Apoſtoli roborarentur, & corona eius au-
Ibid.c.62. geretur. Reuelauit qualiter Angelus annunciauit ei tempus, quo ipſa debebat migrare de hac vita, & corporaliter aſcendere in cœlum: modum migrationis ſuæ, & meditationem, in qua eius anima cogitabat tempore obitus ſui, & aliqua magnalia, quæ contigerunt tunc, & quando aſſumpta fuit corporaliter ad cœleſtia. Reuela-
Lib.6.c.94 uit, vbi fuerunt illæ animæ, quas Chriſtus liberauit de inferno, quando deſcendit ad inferos, vſque dum aſcendit in cœlum; & etiam vbi remanſerunt corpora illorum, qui cum eo in Ieruſalem reſurrexerunt, quando eorum animas portauit ſecum in cœlum: & qualiter in reſurrectione prius ſe oſtendit Dominus eidem ſuæ ma-
Li. 7.c 13. tri, quam alijs. Reuelauit, quid egerit cum Carolo eiuſdem diuæ Birgittæ filio; & qualiter ipſa ſtetit propè ipſum, paulò ante quam emiſit ſpiritum, vt carnalem amorem non ſic in memoria haberet, quod propter eum aliquid Deo contrarium cogitaret, vel loqueretur, nec aliqua Deo placentia vellet omittere. Alia denique reuelauit, quæ nimis longum, ac operoſum eſſet recenſere.

In nocte natalis Domini, tam mirabilis, & magna
Li.6.c.88. aduenit Birgittæ exultatio cordis, vt vix ſe præ lætitia tenere poſſet, & in eodem momento ſenſit in corde motum ſenſibilem, & admirabilem, quaſi ſi in corde eſſet puer viuus, voluens ſe, & reuoluens. Cumque motus iſte duraret, oſtendit patri ſpirituali ſuo, & aliquibus amicis ſuis ſpiritualibus, ne forte eſſet illuſio; qui viſu & tactu probantes veritatem, admirabantur. Itaque, iterum eodem die in ſumma Miſſa apparuit mater

Dei,

Dei, & dixit ei: Filia, miraris de motu, quem ſentis in corde tuo: ſcias, quod non eſt illuſio, ſed oſtenſio quædam ſimilitudinis meæ dulcedinis, & miſericordiæ mihi factæ: nam ſicut tu ignoras, quomodo tam ſubito tibi cordis exultatio, & motus aduenit; ſic aduentus filij mei in me mirabilis fuit, & feſtinus: nam quando ego conſenſi Angelo nuncianti mihi conceptionem filij Dei, ſtatim ſenſi in me mirabile quoddam, & viuidum; & cum naſceretur ex me, indicibili exultatione, & mirabili feſtinantia, clauſo meo vtero virginali, prodibat. Ideo, filia, ne timeas illuſionem, ſed gratulare, quia motus iſte, quem tu ſentis, ſignum aduentus filij mei eſt in cor tuum: ideò ſicut filius meus impoſuit tibi nomen nouæ ſponſæ ſuæ; ſic ego voco te nunc nurum filij mei: nam ſicut pater & mater ſeneſcentes, & quieſcentes, imponunt nurui onus, & dicunt ei ea, quæ ſunt facienda in domo; ſic Deus, & ego in cordibus hominum, ſenes & frigidi à charitate, eorum, indicare volumus amicis noſtris, & mundo per te voluntatem noſtram: motus verò iſte cordis tui perſeuerabit tecum, & augebitur iuxta capacitatem cordis tui.

Cùm aliquando turbaretur Birgitta, quod loca ſancta Romanæ Vrbis non viſitaret, apparuit ei Dei mater, & dixit: Permittitur tibi viſitare loca iſta cum humilitate, & deuota reuerentia, quia in hac Roma maiores ſunt indulgentiæ, quam homines credere poſſunt, quas Sancti Dei glorioſo ſanguine ſuo, & precibus à filio meo impetrare promeruerunt. Ibid c. 105.

Cùm in ciuitate Neapolitana per aliquod tempus moraretur, ſoror quædam, Clara nomine, in monaſterio Monialium ad S. Crucem eam acceſiri fecit, & dixit ad eam: Habeo reliquias de capillis matris Dei, datas mihi per Reginam ſanctam, quas nunc tibi dabo, quia mihi inſpiratum eſt diuinitus, vt tibi eas committam, & hoc tibi ſignum erit, quod vera loquor, quia citò moriar, & veniam ad Dominum meum, quem ſuprà omnia diligit anima mea. His autem dictis, paucis diebus ſuperuixit, &, perceptis Eccleſiæ Sacramentis, emiſit ſpiritum. Sed cum beata Birgitta dubitaret, vtrum capilli illi eſſent In reuela. Extrauag. cap. 94.

de capillis virginis Mariæ, vel non; tunc in oratione apparuit ei eadem mater Dei, dicens: Sicut verum eſt, & creditur, quod ego de Anna, & Ioachim nata ſum; ſic verum eſt, quod iſti capilli creuerunt in capite meo.

In Reg. S. Saluatoris regulata. Hanc Deus optimus Maximus elegit, vt in S. Eccleſia ad honorem amantiſſimæ matris ſuæ nouam Monachorum, Monialiumque religionem fundaret; cui & Regulam proprio ore dictauit, & ſeruandam tradidit: in qua quidem Regula, hæc inter cætera ſtatuit: Sorores omni die, ob reuerentiam matris meæ virginis Mariæ, cantabunt ſolemniter Horas ipſius cum tribus lectionibus, tam feſtis, quàm priuatis diebus: Omni etiam die, ſigno facto, ad Veſperas ſorores conueniant adinuicem: & primò dexter chorus legat vnum Aue Maria, & inclinans ſe alteri choro profunde, dicat: Indulgete nobis propter Deum, & piiſſimam eius matrem Mariam, ſi vos verbo, vel facto, vel ſigno, vel nutu offendimus: nos enim ſi in vobis eſt aliquod delictum contra nos, libentiſſimè dimittimus. Et altero choro ſimiliter inclinante, & legente, veniamque petente, ſic accedant ad Veſperas: Ad finem verò omnium Horarum cantabunt antiphonam, Aue Maria, cum collecta, ſub hac forma:

Omnipotens ſempiterne Deus, qui pro nobis de caſtiſſima Virgine naſci dignatus es, fac nos, quæſumus, tibi caſto corpore ſeruire, & humili mente placere.

Alia oratio ad Virginem.

Oramus, & te piiſſima virgo Maria, mundi Regina, & Angelorum, vt eis quos purgatorius examinat ignis, impetres refrigerium: peccatoribus indulgentiam: iuſtis in bono perſeuerantiam: nos quoque fragiles ab inſtantibus defende periculis. Per Chriſtum Dominum noſtrum.

Omnibus quoque diebus feſtis, & priuatis, Miſſa de matre mea per ſorores cantabitur, & omni ſabbato ſorores poſt Miſſam matris meæ cantabunt, Salue Regina: Ante quatuor ſolemnitates matris meæ Mariæ, Purificationis, Annunciationis, Aſſumptionis, & Natiuitatis, debent in pane, & aqua ieiunare: Si qua ad Religionem ſuſcipi rogauerit, dicet ei Epiſcopus; Petis ingreſſum

huius

huius Religionis in nomine Ieſu Chriſti, & in honore ſanctiſſimæ matris eius Mariæ virginis? Dicente illa: Peto. Introducat eam tunc Epiſcopus in Eccleſiam, dicens: Ecce nunc illa dignè ingreditur hanc Religionem. Et cum ingreditur Eccleſiam, feratur ante illam vexillum rubeum, in quo imago corporis mei paſſi depicta ſit ex parte vna, & imago matris meæ ex parte altera; vt aſpiciens noua ſponſa ſignum noui ſponſi in Cruce paſſi, diſcat patientiam, & paupertatem: & aſpiciens Virginem matrem, diſcat caſtitatem & humilitatem. Abbatiſſa cum conſilio Epiſcopi eligatur à Conuentu, quæ ob reuerentiam beatiſſimæ Virginis matris meæ, cui hic Ordo dedicandus eſt, caput & domina eſſe debet: quia ipſa Virgo, cuius Abbatiſſa gerit vicem in terris, aſcendente me in cælos, caput & regina extitit Apoſtolorum & Diſcipulorum meorum. Mater mea omne tempus ſuum tribus diſtinxit temporibus; vnum, quo laudauit Deum ore ſuo: aliud, quo manibus ſuis ei ſeruiebat: tertium, quo corporis infirmitati compatiens, neceſſaria tribuit ei iuxta modum. Sic ſorores, omni tempore, quo diuinis non interſunt, vel lectioni, & tale tempus fuerit, etiam manibus ſuis laborent; vt ſicut mihi ſeruiunt ore, ſic ſeruiant & reliquis membris: & iſte labor non ſit ad aliquam mundi vanitatem, non ad aliquod proprium lucrum; ſed ſicut labor matris meæ, pro honore Dei, & Eccleſiarum vel pauperum vtilitate. Sic ibi.

Ignorante Birgitta quales lectiones deberent legi per Moniales, in honorem beatæ virginis Mariæ, apparuit Chriſtus, dicens: Ego mittam tibi Angelum meum, qui lecturam tibi in matutinis legendam per Moniales in monaſterio tuo, ad honorem Virginis matris meæ, tibi reuelabit, & ipſe eam tibi dictabit, & tu ſcribe illam prout ipſe eam tibi dixerit. Venit itaq; Angelus & ſermonem angelicum de excellentia beatæ Mariæ virginis, ex præcepto Dei, Birgittæ dictauit, & ipſa ex eodem præcepto deuotè conſcripſit, eumq. per lectiones diuiſum, in matutinis, per ferias hebdomadæ, per anni circulum, ſororibus legendum tradidit. In ſermon. Ang. de excell. B. Vir.

In Reuel. Extrauag. cap. 8. Cùm, poſt fundatum in honorem beatæ Virginis Aluaſtrenſe Monaſterium, Romam à Deo iuſſa veniſſet, ibiq; ab inuidis tam magnas tribulationes pateretur; vt inde ad tempus diſcedere, & malignantium furori cedere cogitaret; apparuit ei glorioſa virgo Maria, dicens: Filius meus potens ſuper homines omnes, & dæmones, & ſuper omnem aliam creaturam, inuiſibiliter reſtringit omnem conatum malitiæ eorum: & ego ero ſcutum protectionis tuæ & tuorum, contra omnes inimicorum ſpiritualium & corporalium incurſiones: propterea volo quòd tu & familia tua conueniatis ſimul quolibet veſpere ad

Ibid. c. 19. cantandum hymnum Aue maris ſtella; & ego auxilium præbebo in omnibus neceſſitatibus veſtris. Cum ſemel ſtaret in oratione, incidit ei cogitatio de ſtatu futuræ ſuæ religionis, quomodo tot perſonæ vtriuſque ſexus poſſent inueniri, ei apparens mater Dei, dixit: Filia, tu ſollicita es pro perſonis in futurum hanc religionem ingreſſuris: ſcias, quod filius meus, qui perſonaliter regulam iſtam dictauit, præſcit mille perſonas pro qualibet perſona, quam tu ſcis & ſperas hanc religionem ingreſſuram. Cui Birgitta reſpondit: Domina mea, faciliter inueniri poſſunt mulieres, quæ ſe ſubijciant Ordini, ſed difficilè inueniuntur viri, qui ſe ſubdere velint prouiſioni mulieris. Cui iterum mater Dei: Venient vtiq; illi, qui verba filij mei cum ſuauitate recipient, & eis vtentur ad commodum animę ſuę, & honorem Dei: venient etiam alij, qui non minus aduerſentur verbis filij mei, & ſimplici regulæ tibi reuelatæ, quam illi increduli, qui verbis Dei & Moyſi contrariabantur in deſerto, interpretantes verba Dei pro ſua voluntate. Verumtamen ſcias, quod verba huius regulæ ad perfectum coaptabunt ſe, & fructificabunt vſque in finem. Neq; tu, filia, ſollicita ſis de perſonis hanc religionem ingreſſuris; ipſe enim filius meus nouit, quos vocabit, & prædrdinat ſecundum ſuam voluntatem in opus miniſterij huius; quamuis quidam eorum erunt rebelles verbis filij mei, ſecundùm humanam æſtimationem ſuam, ſimplicitatem verborum præſumptuoſe paruipendentes, ſicut mundi ſapientes præſumunt

præ-

præferre ſententias ſuas aliquando diuinæ voluntati,quibus verum intellectum corrumpunt,& erroré inducunt.

In vltima infirmitate virgo Maria ei apperens,dixit: Si fœmina, quando eſt infirma, parit, omnes filij eius,quos parit infirmantur: ſed tu paries filios fortes & ſanos, & Deo deuotos; & ſanaberis melius quàm vnquam prius fueras, & non morieris; ſed venies ad locum tibi promiſſum, & præparatum. Nam, ſanctus Franciſcus diù fuit infirmus, & tamen tunc fecit fructum, & velle Dei: ſed poſtea ſanatus eſt, & fecit maiora, quàm infirmus. Sed quærere potes, quare tantum prolongatur infirmitas tua, & conſumitur natura & fortitudo tua: Reſpondeo tibi,quòd filius meus, & ego diligimus te. Nonne recordaris,quòd filius meus dixit tibi in Ieruſalem, quod peccata tua fuerunt dimiſſa tibi, quando ingreſſa fuiſti Templum ſanctum ſepulchri eius, quaſi ſi tunc à Baptiſmo leuata fuiſſes? ſed non dixit tibi,quod nihil pati deberes, quandiu viuis in mundo: ideo voluntas Dei eſt, vt charitas hominis reſpondeat charitati Dei,& quod negligentiæ præteritæ per patientiam, & infirmitatem diluantur. Reminiſcere etiam me dixiſſe tibi multoties, quòd verba filij mei, & mea ſpiritualiter & corporaliter intelligi poſſunt, ſicut dixi in ciuitate Strapeſundis. Ibid.c. 67.

Sexta autem die ante mortem eius, eidem apparens, dixit: Quid dicunt medici, nonne quòd non morieris? Verè filia, ipſi non attendunt quid eſt mori: nam ille moritur, qui ſeparatur à Deo, qui obduratus in peccato, non euomit immunditiam peccatorum, per cōfeſſionem. Ille etiam mortuus eſt, qui non credit in Deum,nec diligit creatorem ſuum: ſed ille viuit, & non moritur, qui ſemper timet Deum, qui frequenti cōfeſſione purgat peccata, qui deſiderat peruenire ad Deum ſuum. Verum, quia Deus naturarū loquitur tecum,qui etiam contra naturam diſponit,& tenet vitā tuā;ideò in medicamētis nō eſt ſalus,nec vita. Sed nec etiā neceſſe eſt tibi iam inniti medicamini;quia modicū tempus modico indiget cibo. Ibid.c. 68

Ad meliorem vitam tranſlata eſt, anno Domini 1373. ætatis 70 die 23. menſis Iulij.

DE GERARDO DAVENTRIENSI, Ordinis Clericorum vitæ communis Fundatore.

CAPVT XXVII.

Chronicon montis S. Agnetis.

VEnerabilis,ac Deo dilectus magiſter Gerardus,cognomento Magnus, Dauentriæ natus, ad Iſalam fluuium, anno 1340. Lutetiæ verò Pariſiorum in Sorbona ſacris litteris & pietate inſtructus, Ordinem Clericorum vitæ communis, ſeu in communi viuentium fundauit, circa annum Domini 1371 Hic, inter alia ſuæ in Deiparam virginem pietatis monumenta,eiuſdem Deiparæ virginis Horas de latino in linguam Teutonicam tranſtulit, vt ſimplices, & indocti laici haberent in lingua materna, quibus ſe occuparent ſacris diebus orando; quatenus dum fideles hæc legerent, aut ab alijs deuotis audirent legere, facilius à multis vanitatibus, & otioſis ſermonibus abſtinerent, atque in Dei, eiuſque matris amore, & laudibus diuinis, ſacris lectionibus adiuti, proficerent. Obijt Dauentriȩ (eſt Dauentria vrbs Epiſcopalis inferioris Germaniæ ad Iſalam fluuium ſita, atque Traiectenſi Epiſcopo ſuffraganea) anno Domini 1384. ætatis ſuæ 44. die 20. Auguſti. Cuius corpus ad parochialem Eccleſiam beatiſſimæ Dei genitricis Mariæ deportatum eſt, & illic, non longè à Sanctuario, digno cum honore ſepultum. Vide Chronicon montis S. Agnetis, Antuerpiæ excuſum, anno 1621. & Barboſam de vniuerſo iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 41. num. 145.

DE S. FRANCISCA ROMANA, Congregationis Oblatarum beatæ Virginis: ſeu Monialium Turris ſpeculorum Fundatrice.

CAPVT XXVIII.

SAncta Franciſca Romana de Pontianis, Congregationis Oblatarum beatæ Virginis; ſeu Monialium Turris ſpeculorum in Vrbe fundatrix, balbutientibus adhuc labellis, Officium Deiparentis Virginis cœpit lectitando recitare, non ſine omnium ingenti admiratione. Cùm vero iam maritali vinculo obſtricta foret, accidit, vt dum eodem Officio illibatam Virginem veneraretur, ter à coniuge vocata, toties quamdam antiphonam intermittere, ac reſumere, obediendi gratia, cogeretur: verum, tertia vice regreſſa, antiphonæ illius partem, quam primò interruperat, vſque ad finem eiuſdem, aureis characteribus exaratam inuenit. Aliàs, dum ſuis cum ſororibus quadam in vinea extra portam Oſtienſem moraretur, illis ligna in communes vſus colligentibus, ipſa furtim beatiſſimæ Virginis Horas pſallebat, quò liberius ſuſpiria, gemituſque, vt eo tempore conſueuerat, effundere poſſet. verùm dum in hoc tantæ Religionis opere perſiſteret, continuo denſis nubibus cœlum obtenebreſcere cœpit, nec longum in medio interuallum, cum tanta aquarum tempeſtas ingruit, vt repente, ſorores aliæ, quamquam effugere ſtudentes, vndequaq; fuerint madefactæ; ipſa verò Franciſca immobilis ſub diu perſeuerans, nec minimæ quidem guttæ aſpergine fuit humectata. Quotidie, aut ægra foret, aut incolumis, coronam B. Virginis recitabat, quam nec ipſa obitus ſui die prætermiſit; immo, cum iam ſpiritum ſummis labris teneret, moxq. ex hoc ſæculo eſſet migratura, eiuſdem Officium pſallere incepit; afferens, ſibi nequaquam tunc temporis illud eſſe omittendum,

Iulius Vrſinus in eius vita.

Liber antiquus M. S. de viſion. B. Franciſcæ Rom.

dum, quod alias numquam, licet vehementiſſimis affecta morbis, reliquiſſet. Inter alias dies, omnia ſabbata, totumq; illud tempus, quod inter kalendas Auguſti, Deiparæq. aſſumptionem intercedit, quo illius benignitatem recoleret, ieiunio tranſfigebat, ad quod præſtandum ſuas etiam diſcipulas lege obſtrinxit. Virginis Deiparæ impellente pietate, duabus ſibi adiunctis comitibus, Aſſiſium, Templum beatæ Virginis Angelorũ de Portiuncula inuiſura, pedes petiuit. Ioannem Baptiſtam filium Comiti Troiæ obſidem dare coacta, Templum Aracœli adiens, ſic ante Virginis aram deuouit: Cœlorum, inquit, Regina, ſine exemplari virgo, pietatis mater, Domina glorioſa, ſolamen afflictarum mentium, refugium hoc in mundi æquore procelloſo: tu, quæ numquam ad te confugientem reieciſti, reſpice, quæſo, me dolore contuſam. Scio equidem te haud doloris mei ignaram eſſe, aut inexpertam: ſimilem enim & tu pignore illo puriſſimi vteri tui quondam amiſſo, tribus diebus indoluiſti: fors pertimeſcens tunc Simeonis triſte vaticinium complendum, filiumq. tuum in eius ſanguinis cupidiſſimos prædam dandum. Et ſane filium meum mihi abſtulere, amiſi, quin perdidi, ipſeque iam præda hoſtium abſque perfugio eſt. Inter hæc, cæleſti circumſepta lumine, ſenſibus rapitur famula Dei Franciſca, videbaturq. ſibi cœli Reginam intueri, ea ſub ſpecie, qua erat effigies ante quam orabat. quamobrẽ ſtupore correpta, cogitabat, nullo modo imaginem, cui ſupplicabat, eam eſſe poſſe, quin potius aliquod Deiparæ ſingulare munus ſibi deſtinatum. Dum igitur, cæleſti infuſa dulcedine, extra ſenſus degebat, Baptiſtæ cauſam cum Comite Virgo egit: quippe cum iuſſiſſet Comes Neapolim eum adduci, nullum equorum, alioquin in curſu velociſſimorum, Baptiſtæ ſeſſio non fecit immobilem, quo perculſus Comes filium matri reſtitui iuſſit: Franciſca verò innumeras Deiparæ laudes idcirco exoluit.

Dum ſemel, pro vniuerſo populo chriſtiano, & maximè pro alma vrbe Roma ſtudioſiſſime oraret, ei in extaſi exiſtenti reuelatum fuit maximam Vrbi impendere ruinam:

Digitized by Google

vnde, cum pro damno Vrbis feruentiſſime deprecaretur, adfuit Dei genitrix sãctiſſima,& Angelorum Regina cum ſanctis Petro & Paulo apoſtolis, Stephano, Laurentio, Benedicto, & ardentiſſima Chriſti famula Maria Magdalena, Franciſcamq. admonuit,vt per ſe & Religioſos viros, & fœminas ſuum glorioſiſſimum filium exorari curaret,vt ipſe,ſua miſericordia,ruinam Vrbi imminentem,remouere dignaretur, & ad ſe Paulo apoſtolo conuocato, quæ futura ſciebat,pijſſima Dei genitrix dictabat, ipſo apoſtolo Paulo ſcribente,inter quæ,& proceſſiones faciendas præcipiebat, & Miſſas celebrandas, ſcilicet,ſanctiſſimæ Trinitatis, Annunciationis, Spiritus ſancti &c. ſcriptum vero cum S. Paulus Angelo tradidiſſet, Angelus Franciſcæ legendum exibuit;quod cum ipſa legiſſet,patrī ſuo ſpirituali Ioanni Matthiottio ſcribendum commiſit.

Eidem alias in oratione,ac ſancta meditatione exiſtenti, maligni ſpiritus aſpectu horribiles & terribiles adſtiterũt, ignemque, quem portabant,oſtendentes, dicebant: Hæc eſt ira Dei, quæ mittitur ſuper vrbem Romam, id eius operante iniquitate. Duoq. ex nobis ad Vrbem ſuffocandam, & deſtruendam, ſuper quamlibet eius regionem ſunt executores deſtinati. Ex quo Franciſca maximo timore, ac tremore affecta,ſe Vrbemq. diuinæ miſericordiæ inſtantiſſime commendabat: ſed ſponſam ſuam volens cæleſtis ſponſus conſolari, in aere pulcherrimam Dei genitricis imaginem coronatam, filium in brachijs tenentem,beato Ioanne Baptiſta ex vna parte, & glorioſis terræ principibus, Petro & Paulo ex altera, genibus flexis vtriſque,atq; pro almæ Vrbis liberatione ſupplicantibus, eidem oſtendit: & tunc humilis & deuota Dei famula Franciſca, vocem ſuauiſſimam ſibi dicentem audiuit: Excelſus, ac miſericors Dominus pijs iſtorum ſanctorum ſupplicationibus inclinatus, ſententiam contra Vrbem latam reuocauit; ſed niſi emendauerint ſe,maiori pœnæ ſubiacebunt.

Quodam alio tempore,cum de ſpirituali ſalute cuiuſdã ſibi in Chriſto filiæ, iam quaſi naturali priuatæ ſenſũ, ac in mortis articulo conſtitutæ,non leuiter dubitaret; eo

quòd illa correptionem ſibi factam, non ea, qua decet humilitate recepiſſet; ac ob id pro dicta infirma dulciſſime Dei matri intime, atq; affectuosè ſupplicaret, infirmam proprio nomine appellans, alta voce, dixit: Si verum eſt, quod glorioſiſſima cæleſtis Regina noſtræ Congregationis ſit ordinatrix, ego tibi præcipio, per virtutem ſanctiſſimæ obedientiæ, quod tu mihi loquaris. Infirma verò, licèt iam loquelam perdidiſſet, ſtatim reſpondidit: O mater, quid placet tibi? & Deipara intercedente ab illa extitit infirmitate liberata. Vnde Franciſca tanti doni non ingrata, glorioſæ Dei Genitrici laudes, gratesq; debitas rependit.

Validiſſimo aliquando cum ſtygijs deuicto Marte, extaſi rapta, Deiparam, tribus pretioſiſſimis coronis caput redimitam, immortalis lucis in pelago, ante diuinæ Maieſtatis tribunal, maxima animi oblectatione ſuſpexit, ipſamque, tribunal, vt ſpeculum lucidiſſimum lætabundam contueri. Illuc oculos etiam Franciſca dirigens, hæc verba in eo ſcripta legit: Vnus Deus, Vna fides, Vnum baptiſma. Exinde paulatim Deiparam amoris dulcedine transformari, ob amœniſſimum carmen laudis, ac benedictionis, quod diuinæ Maieſtati in ſpeculo, quod præ oculis habebat, iuxta tres illas vnitates, ipſa perſoluebat, diuinæq. Maieſtati pro varijs ſibi collatis donis grates hoc fere modo referre: Altiſſime, ac potentiſſime Domine, qui omnia creaſti, meq. ſingularis affectu amoris totam in te transformaſti, gratijs compleſti, ac gloria; tibi grates, laudes, benedictiones. Deinde ad Franciſcam conuerſa: Miſella, inquiebat, anima, quæ tot bonis diu frui non es capax; ad te ipſam, tibi iam iam remigrandum eſt. Scias tamen Deum eſſe qui te emundat, atq; harum, quas delibaſti, deliciarum, capacem facit. Quocirca ſenſibus rurſum donata, quamquam ob verbera, quibus nuper à dæmonibus vapularat, corpore debilior; tamen omnia paruipendebat, cum ad Dei in ſe charitatem dulci meditatione animum reducebat. Sex inde abſumptis diebus, eadem dignata viſione, diuamq. Dei parentem eodem in ſpeculo contemplandam contuita, proq. ſibi

data

data fide ad Deum filium hæc fere loquentem : O Pater, ac fili dulciſſime , qui me vt reginam coronaſti : o æterna ſapientia, quæ ſic me in fide firmaſti , ac fundaſti , da mihi ſpeculum hoc, propter quod credidi ſincerè,firmeque veritati catholicæ, vnde tecum copulata,feliciſſimis æternitatis delicijs fruor, aſpectare . Præterea ad Franciſcam conuerſa : Anima, inquiebat , diuinæ ſapientiæ fructuum cupidiſſima, attendito ne fruſtra nitaris, neve diuinum lumen vilipendas, quo vſque illuſtraris , ſeu diuinarum nimium conſolationum auida , modos tranſcendas,tuq. teipſam ducas,vnde tibi tenebræ efficiantur. Finierat , & cum hiſce viſio : ſed biduo tranſacto , eodem raptu , eadem viſione fruitur : quippe Deiparam idem ſpeculum contuentem, haſq pro tertio inſcriptionis capite,ſcilicet, Vnum baptiſma,Deo grates referentem conſpicit : Altiſſime, ac veraciſſime Deus,qui ideo Sacramenta inſtituiſti,quo tibi mortales homines virtutibus protectos copulares , tibi gratias ago ; meq. in te oculorum meorum luce contemplor,quòd olim fuerim ſacro tincta baptiſmate pro peccatorum à te venia inſtituto (licet in me nullum tenerent locum piacula) vt tuis parerem præceptis, ſicut dæmoni , mundo, ſuiſq. operibus,quæ ſemper deteſtata fui,Vale,dicere promiſeram : quare nunc in te ſumma iucũditate ſpeculor,ſemperq. tot gratijs, quot me cumulaſti exulto . Extremùm vero ad Franciſcam conuerſa : Vide, inquit , miſella anima , ne recidas in crimina ; ſed id adamuſſim obſeruato , quod olim Deo promiſiſti ; exhibe te ſuperum parenti gratam , amorem eius ne exue , inſpice quid pro te tulerit : quippe te ob ſuam bonitatem creaſſe haud contentus; inſuper,& profuſa cum ſanguine vita , orco eripuit , cælo reſtituit .

Aliquando Euchariſtica menſa refecta , en iterum in mentis exceſſu Deiparam Triadi beatiſſimæ ſoluentem laudes contuetur : Patri quidem , quòd ſe ab æterno in filij ſui genitricem delegiſſet : Filio, quòd ex ſe carnem aſſumpſiſſet : Spiritui ſancto , quòd id ſua virtute operatus eſſet . Quibus Virginis dictis, Franciſcæ ſignificatum fuit, omnes diuinas perſonas incarnationis myſte-

rium cooperatas fuiſſe, Deumque in eodem ſuam, & omnipotentiam, & ſapientiam, & charitatem immenſam erga nos oſtendiſſe; proinde poſt hæc Angelorum exercitus ſumma exultatione concinuere: O potentia, ò ſapientia, ò charitas, tibi laus, qui me ad tantam gloriam euexiſti.

Alio quoque tempore dum Miſſam in S. Cæciliæ Tranſtiberinæ templo, feruenti deuotione audiret, in extaſim rapta, clariſſimam lucem ſuſpexit; in qua cælorum Regina, ad modum Imperatricis induta, triplicem radiantem coronam in capite habens, in pulcherrima ſtatione ſedebat, Deique, & ſuum filium, in infantili ætate ſupra modum pulcherrimum, in ſinu tenebat. Duo præterea iuuenes; candidis induti veſtibus, ac diuerſis floribus coronati; extra prædictam exiſtebant ſtationem, & Franciſca paulò inferius ab eadem ſtatione remota. Rex vero cæleſtis curiæ in gremio matris exiſtens, ſuauiſſimis aſpectibus, nutu, atque geſtu vltra modum feſtiuo, ſignis, & actibus attractiuis, & in eius amorem incentiuis Franciſcam reſpiciebat. Quibus, etſi in eius amore ſemper intentiſſima erat, copioſius tamen tunc inflammabatur & incendebatur, tota anxia; vt eum tangere poſſet. Volens autem Rex ille cæleſtis cum Franciſca ludere, quadam ſe ſplendidiſſima luce cooperiebat; ita vt humilis ancilla, licet Reginam cæli eius matrem videret, ipſum videre nequiret, modico verò interiecto ſpatio, luce illa diſcedente, ſuum ſpecioſiſſimum Dominum, & dilectum præclarè ſpecularetur. Cumque hoc ſæpius iteraretur, & Franciſcæ animus dilectum ſuum amplexandi auidior redderetur, cœli Reginam humiliter rogauit, vt filium ſuum, quantumlibet paruo temporis ſpatio, ſibi concedere dignaretur; & ſtatim vocem hanc ſuauiſſimam, ex cæleſtis Reginæ pedibus procedentem audiuit: Ama te diligentem, & qui prius te dilexit; amor de nouo veniens veterem pellit amorem. Viſione autem euaneſcente, manſit pro tunc Dei famula ſuo deſiderio fruſtrata. At non diu poſt in Eccleſia S. Mariæ Tranſtiberinæ iterum extatice rapta, eodem ad plenum potita

eſt. Hic etenim dum Imperatricem omnium, filium ſuum paruulum in brachijs tenentem contemplatur, ex altiſſimo cælo inextimabilis claritatis lucem procedentem intuetur; à qua dulciſſimum Ieſum tam auide deſideratum in ſuo ſinu conſpicit collocari; & poſt amplexus, & oſcula magno cum iubilo, ac vultus hilaritate, dixit: Gratias & laudes tibi reddo, altiſſima Regina, quæ me, non meis meritis, tanto dono feciſti dignam: non eſt liberalitatis donum auferre datum; permitte me poſſidere donum tibi, & mihi gratum: O dulcis amor charitatis inflammatæ, quæſo, ſi hoc eſt de tua immenſa pietate, à te numquam volo recedere; ergo permitte me ſemper ſic te tenere amoris dulcedinem, quæ ſe mihi dedit, & tua, ò Domina, voluntas conſenſit: Noli à me auferre gratiam datam, & ex toto corde diu deſideratam; ex quo huc iam veni, & te mihi dediſti, noli à me diſcedat gratia, quam feciſti: Dulcis ſine menſura amor, qui te humiliaſti, & huic tuæ ſeruulæ in brachijs te dediſti: noli, quæſo, vt pereat iubilus, quem feciſti: Dulciſſima mater, noli à me auferre confortamen, & totius meæ mentis dilucidum illuſtramen: Ex quo me recreaſti, & mentem meam illuſtraſti, noli donum auferre, quod mihi ſemel donaſti: Amor magni confortaminis, qui mortuos viuere facis: dulcis amor veritatis, qui das lumen obcæcatis, illumina me ſi tibi placet, in viam rectæ veritatis: Mater, quæſo, ſuauiſſima, ne à me diſcedat mea vita: nam mori volo potius, quam à me diſcedat amor meus; mori volo tenendo eum, prius quàm reddam ſponſum meum: Dulcis amor, & diuinæ ſeraphicæ ſpeculum hierarchiæ, da te mihi, quandiu viuam dulcis Ieſu ne peream: Virgo mater præter morem mens mea ſentit timorem, ne ſibi auferas ſuum amorem: Tu mater benignitatis, ne mihi auferas donum ſupernæ charitatis, quod tantum ſe humiliauit, quod meis brachijs ſe donauit. Sic illa. Poſt quæ, & alia, quæ breuitatis cauſa prætereo, immenſa illa lux, quæ Dei filium in brachijs Franciſcæ poſuerat, ipſum recipit, & in altum ſimul cum matre, & ſpiritibus angelicis euexit.

Alio

Alio tempore in locum ſpecioſiſſimum, ac infinitis theſauris plenum, Franciſcæ ſpiritus perductus, ſanctiſſimam Dei genitricem in loco magnifico; ſede tamen Dei, & filij ſui inferiore ſedentem, ac tribus coronis coronatam vidit: ſtabat ibi excelſiſſima, ac ſpecioſiſſima cælorum Regina, ſemper reſpiciens ſuum, ac Dei filium dilectiſſimum, aſpectibus inflammatiuis, quibus & eius mens interius, & eius glorificatum corpus exteriùs totum inflammabatur in diuino amore: ſpiritus etiam, tam angelici, quam humani, propter gloriam Reginæ cæleſtis inenarrabili lætitia lætabantur. Franciſcæ vero, tot theſauros circumquaque iacentes cernenti, & ad quem pertinerent ſcire deſideranti, cæleſtis Regina dixit: Anima, quæ ſitis nobis eſſe ſimilis, in loco vbi exiſtis, non eſt perſona modo talis; nam bene cognoſcitur bonum, cùm poſſidetur, ſed poſt ſuum receſſum in memoria tenetur.

Anno 1432. in die Natiuitatis Domini, in mentis exceſſum eleuata, vidit Franciſca glorioſam virginem Mariam in Bethleemitico antro exiſtentem, & ex pretioſiſſimo eius corpore immenſam lucem procedentem: quæ quidem lux eiuſdem glorioſiſſimæ Virginis in contemplatione poſitæ totum corpus cooperiebat, & circumdabat. Satis autem admirabatur Franciſca, & de luce circa Virginem circumfuſa, & de intenſiſſima Virginis contemplatione. Quæ ſic exiſtens nimium admirando, & continue ſpeculando, vidit Ieſum ſaluatorem paruum, vt decebat, in terra iacentem, & de vtero Virginali, tamquam de ſuo thalamo procedentem, & in ſuo ſanctiſſimo, & ſplendidiſſimo pectore crucem vnam rubeam habentem. Sed qualiter, vel quomodo de illo ſpecioſiſſimo, ac pretioſiſſimo tabernaculo corporis Virginis exiſſet, videre nequiuit. Quem ſcilicet Dei, & intemeratæ Virginis filium in terra, vt dictum eſt, iacentē, ſua mater, & virgo genibus flexis adorauit, dicens: Magnifico, & laudo Deum Patrem omnipotentem, qui me fecit dignam ſuum filium portare in meo vtero: me ſuſtinuit, & fecit capacem tenere te Dei, & meum filium

in

In meo vtero virginali. Vidit inſuper, quòd illa ſanctiſſima Dei genitrix ſuis manibus paruulum Dei, & ſuum filium de terra eleuauit, illumque Deo Patri obtulit, dicens: O Pater omnipotens, tuum tibi offero filium, & Verbum incarnatum; tu illius curam gere, ſecundum quod ei præcepiſti, ipſum iuua, & ſubſtine, in his peragendis rebus, ad quas eum miſiſti agendas. Et his dictis, poſuit Dei, & ſuum filium in præſepe, in quem attentiſſime reſpiciebat, atque in ipſo ſe, velut in ſpeculo, ſpeculabatur. Volens autem delicatiſſimam, & pretioſiſſimam humanitatem illam, propter frigoris rigiditatem, quæ eo viget tempore, cooperire, pannos, quibus ipſum cooperiret, non habebat; pannumque, quo ſuum cooperiebat caput, recipere volens, Franciſca nullo modo pati potuit, quòd illa dulciſſima Dei genitrix ſuum diſcooperiret caput; ſed ipſa, accepto panno, quem capite gerebat, igne amoris accenſa, & Dei, & Virginis filium cooperire nitębatur, glorioſiſſimam cęli Reginam humiliter orans, eidemq. ſupplicans, quòd ſibi vellet ſuum & Dei filium accommodare; nam ipſum cooperire volebat: vnde dulciſſima Dei genitrix, videns feruorem, & feruidum amorem, & affectum interiorem Franciſcę, ad cooperiendum illum pretioſiſſimum theſaurum, eius inflammato deſiderio conſenſit, eidem Dei & ſuum filium accommodando. Tunc Franciſca filio Virginis in brachijs recepto, indicibilem, immo incredibilem cum lætitia iubilum oſtendebat; & tota inflammata, atq; amore illius liquefacta, pannum, quem more Matronarum Romanarum portabat, ſuper linteamen recepit, vt ex illo lectum faceret Verbo incarnato: cantabat autem ſuauiter nouos & mirabiles modos & cantu concinnos, lætitia inenarrabili iubilando, ponensq. Dei filium in brachijs, eius diuinitatem humanitati vnitam contemplabatur: & illa cæleſtis Regina virgo & mater filij Dei, ei ſignificationem & declarationem omnium partium pretioſiſſimi corporis filij Dei humanati declarauit, & demonſtrauit, aſſerens, per ſanctiſſimum & pretioſiſſimum caput Ieſu Chriſti ſignificari omnia ab eo fa-

cta

ſta & facienda, & omnia per ipſum annichilata, & annichilanda: per frontem, denotari eius intellectū, tamquam principium & lucem omnium intellectuum: per maxillas, amorem & eius charitatem, quam habuit & habet, & habebit erga genus humanum: per nares, optimas inſpirationes, quas quotidie in animabus ipſas recipere volentibus, inſpirat: per aures, humilitatem petitionum, quas animæ faciunt iuſtorum: per os, dulcedinem: per manus, exercitia & bonas operationes factas, & quæ fient in futuro; nam ab ipſo procedit omne datum bonum, & omne donum perfectum: per totum eius corpus, quod ipſe Ieſus ſaluator in totum ſedet in nobis, & dat ſe nobis omni hora temporis ad perfruendum, tamquam noſtra ſaluatio, & daturus eſt nobis vitam æternam, niſi à nobis, vel per nos deficiat. Denique, per ſanctiſſimos pedes, denotari eius erga nos affectus: nam ipſe dat bonum affectum animabus ipſum recipere volentibus.
Franciſca vero tenendo paruulum Ieſum in brachijs, partibus eius corporis, vt dictum eſt, conſideratis, cæleſtem Reginam gaudens & contenta reſpiciebat, cui humiliter ſupplicabat, ne donum ſibi præſtitum ab ea auferretur, ipſam Dei genitricem ſemper intuendo. Tunc excelſus Dei filius volens cum Franciſca ludere, quæ attente eius virginem matrem reſpiciebat, ab eiuſdem Franciſcæ brachijs ſeceſſit, & ſe occultauit. Quod videns feruentiſſima Dei famula, dolens conquerebatur, dicendo: Quia te inſpexi, cæleſtis Regina, amiſi meum ſummum gaudium: & alia verba his ſimilia: cumq. paulò poſt amorem ſuum in brachijs recepiſſet, eum carius, ſtrictius & accuratius, quàm priùs tenebat, ne ab ea recederet: quamobrem Reginam cæleſtem ampliùs non reſpiciebat, ſed fixis oculis illud Verbum ſupernum intuebatur; ſua brachia, in quibus ipſum Dominum tenebat, ſpeculando. Cui, in iubilo & lætitia exiſtenti, Dei filius glorioſus ſic dixit: Anima, quæ audax es effecta propter datum tibi donum, animoſa es in toto ſine aliquo timore, ſed ama me, meamq. dulciſſimam genitricem: ſis memor, & ne obliuiſcaris gratias tibi conceſſas; quæ quidem ſunt veræ & profun-
dæ,

dæ, & ideò nolles recedere. Quibus verbis dictis, Verbum incarnatum ab eius viſu euanuit,

Ex eo autem loco, in quo puerum Ieſum recenter natum Virgo mater reclinauit, pretioſiſſimi liquoris fontem manare Franciſca animaduertit. Quo tempore ab eadem Virgine pectus ſuum detegere iuſſa; licet huiuſce rei cauſę ignara, tunicā tamen circa eam pectoris partē continuò reſcidit, in qua vulnus quoddam olim ſibi à Chriſto Domino, eius paſſionem meditanti, inflictum geſtabat, quod Deipara fontis illius aqua ablutum, perfectiſſime curauit, non ſine ingenti Franciſcæ lætitia, gratiarumq. actione, quippe vehemētiſſimū ex eo vulnere dolorē patiebatur; ita vt vix ſe loco mouere, aliudve aliquid præſtare poſſet.

Eodem anno, die ſexta Ianuarij, in extaſim rapta, vidit glorioſam Virginem matrem, & Ieſum paruulum in eius gremio exiſtentem, à tribus Magis adorari. Cùm verò Magi, ſtella duce, præſepium intraſſent, Gaſpar alijs antiquior, cępit cum iubilo & gaudio, ſuauiſſimè cantans, altiſſimæ Reginæ dicere: Aue, Regina cæleſtis, quam Deus pater ſic ordinauit, vt eſſes gratia plena, per tuam humilitatem in te ſummum Verbum miſit, quod de te carnem humanam ſumpſit, & in tuo virginali vtero nouem menſibus permanſit: nunc verò eum oſtendiſti mūdo, qua oſtenſione nos confortaſti. Poſt hunc, alius rex Balthaſſar matrem Dei honorans, in hæc verba prorupit: Salue, pulcherrima cæleſtis Regina, quę à Deo fuiſti coronata, & facta tuta nauis, quę portauit tale frumentum, & nunc ad portum applicuit, & ſtat benè formatus, & totum ſe nobis oſtendit, vt nos ſecum ad gloriam ducat. Quibus finitis verbis, alter regum Melchior, ſe Dei matri humilians, ſuauiſſimè cantando, dicebat: Salue, virginalis aula, & alta Regina, quæ ſola digna inuenta es, vt fieres camera diuinalis; ille, qui tibi hoc nunciauit, omnes illuſtrauit, & viam ſalutis oſtendit. Cùm verò Magi Domino munera obtuliſſent, mater glorioſiſſima & virgo, ſub ipſis donis manum impoſuit, & offerentibus ipſa dona ſic dixit: Gratias ago vobis, ò viri venerabiles, & patres chari: ſummus Deus vos mouit, & profunda charitas, quæ tan-

tantùm vos animauit, vt veniretis viſitatum noſtram ſanctam paupertatem. Munera nobis portaſtis, vt nos ex illis conſolaremini: Deus ſummus vos benedicat, & gratiam præſtet, vt poſſitis ſaluari. Franciſcæ verò in hac viſione exiſtenti, dulciſſima Dei Genitrix ſic locuta eſt: Anima, eſto benè attenta, & reſpice iſtum, qui præſens eſt, & ipſe te confortabit, & dabit intelligentiam. Guſtabis, & intelliges in tua mente ſecreta, & tunc benè intelliges ſuum eſſe altiſſimum, & diuinum: ideò fac vt benè ſentias, & intelligas ſuum amorem, quia primò guſtabis, & poſtmodum habebis ad plenum. Stes pura & attenta rebus iam tibi dictis, quæ te facient intelligere rerum ſactarum mirabilia.

Anno inſequenti, eadem die ſexta Ianuarij, ab vna magna luce ad aliam ſplendidiorem perducta, vidit cæleſtem Reginam, ſuum & Dei filium in brachijs tenentem: humiliter autem ſupplicans Reginæ cæleſti, vt ſuum & Dei filium ſibi accommodare, & in ſuis brachijs ponere dignaretur; cum de hoc eſſet nimis auida & accenſa, illa cæleſtis Regina eius deſiderio ſatisfecit. Franciſca vero certos aptans pannos, ſuper eos Dei, Virginiſque filium collocauit: eumque iam maxima reuerentia adoratum, in brachijs denuo recipiens, admiratiue dicebat: O admirabile commercium, &c. Franciſcæ tunc reuelatum fuit, quòd quando glorioſi Magi ad antrum Bethleemiticum peruenerunt, Dominus in præſepio iacebat: ſed eius glorioſiſſima mater audiens equorum ſtrepitum, dubitauit aliquantulum, & recepit ſuum, & Dei filium in ſuis brachijs; ſed poſtquam vidit ipſos glorioſos Reges, & Magos reuerenter venientes, ſedit, puerumque ponens in ſinu ſuo, illum ibi Magis adorandum exhibuit.

Anno autem 1435. eodem die ſancto Epiphaniæ, in extaſim rapta, diuinitus intellexit, quòd poſtquam tres Magi Dominum adorauerunt, cum cæleſti Regina ſuaue, ac dulciſſimum colloquium de Incarnatione, & Natiuitate Domini noſtri, & de pluribus alijs rebus habuerunt. Sed illa glorioſiſſima Regina cæleſtis, & Dei amore pleniſ-

niſſima, ſemper ſuum & Dei filium quaſi diuinum ſpeculum reſpiciens, incredibili modeſtia, & humilitate eis reſpondebat: inflammabantur autem ſancti Reges quodam ſancto ardore, ex illa honeſta & pulchra modeſtia cum incredibili Virginis humilitate procedente, quas omnes virtutes in cæleſti ipſa Regina mirificè ſpeculabantur. Dixit autem Franciſca, hoc a Deipara factum, ad aliarum fœminarum exemplum: nam, ſi ipſa, quæ erat omni gratia plena, dum cum hominibus etiam perfectis loqueretur, ſemper cum tanta honeſtate, & ſancto timore ſtabat, vt eos non reſpiceret; ſed continuò in ipſum filium, diuinum ſpeculum, quem tenebat, fixos oculos haberet; quanto magis mulieres aliæ fragilitate plenæ, debent ſemper in ſancto Dei timore ſtare, & non homines loquentes, ſed ſemper Dominum reſpicere.

Anno 1432. in die Purificationis beatæ virginis Mariæ, ſecunda Februarij, in mẽtis exceſſum eleuata, vidit cæleſtẽ Reginam cum ſuo & Dei filio in vlnis, multis ſeraphicis Angelis, mirabili luce ſplendentibus aſſociatam, ad templum pulcherrimum proficiſci, cernensq. glorioſam Virginem templo approximantem, volens ei cum reuerentia obuiare, perſona quædam albis veſtibus induta illam retinuit, dicens: Noli velociter tranſire, ſta, & quæ fient, vide. Stans autem, vidit, quod glorioſiſſima & cæleſtis Regina, cum iam quaſi proxima eſſet templi portæ, ſanctus Simeon cum alijs ſacerdotibus & miniſtris, vt decebat, paratis vſq; ad portam templi, Dei filio, eiuſq virgini matri obuiam exierunt: miniſtri verò vnum librum portabant, in quo nullus legebat, quia non erat neceſſe: nam, licet alijs parturientibus, templum intrantibus, aliquid legeretur, hoc tamen in Dei matre, ac Virgine ſuperfluum videbatur. Poſtquam verò cæleſtis Regina templum ingreſſa eſt, verſus altare iter direxit. Sanctus verò Simeon pontificalibus indutus, ſtans genuflexus, glorioſiſſima Dei matre ex alia parte altaris ſtante, Deiq & filium ſuum in brachijs tenẽte, magna cum reuerentia ſic adorans, dixit: Ego te adoro ſummum Deum omnipotentem, qui, tua miſericordia operante, miſiſti tuum Verbum Ieſum vni-

genitum, qui recepit carnem humanam in vtero virginali, vt humanam naturam redimeret, & illum manifeſtum feciſti in tuo ſancto templo. Virgo verò & mater Dei glorioſiſſima, ponens redemptorem noſtrum ſuper altare, magna cum reuerentia orauit Deum patrem, dicens: Pater æterne & omnipotens, ego reddo tibi tuum filium; quod tuum eſt, tuum ſit: ego tibi offero illud, quod mihi dediſti: eſt tua ſapientia æterna, in toto & per totum fiat voluntas tua. Saluator verò Ieſus, nullius perſonæ auxilio adiutus, ſtans ſuper altare rectus, fixis oculis, ſuam glorioſiſſimam matrem reſpiciebat, ac ſi ab ea licentiam eundi per ſe ad ſanctum Simeonem petere vellet: quod ſanctiſſima mater intelligens, ei dixit: Fili mi dulciſſime, fac ſecundùm tuum velle. Poſtquam verò B Simeon Dei & Virginis filium in vlnas recepiſſet, & debita adoratione proſecutus fuiſſet, volens eum matri ſuæ reddere, magna cum reuerentia ſic eamdem allocutus eſt: O mater dulciſſima, quæ digna fuiſti inuenta, vt eſſes diuini Verbi aula regia, & ſic Deus pater te præordinauit in ſua mente, propter tuam maximam humilitatem, vt ex te naſceretur Deus & homo. Mater verò Dei, cùm ab altari vellet diſcedere, duos obtulit columbos, quos Ioſeph in manibus tenebat. Sanctus autem Simeon, poſtquam filium ſuæ matri reddidit, ex prædicto altari vnam monetā recepit, quam etiam ſuper ipſum altare repoſuit, ſiue dimiſit. Vidit etiam Franciſca, quòd quando Simeon & Anna loquebantur Dei filio, eius mater ſanctiſsima eorum verbis attentiſsima ſtabat, ipſa verba ſeruans, & conferens in corde ſuo. Solemni autem proceſsione per templū à ſancto Simeone ordinata; Virgo cæleſtis regina tenens filium in brachijs, proceſsionem ſequebatur. Dum verò proceſsio versùs altare ſe conuertit, ſanctus Simeon vnam fecit ſedem præparari, in qua Virginem matrem cum filio in brachijs ſedere fecit; ipſo Simeone genibus flexis exiſtente & dicente: Aue Verbum incarnatum, tu te tantum humiliaſti: Aue Ieſu Chriſte Saluator, qui ideò de cælo deſcendiſti & in hunc mundum veniſti, vt nos à ſeruitute liberares. Finita verò proceſsione, Chriſti mater & virgo

inde

inde diſcedere volens, omnibus ibidem exiſtentibus gratias egit, dicens: Grates vobis omnibus de læta deuotione, quam mihi & Dei filio oſtendiſtis. Recedenti autem Virgini cum filio, omnes qui præſentes aderant maximam ei facientes reuerentiam, eidem ſuam ſocietatem obtulerunt. Volens itaq; Dei mater ad domum redire, quia per domum Eliſabeth matris Ioannis Baptiſtæ tranſire debebat, ex feruenti charitate eam viſitare voluit. Eliſabeth certa effecta de aduentu Meſſiæ, & eius matris, per ſuum paruulum filium Ioannem Baptiſtam, ſollicita de domo ſuâ eis obuiam exiuit, filium ſuum in brachijs tenens, qui Dominum venientem videns, nimium ſe moleſtabat: mater verò hoc intelligens, eum in terra poſuit; & illicò Ioannes Baptiſta paruulus genua flexit in terra, Dominum venientem expectans. Similiter & mater Eliſabeth genuflexa, matrem Domini ſalutauit, dicens: Benè veniat mater & noſtra Domina, quæ ſecum portat filium, qui eſt Rex gloriæ, qui venit ad viſitandum nos cum maxima victoria. Et cùm ſe amplecterentur ſimul cæleſtis Regina & Eliſabeth, Dei genitrix Virgo benignè ſuam cognatam ſalutans, ſic inquit: Salue chariſsima cognata, & tamquam mater ætate ab Angelo mihi ſignata pro ſigno & veritate, cùm eſſes ſenex & ſterilis (quæ res eſt admirabilis) à ſex menſibus fœcundata: veni, vt tibi oſtendam filiũ Dei humanatum, non minus vt videam tuũ filium beatum. Virgo autem glorioſa Dei genitrix ſuam volens amplecti cognatam, Dei & ſuum filium de brachijs depoſuit in terram: Eliſabeth verò filius genuflexus ſigna & modos oſtendebat maximæ reuerentiæ, quam filio Dei erecto ſtanti faciebat. Sed Dei filius ipſi paruulo Ioanni genuflexo, non minus ſigna benedictionis & gratulationis ingerebat. Sed Virgo Dei genitrix glorioſa recepit paruulum Ioannẽ Eliſabeth filium in ſuis brachijs: Eliſabeth verò Dei, & Virginis filium in ſinu recepit. Vicini verò Eliſabeth venientes, eius nutu & ſuaſione maximam Virgini reuerentiam faciebant. Tandem, domum Eliſabeth intrantes, ipſa Eliſabeth cibaria præparante, Virgo Dei genitrix, & ipſa Eliſabeth ſimul come-

Digitized by Google

mederunt: ſed die illa, & nocte ſequenti glorioſiſsima Chriſti mater, magna cum lætitia, cum Eliſabeth dilectiſſima cognata ſua ſtetit. Hæc cùm vidiſſet Franciſca; dulciſsima Dei genitrix, eam, vt in ſuum naturalem rediret ſenſum, dimiſit, dicens: Anima pauper & egena, aduertiſti benè ad ea, quæ vidiſti & audiuiſti? fac quòd benè modos, & actus tibi oſtenſos retineas, qui tuæ menti, & tuis omnibus operibus magnum inducent amorem.

Anno 1434. in die dominicæ Natiuitatis in extaſim rapta, vidit Franciſca Dei & Virginis filium in infantili ætate in gremio ſuæ genitricis poſitum, & ſupplicans intentiſsimè Dei genitrici, vt ſibi ſuum accommodaret filium; cæleſtis Regina reſpondit: Non poteris ipſum ſuſtinere, propter immenſum pondus ipſius. Franciſca verò dixit: Noli, ò Regina cæli, curare, quia ipſemet ſe tenebit, & portabit. Itaq; in brachijs ipſius Regina cæli poſuit ſuum dilectiſſimum filium.

Aliàs, à quadam magna luce in altum deducta, & in loco ſuauiſsimo, ac pulcherrimo poſita, vidit glorioſiſſimam Dei genitricem cum ſponſo Ioſeph venientem; eumdemq. Ioſeph audiuit ſibi dicentem: Sequere glorioſiſsimam Virginem; quod & fecit. Euntes verò ſimul, munitiſſimam ciuitatem intrauerunt, in qua templum pulcherrimum viſebatur; viditq. in eodem templo Ieſum Dei filium & ſaluatorem noſtrum duodennem, in cathedra exiſtentem, & cum legis Doctoribus diſputantem. Mater autem eius dulciſsima intrans templum, & Dei & ſuum filium cernens, Doctores interrogantem, atq; eorum interrogationibus reſpondentem, genuflexa, & non parum admirata ſtetit. Puer verò Ieſus diſputationi intentiſſimus, licet matrem videret, nullum tamen fecit ei ſignum. Diſputatione autem abſoluta, mater filij Dei, & virgo Maria, coram Dei & ſuo filio genuflexa, ſic eum allocuta eſt: Fili, quid nobis ſic feciſti? ego & Ioſeph te qærebamus: vnumquemq; interrogabamus, ſi te vidiſſet, & cùm nullus te mihi indicaret, dolens fui & mente triſti. Tunc dulciſſimus filius ſuæ matri reſpondit: Quid eſt, quod me quærebatis? Tu ſcis, quòd ſum amo-

pla-

placens,& Patri meo obediens. Cumq; domum reuerteretur, glorioſiſſima Dei mater Franciſcam intuens, ſic eam allocuta eſt: O anima paupercula, quæ vidiſti & ſenſiſti, firma in tuo intellectu, & ea retine cum magno affectu, cum ſenſu & intelligentia, & repone in memoria & in intellectu: & eorum quæ guſtas, recipe ſaporē, & intelliges tibi ventura, & dolorem non ſenties; & nihil tibi deficiet: intellectus tuus illuminabitur, & Dei ſecreta tibi declarabuntur.

Feſta dominicæ Aſcenſionis die, ſereniſsimam itidem cælorum Reginam, ſe ad cæleſtis aulæ iucundiſſimas choreas, quæ eo die exercebantur, compellantem audiuit: cuius verbis, aureis veluti funibus arrepta, paulatim ſibi in beatam patriam conſcendere videbatur; vbi, licet peregrina, ſe tamen inter ſublimiores ſpiritus vidit collocari.

Annua verò Corporis Chriſti ſolemnitate redeunte, ad cæleſtis item curiæ feſtum contemplandum perducta, & ſuauiſſimis verbis à Dei parente refocillata; ab eadem, vt humilitatis, conſtantiæ, ac tollerantiæ ſtudijs incumberet, ſe ſenſit admoneri.

A ſenſibus quondam abrepta, eamdem beatiſſimam Virginem audiuit aſſerentem: Nulli penitus mortalium ſibi perſuadendū eſſe, omnis prorſus culpæ in hoc ærumnoſiſſimo exilio ſe immunē eſſe poſſe; quippe id tantùm Deiparæ Virginis peculiare fuerat indultum. Eidemque oſtenſum fuit, Reginam cæleſtem, matrem vnigeniti Dei abſque originali labe conceptam.

In feſto S. Margaritæ virginis, vidit Dei genitricem, & cæleſtem Reginam ipſi virgini Margaritæ benedicentem, quòd ipſam in virginali propoſito ſecuta fuiſſet.

In feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ, vidit, quòd quando ſanctus Ioannes Baptiſta à corpore materno exiuit, eum Virgo regina cæleſtis in ſuis ſacris manibus recepit: in quibus exiſtens puerulus, ſigna faciebat, Dei matri reuerentiam oſtendendo. Poſtquam verò ſanctiſſima Virgo ipſum puerum in gremio tenuit, ipſum dimiſit: & tunc puerulus Baptiſta genuflexus, cæleſti Reginæ reue-

rentiam faciebat, fixis oculis vterum illum ſanctiſsimum cæleſtis Reginæ inſpiciendo, in quo tamquam plus quàm Propheta iam conceptum videbat mundi Redemptorem; & cùm aliæ plures fœminæ in ſocietate Eliſabeth exiſterent, puerulus Baptiſta cum nulla alia ſtare volebat, niſi cum illa, quæ Dominum in vtero portabat.

Vidit quondam, in extaſim rapta, S. Benedictum abbatem, & ex parte glorioſiſſimæ Virginis matris Chriſti præcipientem audiuit, vt omnes intelligerent veritatem, & ipſi veritati potiſsimè attenderent.

In die dominicæ Reſurrectionis vidit glorioſæ cæleſti Reginæ vnigeniti filij Dei matri & virgini genuflexæ, & ſacris orationibus deditæ, Redemptorem noſtrum cum plagis, quas pro nobis ſuſtinere dignatus eſt, apparentem, eamq. reuerenter his verbis ſalutantem: Salue ſancta parens.

In die Aſſumptionis Virginis, vidit Reginam cæleſtem in corpore & ſpiritu cælos aſcendentē, & cum filio ſuo regnum cæleſtē poſsidentem. Vidit in manibus filij Dei coronam pulcherrimam, tribus coronis inſimul fabricatam, eamq. ab eodem Dei filio in ſuæ ſanctiſsimę Genitricis capite collocari conſpexit. Intellexit, cum glorioſiſſima Dei matre omnes animas, quæ in purgatorio detinebantur, gloriam cæleſtem intraſſe: quemadmodum in Reſurrectione filij, animæ Patrum, quæ erant in limbo, Chriſtum reſurgentem ſecutæ, gloriam cæleſtem intrauerunt: & alia, quæ fuſiùs in eius actis leguntur.

Cùm in extaſim rapta, ad Reginæ mundi ſedem conſcendiſſet, ſe vnà cum ſororibus ab ea aurato pallio operiri, atque chariſſimarum loco filiarum recipi animaduertit. Dum aliquando ipſa ſuis cum ſororibus calamitatum turbine vexaretur, inſtantes Deiparæ preces obtulit, atq; offerendas curauit: quo tempore beatiſsima Virgo ſeſe ſupplicanti oſtendens, eamdem ſolabatur, pro comperto habere ſuadens intenſiſsimæ, perpetuæq. charitatis vinculo ſe filio ſuo conglutinatam eſſe: cuius rei liquidiſsimum eſſent argumentum tot beneficia, dotesque, quibus ſe cumulatam, vel ipſamet poſſet agno-

ſcere.

Digitized by Google

ſcere. Quamobrem nulla ratione de cæleſtis in ſe ſponſi ferventiſsimo amore erat formidandum, à quo pretioſiſſimi margariti loco haberetur; quiq. illã ſub matris ſuæ peculiari tutela foueri, vitamq. traducere voluiſſet. Quibus dictis, propiùs ad ſe Franciſcam accedere iuſſam, aurei paludamenti fimbris circumtexit; diuiſq. Paulo, Benedicto, ac Mariæ Magdalenæ, à quibus deducebatur, vt niueo Franciſcæ ſorores, quas illa præſentes intuebatur, velamine circumdarent, imperauit. Hic Franciſca inſolita dulcedine abſorpta, capite ſupra Virginis gremium laxato, ſuauiſſimè quieſcebat, quam Deipara, ne in poſterum quidquam formidaret aduerſi, aut aliquid quod ſibi officere, aut detrimentum afferre poſſet, admonebat. Diuo dehinc Paulo, ob eximiam in Franciſca cuſtodienda ſolertiam adhibitam commendato, hæc illam ſororibus ſuo nomine referre præcepit, vt, ſcilicet, certiſsimè noſſent, ſe matris ſuæ veluti ſocias à Chriſto Domino eſſe electas; ac propterea ſibimetipſi ſolerter attenderent, vt diuinos afflatus agnoſcere poſſent, & exequi; tum vt cordis munditiem, animi ſinceritatem, conſtantiſſimum pectoris amorem, qui res, alioquin arduas, ac aliorum opinatu difficillimas, alleuiare ſolet; ac deniq; perfectiſsimam obedientiam, quæ cordis puritatem parit ac fouet, ſummo ſtudio procurarent, & colerent. Vidit Franciſca in fonte miſericordiæ Dei matris ſe prius lauari, & purificari; deinde coram tribus teſtibus, nempe doctore gentium Paulo, ſancto Benedicto abbate, & ſancta Maria Magdalena, à ſancto Petro apoſtolo beatæ Virginis oblatam conſecrari: poſt conſecrationem verò dixit: Ordinentur animæ Virgini matri oblatæ, ita quòd bene regantur; vocentur honeſtæ Dominæ Dei genitricis Oblatæ: atq; hinc factum, vt Franciſcæ filiæ Oblatas beatiſsimæ Virginis deinde ſe nuncupauerint, idipſum beatiſsima Virgine præcipiente.

In cælum quondam ſpiritu eleuata, à diuino filij Dei ac virginis ore dulciſſima hæc verba ſuſcepit: Gaude & lætare, ô Franciſca, & reſpice matrem dulciſsimam quæ me circumdedit, ac veſtiuit in ſua ſancta paupertate;

 modò

modò eſt Regina cæleſtis, reſpice eam cum amore, quæ te tantum dilexit, & huc ſurſum direxit, vt eſſes hic nobiſcum. A quo etiam, aliàs ſibi apparente, didicit tot ſibi tantaque beneficia ab eo, ſanctiſſimæ Virginis precibus, impartiri. Dum in ijs, de quibus ſuperiùs dictum eſt infortunijs verſaretur, beatiſſimam Virginem ob oculos habuit, à qua hæc Confeſſario ſuo referenda ſuſcepit: ne, videlicet, is animo conſternatus calamitatibus illis ſuccumberet, quæ in ſororum cœnobio cuſtodiẽdo ſibi perferendæ eſſent: vtq; in bono ſemel incepto conſtantiſſime perduraret, inanem præcipuè gloriam, omnemq; fœditatis ſpeciem ſolerter cauendo.

Aliàs denique, beatiſſimam Virginem pulcherrimis coronis inſignitam, immortaliq; fulgore coruſcantem magna cum voluptate conſpexit, & cum eadem dulciſsima colloquia miſcuit; vt videre eſt in eius vita à Iulio Vrſino, Societatis Ieſu ſacerdote, italico ſermone luculenter conſcripta, ad quam, breuitati ſtudens, refero lectorem.

Migrauit autem in cælum anno ab orbe reſtituto 1440. die nona menſis Martij, apud Eccleſiam ſãctæ Mariæ Nouæ de Vrbe, in ſepulchro ibidem ſibi iam antea à Deipara virgine Maria præoſtenſo, honorificè tumulata.

DE BEATRICE A SILVA, Ordinis Immaculatæ Conceptionis beatiſsimę Virginis Fundatrice.

CAPVT XXIX.

Chryſoſtomus Henriq. In Menol. Ciſt. 8. Oct.

BEATRIX à Silua, Ordinis immaculatæ Conceptionis Fundatrix, generis nobilitate, & virtutum ſplendore celeberrima, poſt varios labores, caſtitatem ſuam Altiſſimo vouit, ſub beatiſſimæ Virginis ſignis

gnis, quæ illi ſe viſendam exibuit, candido & cæruleo ornatu circumamicta. Nec diu poſt eidem duo Minoritæ fratres apparuere, quos diuos Franciſcum & Antonium, ob ſingularem ſuam in eos deuotionem, fuiſſe iudicauit: eiq. inter alia dixerunt: Scias, ô Beatrix, te, Dei matre fauente, multarum filiarum matrem futuram. Quo audito, reſpondit, ſe nec filios petere, nec deſiderare, cùm iam caſtitatem, virginitatemq. ſuam Chriſto Ieſu, ac ſanctiſſimæ eius matri voto conſecraſſet. Sancti verò Patres addiderunt; ſine vllo virginitatis damno hoc in ipſa adimplendum. Quibus dictis, ex Beatricis ſeſe oculis ſurripientes, eius animam cæleſti conſolatione delibutā reliquerunt. Cùm verò erga Dei matrem, ac præcipue erga puriſſimam eius Conceptionem ſumma deuotione afficeretur Beatrix, diu noctuq. quomodo ipſam honorare, ac ſublimare poſſet, animo voluebat: ideoq. Religionem ſub immaculatæ Conceptionis nomine inſtituere ardentiſſimè deſiderauit. Conſilio cum regina Eliſabetha communicato, eam in opus adeò propenſam inuenit, vt ipſi ſtatim Toleti palatium ad hoc obtulerit, vbi Beatrix duodecim Monialibus ex monaſterio ſancti Dominici aſſumptis, optatum ſub titulo immaculatæ Conceptionis beatæ Mariæ Ordinem inchoauit: quem Innocentius VIII Pontifex Max. Apoſtolica auctoritate confirmauit, & gratijs auxit. Cùm verò inſtitutionis huius Religionis Bulla in mari perijſſet, eam in monaſterij arca, eximia Dei, ac Deiparæ cultrix Beatrix miraculosè inuenit.

Chron. Minor part. 3 lib 8. cap. 11. & 12.

Huius ordinis religioſæ, ſub directione quidem Patrum S. Franciſci, ſed ſub regula propria, ac particulari viuentes, habitum gerunt, ſupradictæ Beatrici à B. Virgine in viſione oſtenſum, ſcilicet; veſtem & ſcapulare candidi coloris, & pallium cærulei: ac cum ſcapulari etiam & pallio geſtant B. Mariæ imaginem, ſolis radijs cinctam, & ſtellis coronatam, cum filio in vlnis: qua imagine docentur profundam in corde B. V. Mariæ memoriam, & imitationē inſculpere. Et vt continenter honori immaculatæ Conceptionis intenderent animum, datum eſt ijs

Baling. in kal. Mariæ 8. Decemb.

Bre-

Digitized by Google

ret Eliſabeth; vbi audiuit, Beata, quæ credidiſti. Aue Maria.

Gratitudo.

Magnificat anima mea Dominum. Aue Maria.

Obedientia.

Fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Aue Maria.

Paupertas.

Inuoluit puerum panniculis, & poſuit in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio. Aue Maria.

Patientia.

Pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te; Aue Maria.

Pietas.

Vinum non habent. Aue Maria.

Conſtantia.

Stabat iuxta Crucem Ieſu mater eius: cuius ſanctiſſimam animam doloris gladius pertranſiuit. Aue Maria.

Coluen. loc. cit.

Porrò cùm Ioanna in omnibus ſuis precibus & meditationibus, non aliud precaretur, quàm eam gratiam, vt cognoſceret in qua re magis delectaretur B. V. Maria, eidem reuelatum fuit, ipſi ſingulariter placere Salutationem angelicam decies recitatam, in honorem decem harum virtutum euangelicarum; ſeu decem beneplacitorum, in quorum etiam ſignificationem & commemorationem, corda decem nodorum ſtringebatur, cùm in memoriam virgineæ puritatis Deiparæ, quam æmulabatur, chlamydem omninò candidam ab humeris ad talos vſque dependentem gereret: illuſtria in ſe virginis Deiparentis beneficia deriuauit, atq. humilitatis virtutem, quò tutius conſeruaret, eadē ſequeſtra à Deo ſupplicabat.

Hilar. de Coſte in Elog. & vita huius Ioannæ.

Huiuſmodi virtutis fundamento innixum eſſe voluit Ordinem Annunciationis à ſe fundatum; adeò vt quæ alijs præeſſent Ancillarum nomine appellari cenſuerit: imitamento ſane Deiparæ Virginis, quæ, cùm Dei mater ab Angelo ſalutaretur, Ancillam ſemet præbuit, ea voce: Ecce ancilla Domini. In hæc Salutationis angelicæ verba, Aue Maria, Dominus tecum, hærebat ſpiritu attonito, ob delectationis abundantiam. Annunciationis myſterium præ cæteris ferè colebat; id parietibus, foribus, feneſtris

Digitized by Google

neſtris, tapetibus, picturis expreſſum inferebat. In diem ſabbati Deiparæ ſacrum, quæcumq; grauiora protrahebat: eodem die præcipuis pietatis officijs ſeſe extendebat: ſingulis quoq. diebus precationem huiuſmodi Dei parenti ſuſcipiebat: Maria, Ieſu mater digniſsima, dignam me tibi ancillam effice, ac ſeruam; & mihi faue, vt gratia tua numquam dimittar: & vt quidquid creatum amo. illud, quia te amat, amem. In eo etiam fauorabilem te mihi præbe, vt amer ab amantibus te, & ideo amer, quia te amo; vt tandem exuta hac mortalitate, ad te peruenire poſſimus, amaturi, laudaturiq, æternum Deum noſtrum bonum, te ſimul amem. Quam quidem præcationem haud ſola orabat, ſed & cæteris addiſcendam, nuncupandamq. tradebat. Rurſus, in vita eiuſdem, per Ludouicum Donæ de Atticby, Ordinis Minorum ſancti Frãciſci de Paula, ſub finem cap. 12. habetur inſignis oratio de decem virtutibus euangelicis à B. Ioanna, ſecundùm rei ſubſtantiã compoſita, & ſuis filiabus cõmendata.

Primum ſuæ Religionis monaſterium, in honorem beatæ Mariæ extruxit Biturigis in Francia; & ibi Deo pietati ipſius luculentum teſtimonium viſibiliter exhibente, anno 1504. die 4. Februarij, in Domino quieuit. Cuius memoriam quotannis Annunciatæ Virgines renouant; dum ad Primam, die 4. Februarij ita legunt: Obijt inclyta, & meritis plena Ioanna Francia illuſtriſſima quondam Regis filia, & ſoror alterius, videlicet, Caroli VIII. quæ viro ſoluta caſtè viuens, mundo orbata, & diuinis atque ſacris addicta, totius Ordinis ſacrorum beneplacitorum euangelicorum fundatrix, ac rectrix extitit pientiſſima. Cuius ſacrum pignus Bituricis honorificè ſepelitur, miraculis clarens: porrò nunc beata in cælis laureata perpetuò cum ſanctis Deo fruitur, die 4. Februarij defuncta, anno Domini 1504. Eius imago pingitur cum puero Ieſu in gremio matris, qui porrigit ei anulum, quo ſe Deo per religionis vota conſtringat.

Iacob Marchanhort. paſt. tract. 3. lect. 11.

De

genitum, qui recepit carnem humanam in vtero virginali, vt humanam naturam redimeret, & illum manifeſtum feciſti in tuo ſancto templo. Virgo verò & mater Dei glorioſiſſima, ponens redemptorem noſtrum ſuper altare, magna cum reuerentia orauit Deum patrem, dicens: Pater æterne & omnipotens, ego reddo tibi tuum filium; quod tuum eſt, tuum ſit: ego tibi offero illud, quod mihi dediſti: eſt tua ſapientia æterna, in toto & per totum fiat voluntas tua. Saluator verò Ieſus, nullius perſonæ auxilio adiutus, ſtans ſuper altare rectus, fixis oculis, ſuam glorioſiſſimam matrem reſpiciebat, ac ſi ab ea licentiam eundi per ſe ad ſanctum Simeonem petere vellet: quod ſanctiſſima mater intelligens, ei dixit: Fili mi dulciſſime, fac ſecundùm tuum velle. Poſtquam verò B. Simeon Dei & Virginis filium in vlnas recepiſſet, & debita adoratione proſecutus fuiſſet, volens eum matri ſuæ reddere, magna cum reuerentia ſic eamdem allocutus eſt: O mater dulciſſima, quæ digna fuiſti inuenta, vt eſſes diuini Verbi aula regia, & ſic Deus pater te præordinauit in ſua mente, propter tuam maximam humilitatem, vt ex te naſceretur Deus & homo. Mater verò Dei, cùm ab altari vellet diſcedere, duos obtulit columbos, quos Ioſeph in manibus tenebat. Sanctus autem Simeon, poſtquam filium ſuæ matri reddidit, ex prædicto altari vnam monetā recepit, quam etiam ſuper ipſum altare repoſuit, ſiue dimiſit. Vidit etiam Franciſca, quòd quando Simeon & Anna loquebantur Dei filio, eius mater ſanctiſsima eorum verbis attentiſsima ſtabat, ipſa verba ſeruans, & conferens in corde ſuo. Solemni autem proceſsione per templū à ſancto Simeone ordinata, Virgo cæleſtis regina tenens filium in brachijs, proceſsionem ſequebatur. Dum verò proceſsio versùs altare ſe conuertit, ſanctus Simeon vnam fecit ſedem præparari, in qua Virginem matrem cum filio in brachijs ſedere fecit; ipſo Simeone genibus flexis exiſtente & dicente: Aue Verbum incarnatum, tu te tantum humiliaſti: Aue Ieſu Chriſte Saluator, qui ideò de cælo deſcendiſti & in hunc mundum veniſti, vt nos à ſeruitute liberares. Finita verò proceſsione, Chriſti mater & virgo

inde

inde diſcedere volens , omnibus ibidem exiſtentibus gratias egit,dicens : Grates vobis omnibus de læta deuotione, quam mihi & Dei filio oſtendiſtis . Recedenti autem Virgini cum filio, omnes qui præſentes aderant maximam ei facientes reuerentiam, eidem ſuam ſocietatem obtulerunt . Volens itaq; Dei mater ad domum redire, quia per domum Eliſabeth matris Ioannis Baptiſtæ tranſire debebat , ex feruenti charitate eam viſitare voluit . Eliſabeth certa effecta de aduentu Meſſiæ, & eius matris, per ſuum paruulum filium Ioannem Baptiſtam , ſollicita de domo ſuâ eis obuiam exiuit, filium ſuum in brachijs tenens,qui Dominum venientem videns, nimium ſe moleſtabat : mater verò hoc intelligens,eum in terra poſuit; & illicò Ioannes Baptiſta paruulus genua flexit in terra , Dominum venientem expectans . Similiter & mater Eliſabeth genuflexa, matrem Domini ſalutauit,dicens: Benè veniat mater & noſtra Domina,quæ ſecum portat filium, qui eſt Rex gloriæ, qui venit ad viſitandum nos cum maxima victoria . Et cùm ſe amplecterentur ſimul cæleſtis Regina & Eliſabeth, Dei genitrix Virgo benignè ſuam cognatam ſalutans, ſic inquit : Salue chariſsima cognata, & tamquam mater ætate ab Angelo mihi ſignata pro ſigno & veritate , cùm eſſes ſenex & ſterilis (quæ res eſt admirabilis) à ſex menſibus fœcundata : veni,vt tibi oſtendam filiũ Dei humanatum, non minùs vt videam tuũ filium beatum . Virgo autem glorioſa Dei genitrix ſuam volens amplecti cognatam , Dei & ſuum filium de brachijs depoſuit in terram: Eliſabeth verò filius genuflexus ſigna & modos oſtendebat maximæ reuerentiæ , quam filio Dei erecto ſtanti faciebat. Sed Dei filius ipſi paruulo Ioanni genuflexo , non minùs ſigna benedictionis & gratulationis ingerebat. Sed Virgo Dei genitrix glorioſa recepit paruulum Ioannẽ Eliſabeth filium in ſuis brachijs : Eliſabeth vero Dei,& Virginis filium in ſinu recepit. Vicini verò Eliſabeth venientes, eius nutu & ſuaſione maximam Virgini reuerentiam faciebant . Tandem, domum Eliſabeth intrantes , ipſa Eliſabeth cibaria præparante, Virgo Dei genitrix, & ipſa Eliſabeth ſimul co-

mederunt: ſed die illa, & nocte ſequenti glorioſiſsima Chriſti mater, magna cum lætitia, cum Eliſabeth dilectiſſima cognata ſua ſtetit. Hæc cùm vidiſſet Franciſca; dulciſsima Dei genitrix, eam, vt in ſuum naturalem rediret ſenſum, dimiſit, dicens: Anima pauper & egena, aduertiſti benè ad ea, quæ vidiſti & audiuiſti? fac quòd benè modos, & actus tibi oſtenſos retineas, qui tuæ menti & tuis omnibus operibus magnum inducent amorem.

Anno 1434. in die dominicæ Natiuitatis in extaſim rapta, vidit Franciſca Dei & Virginis filium in infantili ætate in gremio ſuæ genitricis poſitum, & ſupplicans inſtentiſsimè Dei genitrici, vt ſibi ſuum accommodaret filium; cæleſtis Regina reſpondit: Non poteris ipſum ſuſtinere, propter immenſum pondus ipſius. Franciſca verò dixit: Noli, ò Regina cæli, curare, quia ipſemet ſe tenebit, & portabit. Itaq; in brachijs ipſius Regina cæli poſuit ſuum dilectiſſimum filium.

Aliàs, à quadam magna luce in altum deducta, & in loco ſuauiſsimo, ac pulcherrimo poſita, vidit glorioſiſſimam Dei genitricem cum ſponſo Ioſeph venientem; eumdemq. Ioſeph audiuit ſibi dicentem: Sequere glorioſiſsimam Virginem; quod & fecit. Euntes vero ſimul, munitiſſimam ciuitatem intrauerunt, in qua templum pulcherrimum viſebatur; viditq. in eodem templo Ieſum Dei filium & ſaluatorem noſtrum duodennem, in cathedra exiſtentem, & cum legis Doctoribus diſputantem. Mater autem eius dulciſsima intrans templum, & Dei & ſuum filium cernens, Doctores interrogantem, atq; eorum interrogationibus reſpondentem, genuflexa, & non parum admirata ſtetit. Puer verò Ieſus diſputationi intentiſſimus, licet matrem videret, nullum tamen fecit ei ſignum. Diſputatione autem abſoluta, mater filij Dei, & virgo Maria, coram Dei & ſuo filio genuflexa, ſic eum allocuta eſt: Fili, quid nobis ſic feciſti? ego & Ioſeph te qærebamus: vnumquemq; interrogabamus, ſi te vidiſſet, & cùm nullus te mihi indicaret, dolens fui & mente triſti. Tunc dulciſſimus filius ſuæ matri reſpondit: Quid eſt, quod me quærebatis? Tu ſcis, quòd ſum amo-

pla-

placens,& Patri meo obediens. Cumq; domum reuerteretur, glorioſiſſima Dei mater Franciſcam intuens, ſic eam allocuta eſt: O anima paupercula, quæ vidiſti & ſenſiſti, firma in tuo intellectu, & ea retine cum magno affectu, cum ſenſu & intelligentia, & repone in memoria & in intellectu: & eorum quæ guſtas, recipe ſaporē, & intelliges tibi ventura, & dolorem non ſenties; & nihil tibi deficiet: intellectus tuus illuminabitur, & Dei ſecreta tibi declarabuntur.

Feſta dominicæ Aſcenſionis die, ſereniſsimam itidem cælorum Reginam,ſe ad cæleſtis aulæ iucundiſſimas choreas, quæ eo die exercebantur, compellantem audiuit: cuius verbis, aureis veluti funibus arrepta, paulatim ſibi in beatam patriam conſcendere videbatur; vbi, licet peregrina, ſe tamen inter ſublimiores ſpiritus vidit collocari.

Annua verò Corporis Chriſti ſolemnitate redeunte, ad cæleſtis item curiæ feſtum contemplandum perducta, & ſuauiſſimis verbis à Dei parente refocillata; ab eadem, vt humilitatis, conſtantiæ, ac tollerantiæ ſtudijs incumberet, ſe ſenſit admoneri.

A ſenſibus quondam abrepta, eamdem beatiſſimam Virginem audiuit aſſerentem: Nulli penitùs mortalium ſibi perſuadendū eſſe,omnis prorſus culpæ in hoc ærumnoſiſſimo exilio ſe immunē eſſe poſſe;quippe id tantùm Deiparæ virginis peculiare fuerat indultum. Eidemque oſtenſum fuit,Reginam cæleſtem, matrem vnigeniti Dei abſque originali labe conceptam.

In feſto S. Margaritæ virginis, vidit Dei genitricem, & cæleſtem Reginam ipſi virgini Margaritæ benedicentem, quòd ipſam in virginali propoſito ſecuta fuiſſet.

In feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ, vidit, quòd quando ſanctus Ioannes Baptiſta à corpore materno exiuit, eum Virgo regina cæleſtis in ſuis ſacris manibus recepit: in quibus exiſtens puerulus, ſigna faciebat, Dei matri reuerentiam oſtendendo. Poſtquam verò ſanctiſſima Virgo ipſum puerum in gremio tenuit, ipſum dimiſit: & tunc puerulus Baptiſta genuflexus, cæleſti Reginæ reuere-

rentiam faciebat, fixis oculis vterum illum ſanctiſsimum cæleſtis Reginæ inſpiciendo, in quo tamquam plus quàm Propheta iam conceptum videbat mundi Redemptorem; & cùm aliæ plures fœminæ in ſocietate Eliſabeth exiſterent, puerulus Baptiſta cum nulla alia ſtare volebat, niſi cum illa, quæ Dominum in vtero portabat.

Vidit quondam, in extaſim rapta, S. Benedictum abbatem, & ex parte glorioſiſſimæ Virginis matris Chriſti præcipientem audiuit, vt omnes intelligerent veritatem, & ipſi veritati potiſsime attenderent.

In die dominicæ Reſurrectionis vidit glorioſæ cæleſti Reginæ vnigeniti filij Dei matri & virgini genuflexæ, & ſacris orationibus deditæ, Redemptorem noſtrum cum plagis, quas pro nobis ſuſtinere dignatus eſt, apparentem, eamq. reuerenter his verbis ſalutantem: Salue ſancta parens.

In die Aſſumptionis Virginis, vidit Reginam cæleſtem in corpore & ſpiritu cælos aſcendentē, & cum filio ſuo regnum cæleſte poſsidentem. Vidit in manibus filij Dei coronam pulcherrimam, tribus coronis infimul fabricatam, eamq. ab eodem Dei filio in ſuæ ſanctiſsimę Genitricis capite collocari conſpexit. Intellexit, cum glorioſiſſima Dei matre omnes animas, quæ in purgatorio detinebantur, gloriam cæleſtem intraſſe: quemadmodum in Reſurrectione filij, animæ Patrum, quæ erant in limbo, Chriſtum reſurgentem ſecutæ, gloriam cæleſtem intrauerunt: & alia, quæ fuſiùs in eius actis leguntur.

Cùm in extaſim rapta, ad Reginæ mundi ſedem conſcendiſſet, ſe vnà cum ſororibus ab ea aurato pallio operiri, atque chariſſimarum loco filiarum recipi animaduertit. Dum aliquando ipſa ſuis cum ſororibus calamitatum turbine vexaretur, inſtantes Deiparæ preces obtulit, atq; offerendas curauit: quo tempore beatiſsima Virgo ſeſe ſupplicanti oſtendens, eamdem ſolabatur, pro comperto habere ſuadens intenſiſsimæ, perpetuæq. charitatis vinculo ſe filio ſuo conglutinatam eſſe: cuius rei liquidiſsimum eſſent argumentum tot beneficia, dotesque, quibus ſe cumulatam, vel ipſamet poſſet agnoſcere.

ſcere. Quamobrem nulla ratione de cæleſtis in ſe ſponſi ferventiſsimo amore erat formidandum, à quo pretioſiſſimi margariti loco haberetur; quiq. illã ſub matris ſuæ peculiari tutela foueri, vitamq. traducere voluiſſet. Quibus dictis, propiùs ad ſe Franciſcam accedere iuſſam, aurei paludamenti fimbris circumtexit; diuiſq. Paulo, Benedicto, ac Mariæ Magdalenæ, à quibus deducebatur, vt niueo Franciſcæ ſorores, quas illa præſentes intuebatur, velamine circumdarent, imperauit. Hic Franciſca inſolita dulcedine abſorpta, capite ſupra Virginis gremium laxato, ſuauiſſime quieſcebat, quam Deipara, ne in poſterum quidquam formidaret aduerſi, aut aliquid quod ſibi officere, aut detrimentum afferre poſſet, admonebat. Diuo dehinc Paulo, ob eximiam in Franciſca cuſtodienda ſolertiam adhibitam commendato, hæc illam ſororibus ſuo nomine referre præcepit, vt, ſcilicet, certiſsimè noſſent, ſe matris ſuæ veluti ſocias à Chriſto Domino eſſe electas; ac propterea ſibimetipſi ſolerter attenderent, vt diuinos afflatus agnoſcere poſſent, & exequi; tum vt cordis munditiem, animi ſinceritatem, conſtantiſſimum pectoris amorem, qui res, alioquin arduas, ac aliorum opinatu difficillimas, alleuiare ſolet; ac deniq; perfectiſsimam obedientiam, quæ cordis puritatem parit ac fouet, ſummo ſtudio procurarent, & colerent. Vidit Franciſca in fonte miſericordiæ Dei matris ſe prius lauari, & purificari; deinde coram tribus teſtibus, nempe doctore gentium Paulo, ſancto Benedicto abbate, & ſancta Maria Magdalena, à ſancto Petro apoſtolo beatæ Virginis oblatam conſecrari: poſt conſecrationem vero dixit: Ordinentur animæ Virgini matri oblatæ, ita quòd bene regantur; vocentur honeſtæ Dominæ Dei genitricis Oblatæ: atq; hinc factum, vt Franciſcæ filiæ Oblatas beatiſsimæ Virginis deinde ſe nuncupauerint, idipſum beatiſsima Virgine præcipiente.

In cælum quondam ſpiritu eleuata, à diuino filij Dei ac virginis ore dulciſſima hæc verba ſuſcepit: Gaude & lætare, ò Franciſca, & reſpice matrem dulciſsimam quæ me circumdedit, ac veſtiuit in ſua ſancta paupertate:

Digitized by Google

modò eſt Regina cæleſtis, reſpice eam cum amore, quæ te tantum dilexit, & huc ſurſum direxit, vt eſſes hic nobiſcum. A quo etiam, aliàs ſibi apparente, didicit tot ſibi tantaque beneficia ab eo, ſanctiſſimæ Virginis precibus, impartiri. Dum in ijs, de quibus ſuperiùs dictum eſt infortunijs verſaretur, beatiſſimam Virginem ob oculos habuit, à qua hæc Confeſſario ſuo referenda ſuſcepit: ne, videlicet, is animo conſternatus calamitatibus illis ſuccumberet, quæ in ſororum cœnobio cuſtodiẽdo ſibi perferendæ eſſent: vtq; in bono ſemel incepto conſtantiſſime perduraret, inanem præcipuè gloriam, omnemq; fœditatis ſpeciem ſolerter cauendo

Aliàs denique, beatiſſimam Virginem pulcherrimis coronis inſignitam, immortaliq; fulgore coruſcantem magna cum voluptate conſpexit, & cum eadem dulciſsima colloquia miſcuit; vt videre eſt in eius vita à Iulio Vrſino, Societatis Ieſu ſacerdote, italico ſermone luculenter conſcripta, ad quam, breuitati ſtudens, refero lectorem.

Migrauit autem in cælum anno ab orbe reſtituto 1440. die nona menſis Martij, apud Eccleſiam ſãctæ Mariæ Nouæ de Vrbe, in ſepulchro ibidem ſibi iam antea à Deipara virgine Maria præoſtenſo, honorificè tumulata.

DE BEATRICE A SILVA, Ordinis Immaculatæ Conceptionis beatiſsimę Virginis Fundatrice.

CAPVT XXIX.

Chryſoſtomus Henriq. in Menol. Ciſt. die 8. Oct.

BEATRIX à Silua, Ordinis immaculatæ Conceptionis Fundatrix, generis nobilitate, & virtutum ſplendore celeberrima, poſt varios labores, caſtitatem ſuam Altiſſimo vouit, ſub beatiſſimæ Virginis ſi-

gnis, quæ illi ſe viſendam exibuit, candido & cæruleo ornatu circumamicta. Nec diu poſt eidem duo Minoritæ fratres apparuere, quos diuos Franciſcum & Antonium, ob ſingularem ſuam in eos deuotionem, fuiſſe iudicauit: eiq. inter alia dixerunt: Scias, ò Beatrix, te, Dei matre fauente, multarum filiarum matrem futuram. Quo audito, reſpondit, ſe nec filios petere, nec deſiderare, cùm iam caſtitatem, virginitatemq. ſuam Chriſto Ieſu, ac ſanctiſſimæ eius matri voto conſecraſſet. Sancti verò Patres addiderunt; ſine vllo virginitatis damno hoc in ipſa adimplendum. Quibus dictis, ex Beatricis ſeſe oculis ſurripientes, eius animam cæleſti conſolatione delibutã reliquerunt. Cùm verò erga Dei matrem, ac præcipue erga puriſſimam eius Conceptionem ſumma deuotione afficeretur Beatrix, diu noctuq. quomodo ipſam honorare, ac ſublimare poſſet, animo voluebat: ideoq. Religionem ſub immaculatæ Conceptionis nomine inſtituere ardentiſſimè deſiderauit. Conſilio cum regina Eliſabetha communicato, eam in opus adeò propenſam inuenit, vt ipſi ſtatim Toleti palatium ad hoc obtulerit, vbi Beatrix duodecim Monialibus ex monaſterio ſancti Dominici aſſumptis, optatum ſub titulo immaculatæ Conceptionis beatæ Mariæ Ordinem inchoauit: quem Innocentius VIII Pontifex Max. Apoſtolica auctoritate confirmauit, & gratijs auxit. Cùm verò inſtitutionis huius Religionis Bulla in mari perijſſet, eam in monaſterij arca, eximia Dei, ac Deiparæ cultrix Beatrix miraculosè inuenit.

Chron. Minor part. 3 lib 8. cap. 11. & 12.

Huius ordinis religioſæ, ſub directione quidem Patrum S. Franciſci, ſed ſub regula propria, ac particulari viuentes, habitum gerunt, ſupradictæ Beatrici à B. Virgine in viſione oſtenſum, ſcilicet, veſtem & ſcapulare candidi coloris, & pallium cærulei: ac cum ſcapulari etiam & pallio geſtant B. Mariæ imaginem, ſolis radijs cinctam, & ſtellis coronatam, cum filio in vlnis: qua imagine docentur profundam in corde B. V. Mariæ memoriam, & imitationẽ inſculpere. Et vt continenter honori immaculatæ Conceptionis intenderent animum, datum eſt ijs

Baling. in kal. Mariæ 8. Decemb.

Bre-

Breuiarium, quod aliud in ſingulos dies non cotineret, quam Officium Conceptionis, dominicis dumtaxat, & ferijs ſolemnioribus demptis, quo tempore Romano vtuntur officio.

Varijs claruit miraculis tàm ſancti Ordinis Fundatrix, & tandem, beatâ Virgine præmonente, euolauit ad felicitatem æternam, anno Domini 1490. ætatis 66. & exanimis fronti ſtella aurea inſoliti fulgoris inſedit, ipſiuſq. cadauer à Præſule Toletano, non Dominicanis Patribus, quorum monitis priùs paruerat, ſed Franciſcanis, fortiſſimis Conceptionis intemeratæ propugnatoribus, fuit poſt longam litem adiudicatum; vt eodem coleretur loco, quem ad colendam B. Virginem ipſa delegerat.

Ant. Vaſconcell. in deſcript. Reg. Luſitaniæ.

DE IOANNA REGINA GALLIÆ, Ordinis Annunciationis beatæ Mariæ virginis Fundatrice.

CAPVT XXX.

ILLVSTRISSIMA Heroina Ioanna, ſanctitate & miraculis celebris, filia Ludouici XI. ſoror Caroli VIII. & coniux Ludouici XII. Galliæ Regum; cùm annos quinque ſolùm attigiſſet, ardentiſsima dilectione filij Dei, & genitricis eius Virginis deuotione incenſa, matrem miſericordiæ deprecari ſolita erat, vt ſibi perpetuò adeſſet, qua duce ſemper id ageret, quo maieſtati filij ſui, quem vnicum animæ ſuæ ſponſum deſiderabat, gratiſſimam ſeſe redderet. Cum autem quadam die incredibili feruore preces huiuſmodi ſacratiſsimæ Virgini offerret; ab illa reuelationem hanc accepit: futurum aliquando diem priùs quam ex hac vita diſcederet, cùm fundatura Religionem eſſet, ex qua beata illa Virgo maximum obſequium, commodum & honorem reciperet.

Gonzaga in Hiſt. ſeraph.

Qua

Qua reuelatione ſibi facta, inflammatum eſt adeò cor illius puellæ, vt ſtatim ab ætate ſex annorum in animum induxerit ſubiectum reuelationis adimplere, quamprimum ad liberam ætatem perueniſſet.

Alias cùm Miſſæ ſacrificio intereſſet, & apud Deum precibus inſtaret, inſtrui de modo & formula, ſecundùm quam ſibi reuelati Ordinis religioſæ vitam ſuam & conuerſationem inſtituerent, animaduertit ſe, in extaſi conſtitutam, iuxta beatam virginem Mariam, vbi in dicta inſtantia perſeuèrans, ab ipſa reſponſum accepit in hæc verba: Fac in regulam conſcribi omne id, quod Euangelium me ſuper terram egiſſe commemorat: illamq. regulam à Sede Apoſtolica approbari, & confirmari ſatage; & ſcito, te & omnes, quæ illi ſe ſubdere voluerint, per illius obſeruantiam, placituras filio meo Ieſu, & mihi, illamq. regulam fore certiſſimam viam ad implendum, quod filio meo & mihi beneplacitum eſt. Hæc regula poſtmodùm compoſita eſt à venerabili patre Gabriele Maria, Ordinis Minorum de Obſeruantia, præfatæ Ioannæ Confeſſario; atq. prima vice approbata ab Alexandro VI. anno Dominicæ incarnationis 1501. pridie idus Februarij Pótificatus ipſius anno 10. & deinde à Iulio II.

Coluen. in kal. Mar.

Libet autem decem illa beneplacita, ſeu virtutes Euangelicas Deiparæ virginis Mariæ, ſuper quibus regula ipſa fundata eſt, deuotioni erga eam excitandæ, commemorare: in quorum memoriam, quicumque decem Aue Maria recitauerit, lucrabitur indulgentias decem mille annorum à Leone X. Pont. Max. anno 1514. conceſſas, & per Paulum V. anno 1606. confirmatas. Virtutes autem ſunt hæ ſequentes.

Caſtitas.

Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Aue Maria.

Prudentia.

Conſiderabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Aue Maria.

Humilitas.

Ecce ancilla Domini. Aue Maria.

Fidelitas.

Exurgens abijt in Montana cum feſtinatione, vt ſalutaret

ret Eliſabeth ; vbi audiuit , Beata, quæ credidiſti . Aue Maria .

Gratitudo .

Magnificat anima mea Dominum . Aue Maria .

Obedientia .

Fiat mihi ſecundùm verbum tuum . Aue Maria .

Paupertas .

Inuoluit puerum panniculis , & poſuit in præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio . Aue Maria .

Patientia .

Pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te ; Aue Maria.

Pietas .

Vinum non habent . Aue Maria .

Conſtantia .

Stabat iuxta Crucem Ieſu mater eius: cuius ſanctiſſimam animam doloris gladius pertranſiuit . Aue Maria .

Coluen. loc. cit.

Porrò cùm Ioanna in omnibus ſuis precibus & meditationibus , non aliud precaretur , quàm eam gratiam, vt cognoſceret in qua re magis delectaretur B. V. Maria , eidem reuelatum fuit , ipſi ſingulariter placere Salutationem angelicam decies recitatam , in honorem decem illarum virtutum euangelicarum ; ſeu decem beneplacitorum , in quorum etiam ſignificationem & commemorationem , corda decem nodorum ſtringebatur , cùm in memoriam virgineæ puritatis Deiparæ , quam æmulabatur , chlamydem omninò candidam ab humeris ad talos vſque dependentem gereret : illuſtria in ſe virginis Deiparentis beneficia deriuauit , atq. humilitatis virtutem, quò tutius conſeruaret, eadē ſequeſtra à Deo ſupplicabat.

Hilar. de Coſte in Elog. & vita huius Ioannæ.

Huiuſmodi virtutis fundamento innixum eſſe voluit Ordinem Annunciationis à ſe fundatum ; adeò vt quæ alijs præeſſent Ancillarum nomine appellari cenſuerit ; imitamento ſane Deiparæ Virginis, quæ , cùm Dei mater ab Angelo ſalutaretur, Ancillam ſemet præbuit , ea voce : Ecce ancilla Domini . In hæc Salutationis angelicæ verba, Aue Maria, Dominus tecum, hęrebat ſpiritu attonito, ob delectationis abundantiam . Annunciationis myſterium præ cæteris ferè colebat ; id parietibus , foribus, feneſtris

neſtris, tapetibus, picturis expreſſum inferebat. In diem ſabbati Deiparæ ſacrum, quæcumq; grauiora protrahebat: eodem die præcipuis pietatis officijs ſeſe extendebat: ſingulis quoq. diebus precationem huiuſmodi Dei parenti ſuſcipiebat: Maria, Ieſu mater digniſsima, dignam me tibi ancillam effice, ac ſeruam; & mihi faue, vt gratia tua numquam dimittar: & vt quidquid creatum amo, illud, quia te amat, amem. In eo etiam fauorabilem te mihi præbe, vt amer ab amantibus te, & ideo amer, quia te amo; vt tandem exuta hac mortalitate, ad te peruenire poſſimus, amaturi, laudaturiq. æternum Deum noſtrum bonum, te ſimul amem. Quam quidem præcationem haud ſola orabat, ſed & cæteris addiſcendam, nuncupandamq. tradebat. Rurſus, in vita eiuſdem, per Ludouicum Donæ de Atticby, Ordinis Minorum ſancti Fräciſci de Paula, ſub finem cap. 12. habetur inſignis oratio de decem virtutibus euangelicis à B. Ioanna, ſecundùm rei ſubſtantiã compoſita, & ſuis filiabus cõmendata.

Primum ſuæ Religionis monaſterium, in honorem beatæ Mariæ extruxit Biturigis in Francia; & ibi Deo pietati ipſius luculentum teſtimonium viſibiliter exhibente, anno 1504. die 4. Februarij, in Domino quieuit. Cuius memoriam quotannis Annunciatæ Virgines renouant; dum ad Primam, die 4. Februarij ita legunt: Obijt inclyta, & meritis plena Ioanna Francia illuſtriſſima quondam Regis filia, & ſoror alterius, videlicet, Caroli VIII. quæ viro ſoluta caſtè viuens, mundo orbata, & diuinis atque ſacris addicta, totius Ordinis ſacrorum beneplacitorum euangelicorum fundatrix, ac rectrix extitit pientiſſima. Cuius ſacrum pignus Bituricis honorificè ſepelitur, miraculis clarens: porrò nunc beata in cælis laureata perpetuò cum ſanctis Deo fruitur, die 4. Februarij defuncta, anno Domini 1504. Eius imago pingitur cum puero Ieſu in gremio matris, qui porrigit ei anulum, quo ſe Deo per religionis vota conſtringat.

Iacob Marchanhort. paſt. tract. 3. lect. 11.

De

DE SANCTO FRANCISCO De Paula, Ordinis Minimorum Fundatore.

CAPVT XXXI.

Bened. Gonon. in eius vita in Appendice ad vit. PP. Occidentis.

SAnctus Franciſcus de Paula miraculorum parens, Ordinis Minimorum inſtitutor; valdè à teneris annis cœpit amore beatæ Virginis flagrare; cuius Roſarium, & Officium cum incredibili deuotione genibus flexis, & nudato capite recitabat: vnde cum aliquando iuſſus eſſet à matre, propter frigus, & aeris incommoda, in tam prolixis precibus tegere caput, tale admirabile reſponſum ab eo audiuit: Mater, ſi Reginam alloquerer, quid velles me facere? certe præciperes, vt depoſito galero, reuerentius loquerer: ſic ergo decet, & neceſſe eſt, vt imperatrici cæli, & terræ, flexis genibus, & nudato capite ſeruiatur. Quod reſponſum audiens mater, valdè mirata eſt.

Nico. Roillart. apud Lanouium in Appar. ad Chron. Minimorũ

Huius domus paterna, ipſa nocte conceptionis ſuæ, columnæ igneæ fulgoribus, velut facibus vndique ſplendeſcere viſa eſt, ad inſtar ſacratæ ædis beatiſſimæ Virginis Lauretanæ, vt indicaretur, Franciſcum domum futurum virtutum omnium luminibus coruſcantem, quam Deipara Virgo ſpiritualiter, vt Lauretanam olim corporaliter, inhabitaret.

Aug. Vvich. in Brabant. Mar. lib. 3 c. 78.

Tredecim annos natus, curauit ſe à parentibus duci Aſſiſium, ad viſitandum ibidem templum noſtræ Dominæ de Portiuncula, famoſum illud, &, de cælo datis indulgentijs, celebre; vbi eam in vitæ ſuæ patronam, aſſumpſit, & directricem.

Grandior exinde factus, & dux nouæ militiæ, ſub eiuſdem patrocinio eam auſpicari voluit: vnde Religionem ſuam appellari iuſſit, Ordinem Ieſu, & Mariæ, atque ita vocatur à plurimis auctoribus, Volaterrano, Gene-

ne-

nebrardo, Chopino, &c. ſe omnium minimum, iuxta Saluatoris conſilium, & fratres ſui Aſſeclas minimos vocari voluit: imitatus in eo beatam virginem Deiparam Mariam, cui ſingulariter extitit deuotus, quæ cùm ad altiſſimum, qui ſub Deo haberi poteſt, dignitatis, & ſanctimoniæ gradum eſſet euecta, infra omnes omnino ſeſe humiliauit, Angelo Gabrieli humilitatem ſuam ex cordis intimo confeſſa: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.

Idem, licet Virginis Deiparæ eſſet amantiſſimus, noluit admittere eius iconem ex puro auro, & lapillis pretioſiſſimis collucentem (pretium erat ſeptemdecim millium aureorum) ei à Ludouico XI rege Galliæ oblatam: à quo, & multis precibus tribus vicibus ſollicitatus eſt, vt eam caperet, quam tamen conſtanter ſemper recuſauit, dicens, ſatis ſibi eſſe papyraceam, quam penes ſe haberet; eo quod æque atque aurea Dei genitricem repræſentaret, quod ei abunde ſufficiebat; nimirum, memor erat illius Dauidici, Pſalm. 44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.

Cùm monaſterium Monialium ſui Ordinis apud Illitargim fuiſſet inſtitutum, benediceus Franciſcus nouæ plantulæ, ſingulis Monialibus Roſarium beatæ Virginis dono miſit; quo munere ſolebat Ordinis benefactores, & amicos, piaſque perſonas afficere: vt enim in proceſſu, apud Turones habito, ad eius canonizationem refertur, innumera huiuſmodi Roſaria diſtribuebat, quæ magna virtute ad quamplurima miracula pollebant. Erant autem illa ex viſco querno, quod tornatum vtrimque, Crucis figuram radijs in modum ſtellæ circumfulgentem exhibet; atque hoc eſt, quod de illis Roſarijs Hiſpani ſcriptores, quaſi mirabile prædicant, quod nihil eſt minus. Id enim à natura habent, ſed virtus illa, quam benedictione beati viri conſecuta ſunt, verè eſt mirabilis, cùm res ſupra naturam potenter efficiat.

Frate. Lanoui. in Chrô. Min. ann 1505. num. 10.

In laudem beatæ virginis Mariæ, in exercitio coronæ eius, quæ 63. Aue Maria, & 7. Pater noſter, continet, maximè diebus feſtiuis pro gratijs diuerſis impetrandis

cre-

Vide Regul ſancti Frãc. apud Lanouium in Chronico.

crebro ſuos ſe occupare volebat. Salutationem angelicam, diuinum laicorum fratrum officium ratus; ſtatuit in regula, quod fratres non clerici, dicerent 30. Aue Maria pro Matutino: pro Laudibus 10. pro Veſperis 12. & pro qualibet reliquarum Horarum, ſeptem. Voluit etiam, vt ijdem fratres, & etiam oblati, in præcipuis Deiparæ feſtiuitatibus ſacroſanctum Chriſti Corpus deuota mente ſuſciperent. Item, quòd quotidie orarent pro defunctis, dicendo quinquies Aue Maria. Mandauit etiam, quòd in morte fratris, omnes fratres: ſororis, omnes ſorores illius villæ, vel opidi, vbicumque ſepeliri contigerit; & infra octo dies ſequentes 50. Aue Maria pro decedente perſoluerent. In die Commemorationis animarum, idem fieri iuſſit pro omnibus defunctis. Iuſſit etiam, vt infra ſanctam Quadrageſimam 100. Aue Maria: infra Aduentum, & quamlibet octauarum ſequentium, videlicet, Paſchæ, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis virginis Mariæ, ſancti Michaelis, Natiuitatis Domini, 30. Aue Maria pro fratribus, & ſororibus, & omnibus defunctis perſoluerent. Sciebat enim, virginem Deiparam matrem eſſe omnium, qui ſunt in purgatorio, & purgandorum pœnas valde eiuſdem precibus mitigari. Miracula ſua eidem B. Virgini attribuebat; primamque Eccleſiam ſui Ordinis eidem deuotus conſecrauit.

Vide diuã Birgittã in Reuelãtionibus.

Conſueuerunt eius fratres, cùm ſeſe ſalutant, & alloquuntur, ex tanti Patris imitatione, & inſtituto, præmittere hæc verba: Aue Maria.

Victonus in eius vita apud Gonõ. in Chronico B. Virginis.

In Ordine Minimorum quotannis celebratur feſtum B. Mariæ de Victoria in Mauros. Hiſtoria eiuſmodi eſt: Cùm Malacum Granatæ Ferdinandus V. rex Hiſpaniæ obſideret, nec vlla ſpes regijs copijs ſuppeteret vrbis inuadendæ, rei quæ gerenda erat euentum, inter contemplandum edoctus S. Franciſcus Paulanus, apud Turones degens, duos fratres, datis litteris, ad regem Ferdinandum tranſmiſit, quibus vir ſanctus Regem, nè animo excideret, hortabatur, breui futurum eſſe, ſi confidat in Domino exercituum, vti ciuitas obſeſſa obtineretur.

Quod

Quod paulò poſt acceptas litteras contigit; nam terrore panico intra vrbem immiſſo, attoniti Mauri, ianuis apertis effugere ex ea parte, quæ ob ſitum erat ab obſidione libera, eam ob cauſam fratres illi non dum noti, dicti ſunt de Victoria; eoq. in loco, vbi caſtra erant, primum ſacellum Eremiticum B. Mariæ de Victoria dictũ eſt.

Cùm adhuc moraretur Paulæ prædictus S. Franciſcus, Thomas Piſſonius, Aquarius Paulanus, ſupremum vitæ agebat ſpiritum, cùm Paulinus eius filius accurrit ad ſanctum Franciſcum, qui fortè cum matre ſua colloquebatur in Eccleſia. Vt autem eum eiulantem perſpexit vir ſanctus, percontatus eſt, quid rei eſſet, ille verò reſpondit: Pater meus moritur. At ſanctus pater ſolatus eſt eum, & iuſſit illum orationem Dominicã recitare: quam cùm reſpondiſſet ſe neſcire; Salutationem verò angelicã ſe probe tenere: Ergo, inquit ſanctus vir, tot repente numero Aue Maria, coram S Crucifixi, quæ proſtat in templo, imagine, recita; ſic enim fiet vt virginis Mariæ patrocinijs pater tuus euadat ſanus, vt autem numerum indictum Salutationis angelicæ abſoluit, redijt ad ſanctum Patrem, qui tradidit ei biſcoctos panes tres cum prunis aliquot, quæ cùm comediſſet pater eius, tres poſt hæc dies incolumis agebat.

Obijt vir ſanctus, communiſq. Parentis amator, ac venerator inſignis, anno 1507. die 2. Aprilis.

DE HIERONYMO ÆMILIANO, Congregationis Somaſchæ Fundatore.

CAPVT XXXII.

HIERONYMVS Æmilianus, Patritius Venetus, Congregationis Somaſchæ Fundator, ortus Venetijs, anno 1481. beatiſſimæ Virgini Dei

August. Turtura in eius vita 4. libris edita Mediolani anno 1610.

matri deditus fuit cliens, eamque dum vixit, intimis tulit præcordijs. Cum adhuc in ſæculo miles, Caſtronouo à Cæſarianis militibus direpto, tenebricoſo, & ſqualore oblito carceri addictus, ad extremos penè, cùm animæ, tum corporis deſperationis ſcopulos miſerè deferri videretur; de repente aura cæleſtis numinis leniter eius pectus afflante, in pacatiſsimũ portum ſalutis eſt inuectus. Animũ enim eius penè deſtitutum ſubijt Deiparę virginis Taruiſinę memoria; quam matrem miſericordiæ hominibus datam, vnicum miſeriarum ſolatium, & peccatoribus extremè laborantibus certiſſimum perfugium à Deo conſtitutum recordabatur. In huius igitur beatiſſimæ Virginis tutela, ſalutis ſuę pręſidia collocanda putat; qua patrona & aduocata, ſi apud Deum vtatur, non dubiam ſibi ſcelerum indulgentiam, & æternæ ſalutis auxilium pollicetur. Itaq; fuſa illicò ad Virginem, non tam longo verborum ambitu, quàm interno animi affectu & lacrymarum imbre, grauis & pia oratio, nè ſe miſerum, licet eius clientela, & patrocinio indignum, tot circũuallatum calamitatibus, & tot preſſum malis, negligeret; ſe è Chriſtianis illis peccatoribus vnum eſſe, eumq. inſignem, quibus à Chriſto mater miſericordiæ, & commune perfugium data eſt: proinde, nè abiectiſſimum famulum, à filio ſibi commendatum, clementiſſima cęli Regina, & Dei mater deſpiceret, de ſalute, atq; incolumitate animi prope deſperanti mature ſubueniret, flagitijs, criminibusq. ſuis, quę illa innumerabilia fateretur, ab irato filio veniam & pacem poſceret; non deſereret Patrona clientem; Regina ſeruum; communis miſericordiæ parens, iacentem in ſordibus & ſqualore, filium. Ad hęc ſe nudis pedibus eamdem ſacram Taruiſanam ædem inuiſurum, ibiq. certum ſacrorum numerum ſuo ęre curaturum, & voce, tabuliſq. tam inſigne beneficium palam teſtaturum, voti religione obſtrinxit. Cordi vtiq; Deo, beatiſsimæq. Virgini fuere preces & vota: vix enim ea Hieronymus abſoluerat, cùm ſeſe oranti, & multis lacrymis ſupplicanti, candida in veſte, necnon cęleſti luce circumfuſa, ac diuina planè maieſtate conſpicua,

Dei

Dei genitrix Maria virgo ſanctiſſima obtulit, carceriſq. tenebras inuſitato, atque inexplicabili radiorum ſuorum ſplendore diſpulit, ac fugauit. Ex oculis enim ac vultu, atq; adeò toto celſiſſimę Virginis corpore tanta claritas emicabat, vt neq. poſſet in eam oculorum aciem defigere, nec emicantem inde fulgorem diutiùs intueri. Itaq; huiuſmodi ſpectaculis inſuetus, terrore attonitus, totis artibus contremiſcere, quid rei eſſet expectare: cùm beata Virgo Hieronymum benignè intuita, & proprio compellans nomine, præſenti animo, & hilari vultu, omni cura vacuum eſſe iubet, cuius preces & vota ſe aduocata & patrona, eſſent à filio clementer admiſſa. Ille animo erectus patronam ſuam intueri connixus haud commodè potuit: cumq. oculorum & animi voluptate quadam delinitus, illam obniteretur attentiùs, acriuſq. contemplari, tanta ſenſit radiorum vi obtutus aciem perſtringi, ac propè obtundi, vt potuerit ardentem meridiani ſolis facem multò commodiùs intuèri. Quare adhuc animo dubius, leui aliqua ſomni imagine ſe illuſum putat; cum beata Virgo cœptis addit vt vota ſoluat, & vitæ emendationis in poſterum conſilia ineat; tum manu ad eum porrecta, claues offert, quibus & vincula, & carceris oſtia reſerare, & quocumque libeat, abire, mandat. Fidem viſi fecit expleta promiſſio; ſiquidem ille impiger ad iuſſa, acceptis clauibus, vinculis & carcere reſeratis, ſenſit haud vanam eſſe tantarum rerum imaginem; tum ad cæleſtem patronam venerabundus, & in gratiarum actione totus effuſus, ſe conuertit: ſed illa tenues in auras momento dilapſa, lætiſſimum Hieronymum ſummo mœrore, ſuo diſceſſu compleuit. Qui tandem verbis & lacrymis, dolore & lætitia ſimul intermixtis, actis intimo cordis affectu Deiparæ virgini gratijs, è carcere liber egreditur. Extulit è carcere, quo tanti beneficij ſempiternum aliquod in poſteros extaret monumentum & probata fides, claues è cælo ſibi delatas, tum manicas & compedes cum pila marmorea, & reliqua crudelitatis inſtrumenta, præter interiorem ſubuculam, cæteris veſtibus nudatus. Ea ſarcina,

quaſi trophęo ſuæ victoriæ ornatus, verius quàm oneratus, ſeſe in viam dat: ſed mox aliud imminet grauiùs periculum: vix enim aliquot paſſibus proceſſerat, cùm in exercitum Cæſaris incidit; & viam omnem armato, peruigiliq. milite occupatam circumſpectat. Expalluit famulus Dei Æmilianus, animoq corruit ſubito hoſtium incurſu, humaniſque deficientibus ad diuina perfugia ſe conuertit. Inuocat iterum patronam & dominam ſuam, vt ſe præſenti periculo ereptum, certo itinere incolumem dirigat, precatur: nec irritæ preces: vix enim eą compleràt, cùm priorem & ſpeciem & habitum referens beatiſſima Virgo præſto eſt, & mox miraculum miraculo cumulat; manum apprehendit, ſecurum ſequi iubet; & per medios hoſtes ferrea vincula geſtantem, alienis oculis minimè conſpicuum educit. Hoc præterea ſingularis beneuolentiæ ſpecimen addidit, quòd Taruiſini itineris ignaro, ſe comitem præbuit, donec ciuitatis mœnia in conſpectum ſeſe darent. Tum diua tutelaris & comes Hieronymi, repente ex oculis ſeſe mira celeritate proripuit, illius mente nouo & inſolito ſplendore diuinæ lucis, ſub ipſum diſceſſum illuſtrata, & perfuſa, occultoq. igne diuini amoris corde ſuccenſo. Atq; vtinã hic mortali fas eſſet dulciſſima & prorſus cæleſtia B. Virginis hortamentã referre. Ille ciuitatem ingreſſus, beatiſſimæ Virginis ædem adit, longa & pia oratione filio, matriq. gratijs actis, noui miraculi euentum omnibus prædicat; obligatam voti ſponſione ſacrorum fidem integrè liberat; tabellam quæ rei mirandę exitum, & accepti beneficij memoriam ſcripto & pictura perpetuò teſtaretur, cum manicis, compedibus, colliq. vinculo, & marmorea pila è ſummo tholo pendentem curat; remq. totam, quo ordine geſta eſt, publica fide ſcriptis conſignari mandat. Illud verò vehementer dolendum, claues, per ſanctam Virginem cælitus delatas, infelici euentu, quo templum illud multis ab hinc annis conflagrauit, deperijſſe. Ideo cætera, quę integra ſuperfuerunt, à communi illa anathematum turba delecta, in interiorem altaris partem, iiſdem ferreis cancellis, quibus ſanctiſſimę Virginis imago, conclu-

cluſa ſingulari religione aſſeruantur; nec niſi pia adeuntium puſtulatione, produntur. Compedes verò non eius ſunt generis, quibus ferè vti conſueuimus, vt ferreo vecte claudantur; ſed quales, interdum equis ad paſcua dimiſſis, inijcere ſolemus, breui anulorum catena colligatæ. Hieronymus his ritè Taruiſij perfunctus, Venetias eodem habitu properat, inſigne B. Virginis beneficium palam per vicos, & compita in area magna B. Marci enunciat, quam plurimis, hominem, quaſi inſanum, ſomnia narrantem, irridentibus: alijs dubiam rei fidem, & ſuſpectam non planè admittentibus: permultis verò, quibus Hieronymi ingenium ab omni fictionis, & vanitatis ſuſpicione alienum iam pridem notum erat, admirandæ rei euentum obſtupeſcentibus. Bellicis rebus compoſitis, cùm Caſtronouo Aemilianus ſumma cum poteſtate præfectus fuiſſet, Taruiſum primo profectus, patronam ſuam matrem Virginem inuiſit, eamq; religioſiſſimè precatus eſt, vt quando voluntatis ſuæ planè conſcia, non ſtudio quæſitos à ſe faſces, non ambitam prouinciam ſciret, vires eidem oneri pares à filio impetraret; & quem primum vellet eſſe ingreſſum, quemq. extremum adminiſtrandæ prouinciæ exitum indicaret; qui iam votis de nouo genere vitæ conceptis commodo, non impedimento foret.

Collectis orphanis, viuendi rationem præſcribens, voluit Hieronymus primò manè, ſomno expergefactos, vnà omnes inter veſtiendum, præter Orationem dominicam, Symbolum fidei, & alia piè ab ipſo meditata, Salutationem angelicam elata voce recitare. Inter opificia verò, cæli, terræq; Reginam, & matrem miſericordiæ, præſcripta è formula, cantuq; inuocare: non numquam etiam alternantibus choris, ſacram eiuſdem Virginis roſariam modulationem concinere.

Duo fratres, Sommaſchenſes nè, an ex alio vico, non proditur, mutuis, ac diuturnis impliciti diſcordijs, odijs inter ſe capitalibus diſſidebant: cumq; alter Vercuragum peteret; alter Vercurago Sommaſcham rediret; in ipſo cliui deſcenſu ſibi occurrerant; vtriuſq; ad alterius conſpectum, mota ira, excitati vindictæ motus, efferueſcenteſq

ſcilicet circa præcordia, totoq. corpore ebulliente ſanguine: inde atrox, & plena periculi exorta rixa, & primò verbis agi cœpta res eſt; ſed ita vt inter iurgia, & minas, alter alterum maledictis & iniurijs laceſſeret, impias omninò, & immanes prout ab huiuſmodi hominum genere fieri aſſolet, in Deum, ſacratiſſimamq. matrem blaſphemias frequentiſſimas vterq; effunderet: vt primùm duo illi obuiam ſe habuere, forte ſuperuenit etiam Hieronymus cum alijs, initioq. contentionis audito accurit, medium ſe interponit, hortatur, & rogat, iras vt deponant, à blaſphemiæ ſcelere linguas coerceant: Quid, aiebat Hieronymus, quid mali commeruit Dominus noſter? quid ſacratiſſima Virgo: qua in re vobis damno, aut offenſioni fuit, vt tam diris à vobis proſcindãtur execrationibus? Cumq. videret clauſas eſſe monenti aures, & hortationibus, ac precibus iam obduruiſſe pectora; ille, qui horrendum blaſphemiarum ſonum amplius ferre non poſſet, tantaq. Numinis iniuria planè diſrumperetur, eodem in luto, vbi erat, genua ponit: Et vos, inquit, à tanto blaſphemiæ ſcelere, vel admoniti linguas non continetis! En ego in me ipſum vlciſcar ſcelus veſtrum; luam diræ blaſphemiæ pœnas; ego cæleſti, vt potero, occurram vindictæ. Tum os infigit luto, dentibus carpit, toto ore cœnum verſat, mandit, & dentibus terit. Ad eosq. iterum non ſine lacrymis: Veſtris vos, inquit, linguis, & ore plus quàm ſacrilego, male Deum, beatiſſimamq. Virginem accipitis; ego lingua, oreq. meo tamdiu cœnum volutabo, donec a diris deſiſtatis, læſoq. Numini ſatisfiat. Cumq. ita, & lutum ori ſumere, & velati dentibus mandere, illosq. obiurgare pergeret, non tulit diuina bonitas, vt tantus de Numinis iniuria conceptus dolor, & tam nobilis ad eam auertendam Hieronymi conatus concideret: ſiquidem illi tam raro, inſolentiq. facto, vehementer permoti, ſtupore defixi hæſere, irarumq. non nihil reſtinctis ardoribus, maledictis etiam abſtinuerunt: tum Hieronymus, pacem expetere, pacem vrgere per Chriſti Domini, beatæq. Virginis merita, pacem implorare & deprecari: Hoc ſanctiſſimis illis Numinibus tribuerent, aiebat, quæ

tam

tam diris execrationibus fœdè laniaſſent; vt pœnitentiæ, ſatisfactionisq. loco, pacem inirent, pacem darent. Nec ægrè, Hieronymi factis, & dictis, obdurata pectora ſunt emollita, poſitæ iræ, ſublata rixa; vt non ſine mutuis lacrymis, gaudioq. reconciliatione facta, in fraternam conſuetudinem ſtatim redierint.

Ieſu, & Mariæ ſanctiſſima nomina ingeminans, repetenti Deo ſpiritum reddidit Aemilianus, anno 1537. ætatis ſuæ 56. ſexto idus Februarij.

DE ANT. MARIA ZACHARIA, Bartholomæo Ferrario, & Iacobo-Antonio Morigia, Ordinis Clericorum Regularium ſancti Pauli, vulgò, Barnabitarum Fundatoribus.

CAPVT XXXIII.

VEnerabilis Dei ſeruus Antonius-Maria Zacharia, Patritius Cremonenſis, vnus ex tribus Clericorum Regularium S. Pauli, vulgò, Barnabitarum, & Angelicarum Virginum Fundatoribus; ob morum ſanctimoniam, & Virginitatis perpetuæ ſeruatum florem, a Seraphino Firmano, Canonico Lateranenſi, eiuſdem æui ſcriptore celeberrimo, cælorum ac terrarum ornamentum appellatus, vſque adeò in Deiparæ virginis amore, & cultu exarſit, vt à primis annis eam ſibi in dominam, & matrem dilectiſſimã præelegerit: neque vmquam ad Deum exorandum; aut ſacrum faciendum acceſſerit, quin ad commune totius orbis perfugium, diuturnis ac præcipuis precibus non confugeret. Eiuſdem amorem ac obſeruantiam Virginis, priuatis, ac publicis collocu-

R.P. Chriſtof. Giarda Nauar. nunc Præpoſit. Collegij Cler. Reg. S. Caroli de Vrbe in eorũ vita M.S.

tionibus nemini non nitebatur impertiri. Ludouicam Taurelliam Guaſtallæ dominam, à contemptu ſæculi ad Chriſti in Crucem ſuffixi dilectionem, & imitationem varijs quidem exercitationibus, quæ ad pietatem excitandam fiunt, ſed nulla re magis impulit, quàm ardenti in Virginem amore. Suæ autem diſciplinæ alumnis, vera regularis obſeruantiæ documenta tradere ſolitus, in illud incumbebat vnum, vt Reginam Angelorum tamquam optimam parentem, qua decet veneratione, & amore proſequerentur. Quamobrem in eadem Congregatione ſanctiſſimus, idemque pietatis pleniſſimus ritus in hodiernam diem conſtantiſſimè retinetur, vt nouitij ſub amore, & patrocinio Virginis ad vitam regularem informentur: atque, vt huius profeſſionis documentum aliquod exhibeant, ſingulis diebus poſt Officium diei in choro perſoluendum, Horas Virginis in eiuſdem Oratorio quamdeuotiſſimè perſoluant. Sed nè tam debita Virgini pietas, intra regularis nouitiatus anguſtias concluderetur, in totum manauit Ordinem, qui, & in omnibus ſuis Eccleſijs, aram Virginis præcipuè colit, & præter abſtinentiam mercurialem, in eiuſdem honore ſuſceptam, ſingulis ſabbatis Litanias eiuſdē recitat, ac ſingulis diebus opem eiuſdem deuotiſſima precatione implorat.

Cæterùm, Cremonæ mortalitatem expleuit Antonius-Maria Zacharias, anno inuectæ in orbem ſalutis 1539. tertio nonas Iulij, annos natus 39. Corpus delatum illinc Mediolanum, apud Angelicas Virgines quieſcit.

Bartholomæus verò Ferrarius, Patritius Mediolanenſis, prima virtutis ſemina, & primas Religionis flammas in Virginis amore ſuſcepit. Incanduerat Bartholomæus tam ardenter in huius obſequium Reginæ, vt præter illam, dies, noctesque nihil prorſus cogitaret; quin ea ſe pietatis flamma, quæ intus in animi latebris velut abſtruſa deliteſcebat, ſic erupit, vt externam corporis elegantiam in mortificationem commutarit. Baſilio fratri, qui Romæ à trium ſummorum Pontificum ſecretioribus litteris deſeruierat, ſordidum vitæ genus exprobranti, facillimè reſpondit, ſe pietate in Virginem id fa-

cere, neque dubitare quin à prudentibus ea vilitas ſæcularium faſtui præferretur.

Angelicis Virginibus, quibus perpetuo fere à Confeſſionibus fuit, nihil tam aſſidue repetebat, quam vt Deiparam ex animo colerent. Quamobrem hodierna etiam die Angelicarum monaſteria, quorum alterum Mediolani, ſub inuocatione ſancti Pauli, alterum Cremonæ ſanctæ Marthæ dicatum, duo regularis obſeruantiæ præclariſſima lumina in cultu, & amore Virginis nulli primas concedunt.

Spiritum reddidit Ferrarius decima quinta Nouembris, 1544. cùm ętatem non vltra quintum ac quadrageſimum extendiſſet. Eiuſdem corpus in æde Angelicarum Virginum, apud ſanctum Paulum conditum; ne poſt mortem tumulus diuideret, quos in vita, Chriſti ac Chriſtiparæ amor tam ardenter coniunxerat.

Tandem, Iacobus-Antonius Morigia, Patritius Mediolanenſis, ſancti Victoris ad Corpus Mediolani primùm Abbas, ſuæ in Virginem Deiparam eximiæ pietatis illud præ cæteris præſeferebat argumentum, vt quidquid ageret, in eiuſdem honorem Virginis poſt Dei gloriam referret. Neque verò pauca, aut mediocria tantum ſuſcepit, ac perfecit; verum tot, tantaque, & iniuit prudenter, & feliciter confecit; vt ea tempeſtate Mediolani, velut Religioſæ probitatis exemplar è cœlo ſubmiſſum, ab omnibus exiſtimaretur. Proregis Inſubriæ à Confeſſionibus fuit, quem auxilio Virginis ad meliorem frugem reduxit. Michaeli Ghiſlerio, qui tum Mediolani ſanctæ Inquiſitionis munere fungebatur; dein ad apicem Pontificiæ Maieſtatis euectus, non operibus minus, quam nomine Pium vere ſe præbuit, ob ſimillimum in Virginem amorem gratiſſimus vixit. Denique ijs omnibus, qui apud ipſum ſua fatebantur crimina, illud pro viribus in animum inducebat, vt poſt Deum à Virgine ſalutem, ac æternitatem ſperarent. Neque in Virginis recitandis laudibus, aut feſſus, aut non ſummopere lætus viſus eſt. Obijt Mediolani deuotus Dei, ac Deiparæ virginis ſãctiſſimæ famulus, idibus Aprilis, anno 1546. poſtquàm annos

duos de quinquaginta ſumma cum laude vixiſſet, atque in Eccleſia ſanctorum Pauli, & Barnabæ collocatus eſt.

DE B. CAIETANO THIENÆO, Paulo Conſiliario, Bonifacio à Colle, & Paulo Papa Quarto, Ordinis Clericorum Regularium, vulgò, Theatinorum Fundatoribus.

CAPVT XXXIV.

Clericorum Regularium, vulgò, Theatinorũ Ordinis fundatores, Ioannes Petrus Caraffa, nobilis Neapolitanus, tunc Epiſcopus Theatinus, poſtea Paulus Papa IIII. B. Caietanus Thienæus nobilis Vicentinus, Prothonotarius Apoſtolicus, Bonifacius à Colle, nobilis Alexandrinus; ac Paulus Cõſiliarius, nobilis Romanus, numerantur. Quadriga venerabilis, ac ob continuum in Mariæ amoris ſtadio curſum, verè atque in ſolidum Mariana. Et quidem B. Caietanus Thienæus, qui prior omnium ad ſuperos euolauit, ſuæ in Deiparam virginem pietatis, eiuſdemque Virginis mutui in ſe amoris certum, omnique fide dignum teſtem, ſuam nobis reliquit inſignem humilitatem; cuius gratia, quò tantæ matri ſimilior reddebatur, eò maius in eam ſtudium, ſedulitatemque concipiebat. Aliquid conſcripturus, ſuauiſſimo Ieſu nomini præmiſſo, mellifluum etiam Mariæ nomen addebat: quoque dulcius Chriſtus à ſe pronunciatus reſonaret, fere ſemper filius Mariæ virginis ſubdebatur. Vt aliquid à Deo optimo maximo beneficij obtineret, Mariæ ſupplicationem, cui nihil ab ipſo denegatur, interponebat, cuius etiam patrocinium certum, miſeris ſolamen, proponebat. Vtque ſe diuino dominici corporis epulo paratiorem exhiberet, eadem Virgine, medio ſcilicet om-

Io. Baptiſta Caſtaldus in eius vita.

nium

nium optimo, vtebatur. Hanc ſibi ob oculos, nos beneficijs cumulandi anxiam effingebat, puerulum ſuum geſtantem, quem libentiſſime nobis elargiretur, & quo in nos maiorem præſeferret clementiam, eo in dæmones ſeueriorem aciem oſtentaret. Si quem, vt ſeſe Chriſto dicaret, hortaretur, vt eiuſdem etiam glorioſæ Genitrici donaret, perſuadebat. Tanta verò ſacrum dominicæ Natiuitatis, virgineique partus myſterium pietate recolebat, vt nocte illa, in qua annua pompa celebrari conſueuit, paſtores aliquot modulantes audire delectaretur, ſeraphici patris Franciſci idem curantis, exemplum ſectando.

Officium paruum beatiſſimæ Virginis (cuius correctioni cum Paulo IIII. & ſocijs inſudauerat) deuotiſſimè recitabat. Exemplumque Patris filij ſecuti, ſtatuerunt in conſtitutionibus, vt huiuſmodi Officium in choro ab omnibus recitaretur: eoque tempore, quo, ſiue ex Breuiarij rubricis, ſiue ex ſuperioris facultate omitteretur in choro, vnuſquiſque apud ſe priuatim diceret. Cōſtit. Cleric. Regul. par. 1. ca. 1.

In epiſtola quadam, quam ad Eliſabetham Thienæam, neptem chariſſimam, conſcripſit, inter alia inquit: Filia, bonum quod mihi vellem, tibi opto; ſed vt illud obtinere valeas, nullum aliud reperitur medium, quam Mariam virginem ſæpe rogare, vt te cum filio ſuo glorioſo viſitare dignetur: Interdum verò in orando ſis audax, petens, vt tibi filium ſuum in cibum animæ tuæ in ſanctiſſimo altaris Sacramento concedere velit, ipſaque libenter dabit, ſuiſque te fructibus fortem efficiet. Sic ille.

Dum pro eius canonizatione formarentur proceſſus, notabilis hic fauor eidem à B. Virgine collatus Venetijs innotuit: Amœniſſimo in viridario viſa eſt cœlorum Regina cum ſanctiſſimo filio ſuo, ac Angelorum, Beatorumque multitudine copioſa, deliciosiſſimæ, cibiſque pretioſis redundanti menſæ accumbere, & beato Caietano, qui ibidem reperiebatur, partem ciborum in eadem menſa appoſitorum mittere, vt eam ipſe filijs ſuis diſtribueret. Quo facto ſignificare voluit Dei mater protectionem, quam de huius Beati religione tenet, ac ma- Ex Epiſt. Franciſci Bolutti, ad Thomã de Afflictis Cler. Reg.

ter-

ternam in eiuſdem indigentijs ſubueniendo ſollicitudinē, chariſſimi famuli,ac amici ſui approbans inſtitutum.

Porrò beatus hic Caietanus, magna ſanctitatis opinione, feliciſſimam animam creatori reddidit,ſeptimo idus Auguſti, anno ſalutis 1547.

Paulus Conſiliarius, beatiſſimam Virginem Dei matrem, cùm alijs pietatis exercitijs, tum verò virtutum eius, & præſertim virgineæ puritatis imitatione honorare ſtuduit: ad vltimum enim vſque ſpiritum virginitatis florem integrum, illibatumque ſeruauit, quemadmodum ipſe clariſſimis verbis oſtendit, dùm ætate decrepitus, & morti iam proximus, de beneficijs acceptis debitas creatori ſuo gratias relaturus, religioſe confeſſus eſt, ſe diuinæ Maieſtati peculiari obligatione obſtrictum eſſe, quod in eo puritatis ſtatu, quo ex vtero matris exierat, pergeret ad ſepulchrum. Migrauit è vita anno 1555. nonis Auguſti.

Tuſ.in hiſt. Cler. Regularium.

Bonifacius à Colle, licèt Mariæ Deiparæ virgini ſingulariter addictus, ac dilectus fuerit, nihil tamen de eo in acta miſſum inuenio, niſi quod ædificationi monaſterij Sapientiæ, quod Neapoli à Pauli IIII. Pontificis optimi maximi ſorore, pro Monialibus dominicanis, in honorem beatiſſimæ Virginis, veræ ſapientiæ matris, extruendum erat, ab eodem Paulo iuſſus præfuerit; omnemque conatum, vt tandem abſolueretur, adhibuerit. Magna cum ſanctimoniæ fama extremum diē clauſit,anno 1557. die 3. Auguſti.

Id.loc.cit. in ſupplem.

At de Paulo Papa IIII. vnde dicere incipiam? Hic materna adhuc aluo incluſus, beatiſſimæ Virgini, quæ in Virgiliano, ſeu Virgineo monte, prope Neapolim colitur,oblatus eſt. Cumque eius mater ad hunc montem pergeret, deuotiſſimam ibi Deiparæ imaginem viſitatura, vt caute ſeſe in itinere gereret, ab Eremita quodam admonita fuit, cum Pontificem ſummum in vtero geſtaret. Mariæ Caraffæ ſorori ſuæ auctor fuit, vt ipſa Neapoli nouum monaſterium Sapientiæ,pro Monialibus Dominicanis, in honorem B. Virginis, quæ vera eſt ſapientiæ mater, ædificaret; Officium paruum beatiſſimæ Virginis cū ſo-

Io. Baptiſta Caſtald. in eius vita.

Tuſſ.in hiſt. Cler.Regul. & in ſupplem.eiuſd.

ſocijs correxit, atque ad meliorem formam reduxit; vt patet ex diplomate Clementis VII. ſub datum Romæ die 20. Ianuarij, anno 1529. Optans contra blaſphemiæ abuſum, vt beatiſſimam virginem Mariam, Dei matrem, Dominam noſtram, eiuſque perpetuam virginitatem debito honore, ac reuerentia proſequerentur fideles, pœnalem legem ſtatuit in eos omnes, qui ipſam temere blaſphemare auſi fuiſſent. Conſtitutione quoque edidit anno 1555. qua monuit omnes, qui eo vſque aſſeruiſſent, vel credidiſſent beatam Virginem non fuiſſe Dei matrem; neque ſemper virginem extitiſſe, vt ab eorum aſſertione, & credulitate infra certum terminum recedere, ſuumque errorem in manibus Inquiſitorum abiurare deberent, ipſiſque pœnitentibus, & abiurantibus, remiſſionem conceſſit; quatenus relapſi, aut inquiſiti, aut delati non eſſent: impœnitentibus autem, & alijs de cætero errantibus, relapſorum pœnas irrogauit, quibuſcumque non obſtantibus. Bellorum tempore Vrbem munire volens, Eccleſiam ſanctæ Mariæ de Populo, vt quidam ſuadebant, demoliri non permiſit, id conſulentibus reſpondens: Sanctam Virginem, bonum Vrbis propugnaculum futuram: Primus auctor fuit Pontificij equitatus, qui hodie in die Annunciationis beatiſſimæ Virginis à Summis Pontificibus fieri ſolet ad Eccleſiam B. Mariæ ſuper Mineruam, quam præterea Eccleſiam ſingulari ſemper deuotione coluit; & Cardinalis exiſtens, ſuas in ea conſuetas orationes peragere conſueuit. Ordinauit vt die 15. Auguſti, quo die glorioſæ Virginis dominæ noſtræ Aſſumptionis feſtum celebratur, in Patriarchali Eccleſia S. Mariæ Maioris Pontificia haberetur capella: quemadmodum ab eo Pontificatu ad hæc vſq; tempora ſeruatur. In qua etiam Eccleſia beatiſſimæ Virginis parientis figuram, altricibus circumdatam, prorſus abradi mandauit. Eccleſiæ S. Mariæ in Dominica, quæ in Nauicula dicitur, Dominica ſecunda in Quadrageſima Stationes reſtituit. Statuerat ob ſuam deuotionem Lauretum proficiſci, ſeque in ea ſancta Domo beatiſſimæ Virginis viſitatione recreare, ſed ſe ad iter accingens, multa ad id ſcuto-

Vide Bullar. tom. I.

Ex eius vita.

Digitized by Google

torum millia neceſſaria eſſe animaduertit; quibus cum careret, & Cameram Apoſtolicam grauare nollet, conſilium mutauit. Huius tamen ſanctæ Domus cultum amplificare non deſtitit. Pontificatus namque initio vetera aliorum Pontificum beneficia nouo ſanxit diplomate; ædificationem ſedulò iuuit: auxit numerum miniſtrorum; nihil denique prætermiſit, quod ad amplificandam loci religionem pertinere exiſtimabat. Eccleſiam beatæ Mariæ virginis Antuerpiæ operis mirifici, & quadrati ad 466. pedes ſurſum eminentis, glorioſiſſimam in Cathedralem erexit, cum prius aliquot ſæculis Collegiata ſub Præpoſitis fuiſſet. In myſteriũ Conceptionis nihil minus ſuis Prædeceſſoribus propenſus, varias elargitus eſt, per ſpecialia diplomata, indulgentias, & gratias Sanctimonialibus Conceptionis: negauitque, cum Patribus Concilij Tridentini, ſuæ intentionis eſſe Mariam virginem ſub communi regula de peccati originalis contractione comprehendere. Sancto fine quieuit, anno ſalutis 1559. ætatis 83. die 18. Auguſti.

Turſell. in hiſt. Lauret. li. 1. ca. 21.

Balingl. in kal. Mar. 18. Auguſti.

Ant à Trejo orat. 8. de Cõcept. apud Vvadingh. in legatione.

DE BEATO IOANNE DEI, Ordinis Fratrum Hoſpitalitatis, & infirmis Miniſtrantium Fundatore.

CAPVT XXXV.

Ant. de Gouea Epiſcopus Cerenen. in eius vita.

Nicol. Anagnalis in comp. vitæ eiuſdem

BEatus Ioannes Dei Luſitanus, Ordinis Fratrum Hoſpitalitatis, & infirmis Miniſtrantium, qui per Italiam, Fate ben fratelli, nuncupantur: quod his vocibus, in colligendis eleemoſynis, vti ſoleant, Fundator, fere ab incunabulis mira erga Deiparam virginẽ Dominam noſtram deuotione exarſit: quæ ſuis deuotis, vndequaque gratiſſima, haud vulgaribus beneficijs, eum,

etiam

etiam dum viueret, exornauit. Quotidie Roſarij coronam, & præter non paucas orationes, in memoriam vigiati, & quatuor annorum, quibus Virgo ſuprema, aſſumpto in cælum filio,ſola in hac peregrinatione ſuperfuit, ei totidem Aue Maria exoluebat. Et in agrorum ſolitudinibus, dum erat Ioannes, dolorem beatiſſimæ Deiparæ, propter abſentiam dilectiſſimi filij ſui,& maximum eum videndi in gloria cæleſti deſiderium,meditando recolens, ſibi cor liqueſieri ſæpenumero ſentiebat.

Quadam die, dum per loca deſerta, equo inſidens, hoſteſque fugiens iter haberet, ab equo excuſſus, cùm propter caſum per aliquod tempus ſere mortuus, & abſque ſenſu iacuiſſet, ſanguine è naribus, atque ore largiter profluente, tandem meliori quo potuit modo, Angelorum Reginæ præſidium efflagitauit. Et ecce ei, paſtoribus ſimilem gerens habitum, ante oculos ſe Deipara obtulit, ac ad opem ſibi ferendam adueniſſe præſeferens, cuiuſdam aquæ potionem ei bibendam tradidit, qua hauſta, reſumptis Ioannes viribus, gratiam relaturus, quænam foret, expopoſcit. Illa, ſe eam, quam præcordijs inuocarat, eſſe faſſa eſt, atque illum inter tot diſcrimina non ſecure procedere admonuit, abſque orationis ſtudio. Deinde ſe illi occuluit. Huiuſmodi viſum tanto Ioannem ſtupore affecit, vt etiamſi aqua refectus reſpiraret, parum tamen abfuit, quin iterum à ſenſu decideret: at admirationem gratitudine commutans, innumeras Deiparæ virgini grates rependebat. Verum enim vero, ſibi hoc, ex ipſius Virginis verbis, quòd illo mane Roſarium, ſolitaſque precationes ei non recitaſſet, eueniſſe colligens, humi nixus, maxima teneritudine, ac lacrymarum imbre, quæ omiſerat, ſoluere cœpit. Alio tempore ei apparens, præſentiſſima eum morte eripuit.

Eo nauigante, ingenti procella intumuit mare, quod ſuis ille peccatis adſcribens, obnixe, vt ſe, cauſam tempeſtatis, in mare deijcerent, nautas rogauit: illis verò tunc renitentibus, tandem, importunitate victis, eum in mare demergendi, conſilium fuit: quod vbi ipſe vidit, tempus, quo Aue Maria recitet, expoſcit: dum autem

tem

tem ſe Virgini commendaret, non apparuit tempeſtas.

Ferenti illi lignorum faſcem vendendum, quidam ſe obuium fecit (erat autem ſatan, vt ei auaritiam inſereret) qui pro lignorum pretio ingentem nummorum crumenam obtulit; quibus pluries refutatis, tandem illius importunis precibus, vt eam reciperet, aſſenſus: Equidem, ait, tot nummis non egeo, attamen, ea de re accipio, vt tot ſacra, in beatę virginis Mariæ templo, ad quod pergo, celebrentur ex eorum eleemoſyna. Ad hæc, ſatan clamoribus aera terribilibus feriens, quantocyus euanuit.

Quondam ad diuæ Virginis imaginem, quæ vulgò dicitur, de Guadalupe, iter habens, eaque, è quadam ſpecula viſa, genibus, vſque dum templi limina teneret, ambulans, perrexit; quæ cum tenuiſſet, millies ingenti deuotione oſculatus eſt. Dùm verò ad B. Virginis aram perueniſſet, multa deuotione, ac lacrymis, antiphona, Salue Regina, eam ſalutauit; atque ad illa verba, Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte; cortina per ſe patefacta Ioanni, ſuæ Dominæ iconem videndi plenā commoditatem dedit; at in dehiſcendo aliquo rumore edito, vnus ex æditui motus accurrit, ac Ioannem prope altare conſpectum, illumque cortinam expandere auſiſſe ſuſpicatus, vt latrunculum, poſt multa conuicia, calce percuſſit: at de repente percutientis pes exaruit; quamquam, beati viri iuſſu, ædituus ille, recitata antiphona, Salue Regina, ſanitati reſtitutus eſt, errore ſuo tamen cognito.

Hoc ipſo in loco, viro Dei oranti, cœnobij Prior vidit Dominam noſtram in vlnis filium ſanctiſſimum locare, atque etiam panniculos quoſdam, quibus eum inuolueret, tradere; eum, hoc facto, pueros nudos tegere, in eiſque filij ſui infantis facti figuram contẽplari docens.

Idem ante Crucifixum feruentiſſime orans, videre ſibi viſus eſt Deiparam virginem Mariam cum Euangeliſta Ioanne (ſub Crucifixi imagine erant) ab altari deſcenſos, ſpineam capiti ſuo coronam aptare, ipſamque Virginem ſibi dicere audiſſe: Ioannes, per ſpinas, & tribu-

lationes vult filius meus, vt multorum meritorum compos fias. Cui ille: Roſæ mihi, floresque, tribulationes, quas tua benedicta manus mihi impartita fuerit, erunt ò Virgo Alias peſſime à dæmone percuſſus, halitum proculdubio extremum dediſſet, niſi Virgo ſanctiſſima auxiliata fuiſſet, cuius ope, multarum dæmonis concertationum, victor euaſit.

Sacroſancto Viatico ſe communituro, Raphael Angelus, Ioannes Euangeliſta, ac beata virgo Maria adſtiterunt, quæ frontis eius ſudorem, ex febri, ſudariolo exſiccās, aiebat: Non meum eſt, ò Ioannes, meos deuotos in hac hora deſtituere, atque ita tibi polliceor, tuis me pauperibus opem laturam. Eidem iam mortuo, ſe, quædam mulier deſperata medicis, deuote commendauit: quo circa, nocte quadam ante Angelorum Reginam genuflexum Ioannem orantem, & longiorem vitam, ac ſanitatem ſibi impetrantem, vt euenit, vidit. Obijt vir Dei anno Domini 1550. die 8. Martij, ætatis ſuæ anno 55.

DE S. IGNATIO LOYOLA, Societatis IESV Fundatore.

CAPVT XXXVI.

SANCTVS Ignatius Loyola, Ordinis Clericorum Regulariũ Societatis Ieſu fundator, natione Hiſpanus (cuius vitam admirandam quinq; libris cõplexus eſt Petrus Ribadeneira) ardentiſſimis in Deiparam Virginem amoris flammis, dum vixit, æſtuauit. Vbi iam in animum conſtanter induxiſſet, ſuperioris ætatis errores, noua inſtituenda vita corrigere, quadam nocte precandi incenſus ſtudio, de cubili proſiluit, totoq animo, ac corpore proſtratus ante ſacratiſſimæ Dei matris effigiem, feruentes, & humili mixtas fiducia preces effudit, ſe totum Saluatori filio per puriſſimam matrem offerens, ac ſpondens: deſertis vanitatis caſtris, in eius vnius ſacra militia,

Io. Burgh. in Soc Ieſu Deipar ſacra cap. 3.

ac poteſtate futurum. Cum ecce tibi tota domus de repente contremiſcit cubiculúq a fundamenti, terræ motu concutitur: vt hoc indicio Deus, cum Ignatij preces per B. Virginem maxime ibi gratas accidiſſe teſtaretur, vt Apoſtolo Paulo, & Sylæ orantibus in carcere euenit; tum à Deipara pulſus, ac fugatus cacodæmon intelligeretur, numquam rediturus, nec in Ignatium, in cuius animo iam ſibi Deus ſedem fixerat, iuris quidquam in poſterum vſurpaturus.

Deinde, altera quadam nocte vigilanti, ipſa Dei mater, paruulum Ieſum in vlnis geſtans, eximia ſpecie, & fulgore nitens, ſeſe illi viſendam longo ſpatio præbuit, ea diuinæ lucis copia, eoque exultantis animi gaudio, ac commutatione voluntatis, vt ſuperioris vitæ ſummum eum caperet tædium, ac faſtidium rerum omnium, quas in primis, ſummiſque bonis ducunt mortales; earum præſertim, quæ cum obſcena voluptate coniunctæ ſunt; quarum rerum imagines omnes vnus hic beatæ Mariæ aſpectus ex animo deterſit, ſummaque illum caſtimoniæ perpetuo colendæ cupiditate inflammauit. Sane Virgine deprecante S. Ignatius ex eo tempore, ad extremam vſque diem tam excellenti fuit ornatus caſtitatis dono, vt omni plane carnis titillatione, libidinisq ſenſu caruerit Interea temporis, dum curatur, ad iugem precationem, frequentemque lectionem adiungebatur ab Ignatio diligens ſcriptio, qua pulcherrima Chriſti Domini, beatæ Virginis, aliorumque ſanctorum, tum verba, tum facta referebat in elegantem libellum; & quidem aureis Chriſti, puniceis beatæ Virginis, varijs coloribus reliquorum ſanctorum exempla. Confirmatis iam ſatis viribus, ſuſcepto Ieroſolymitanæ peregrinationis conſilio, ad celeberrimam beatiſſimæ Virginis ædem, quæ eſt in monte Serrato, ſacræ militiæ tyrocinium poſiturus intendit: quo in itinere, perpetuo ſe caſtitatis obſtrinxit voto, nominatimq. hoc votum puriſſimæ Virgini, Reginæ virginũ, in qua ſpes omnes ſuas defixerat ſibi ipſi diffidens ſpiritu feruens ſanctiſſime nuncupauit: ac Virginis ope caſtitatem, vt dixi, ſemper integram, illibatamque obtinuit; tan-

tantum, & deuotionis ardor, & pium Virginis patrocinium valet.

Euaſit & aliud eiuſdem Virginis ope diſcrimen: Adiunxerat eunti ſe comitem Maurus homo, qui cùm, vt aſſolet, varios inter ſermones de Virginis integritate diſſerenti, negaret ille virginem à partu, licet ante partum admitteret; mox que, ſubditis equo calcaribus, deſtituiſſet Ignatium, parum abfuit, quin recaleſcente in eius pectore ſpiritu militari, hominem proſequi, & pugione confodere, blaſphemiam vlturus plane decerneret. Sed conſcientia reuocatus, Numinisq. offenſam veritus, conſilium cepit, quod excuſet piæ mentis ſimplicitas, vt mulæ, qua vehebatur, laxaret habenas, ſi Maurum illa conſequeretur, non dubitaret interimere; ſin recta pergeret, omitteret. Mula, quamuis eſſet in proſpectu pagus, trituſq callis, quo Maurus anteceſſerat, tamen alteram arduam, ac deuexam, montem Serratum verſus iniuit viã. Vbi venit in montem Serratum, Deipara religioſe ſalutata, nouam auſpicaturus vitam ab exordio, veterem retexere inſtituit; atq; optimo cuidam eius cœnobij ſacerdoti, Ioanni Clanonio nomen erat, generaliter totius vitæ confeſſionem, cuius ea ætate, non perinde vt poſtea, vſus erat introductus, accurata per triduum ex ſcripto fecit, tum conſilia ei ſua, propoſitaq. omnia, de Ieroſolymitana profectione, ac ſanctiore vita, diuinitùs concepta, patefecit. Vbi Clanonius conſilia probauit, iumentum ſuum cœnobio donat, pecuniam omnem, quæ ſupererat, pauperibus diſtribuit: & quia legerat, nobiles olim Equites, cùm initiarentur prophanæ militiæ totam noctem in armis excubare ſolitos, ritu perſimili, & ipſe ſpiritali militiæ cupiuit inaugurari, gladium & pugionem quibus mundo meruerat, ante aram beatiſſimæ matris Dei iubet appendi, tum peruigilio Annunciationis ſacratiſſimæ Virginis, quo Dei mater effecta eſt, detracta ſibi pretioſa, ac nobili veſte ad induſium vſque, quam mendico cuidam liberaliter eſt elargitus, nouum, quem ſibi ex itinere prope montem Serratũ comparat, habitum induit. Is erat talaris tunica ex tela canabina, aſperã

& aculeata, in modum ſacci; pro militari balteo, funis; calcei ex ſparto contexti; ſed alterum tantum pedem ex veteri plaga imbecilliorem contexit; baculum cum cucurbita peregrinantis inſigne. His armis nouus miles inſtructus, peruigil ante aram Virginis modò ſtans, modo genibus nixus, noctem illam inſomnem egit, maximo animi ſui ſenſu ſuperioris vitæ peccata deflens, & totum ſe Virginis Dei matris præſidio, patrocinioq. committens, vt exauctoratus à veteri, nouum coram ea ſuſciperet ſpiritalis militiæ ſacramentum. Imitatus Equitum Hiſpanorum morem, qui peruigilium id armorum vocat: prima verò luce, ne à quoquam agnoſceretur, deflexo itinere in opidum Minoreſſam diuertit, in quo annum diuerſatus in hoſpitali domo ſanctæ Luciæ, prima iecit ſpiritalis vitæ fundamenta; ſæpiſſimeq. diuinas inter illuſtrationes, tum Chriſti Domini Saluatoris, tum ſanctiſſimæ eius parentis aſpectu perfruitus eſt.

Die quadam, dum horarias beatæ matri preces perſoluit in gradibus templi Dominicanorum, obtulit ſe eius menti ſpectanda beatiſſima Trinitas, ſpecie quadam viſibili id agente exterius, quod interius animo percipiebat; quaſi diſtinctè ſingulas perſonas, earumq. origines, & emanationes intueretur, ea diuinæ lucis, & conſolationis abundantia, vt ſibi à ſuſpirijs, & fletu publicas inter ſupplicationes temperare non poſſet, & mox de auguſtiſſimo hoc myſterio librum homo litterarum rudis conſcribere non dubitaret. Sed nulla æque admirabilis, atq. illa, quæ per dies octo continenter eum tenuit extaſis, quæ, ſi licet à tempore coniecturam facere, beneficio ſanctiſſimæ matris illi obtigiſſe videtur. Cœpit enim die quadam ſabbati ſub horam Completorij, vſque ad alteram diem ſabbati conſequentis ſeptimanæ, eamdemq. horam Completorij, qua multis præſentibus, qui rei exitum obſeruabant, quaſi ſomno experrectus, ſanctiſſimum Ieſu nomen ingeminans ad ſe redijt. Ita vero per hoſce dies octo continenter exanimis iacuit, omni ſenſu, motuq. vitæ deſtitutus, vt niſi quiſpiam tenuem cordis palpitationem deprehendiſſet, haud dubiè ſepulturæ mandatus eſſet.

Cùm cæteri iam Patres primas diuinæ Maieſtati hoſtias obtuliſſent, beatus Ignatius, præ reuerentia tanti myſterij ſeſquiannum integrum ad comparandum ſe, animumq. magis colligendum ſumpſit, quo purius auguſtiſſimum Ieſu Chriſti corpus conficeret atq; offerret, quo omni tempore, ait eius vitæ ſcriptor, toto pectore in diuinarum rerum commentationem incumbebat,& beatiſſimam Virginem, Deiq. matrem diu, noctuq. obſecrabat,vt ipſum apud filium ſuum in gratia poneret, & quæ cæli eſt ianua ſingularis, Dei, hominumq. conciliatrix, ipſa ſibi aditum ad filium aperiret; vt à filio agnitus, filium ipſe agnoſceret, & inueniret. Tam crebras autem, & tam admirabiles accepit illuſtrationes, vt ſibi in primæuum illum Manreſæ ſtatum reſtitutus videretur. Primitias obtulit Romæ ad ipſum præſepe, & incunabula Chriſti Domini, quæ in æde ſanctiſſimæ virginis Mariæ ad Niues ſumma religione coluntur, vt eadem quoq; Virgine internuncia, & mediatrice ad filium, Deumq. Patrem vteretur, qui mox illi colloquiorum perfamiliaris eſt in exercitijs. Ribadeneir. lib. 2. c. 11.

Hac eadem patrocinante clementiſſima Dei matre, plurimas, grauiſſimasque, quæ ſeſe illi in omni vitæ curſu, ac potiſſimum in fundanda, propagandaq. Societate, difficultates obtulerunt, eiicit, è quibus illa eſt memoratu non indigna: Cùm ad fundationem Collegij Patauini, Prioratum quemdam ſuum detuliſſet vir ornatiſſimus Andræas Lippomanus, eiusq. poſſeſſio peteretur à Senatu Veneto; contraq; Lippomani propinquus, ordinis ſenatorij, opibus, & auctoritate potens, vehementer obſiſteret; deſperabat Laynes Ignatij ſocius, ignotum ſe, & extraneum hominem aduerſus gratiam, potentiamque hominis tam illuſtris, ciuis, ac ſenatoris, quidquam poſſe: itaq; ad Ignatium ſcribit rem Deo commendare vellet in ſacrificio. Fecit B. Ignatius die ſacro Natali Deiparæ, mox ad Laynes reſcripſit, bono eſſet animo, remq. confectam duceret, quod prorſus euenit. Octauo poſt die Natalis eiuſdem Deiparæ, frequenti Senatu, omnium propè ſententijs, cùm tam inuſitatam conſenſionem mi-

Digitized by Google

rarentur omnes, ac ſe diuinitus impelli ſenatores dicerent, Prioratus Societati adiudicatus eſt: ac, ne quid homines ſibi de diuina laude decerperent, aberant ij ſenatores, qui cauſæ eiuſdem Societatis patrocinium antea ſuſceperant.

Id. Burgh. loc. cit. c. 28. ex li. 6. hiſt. Soc. num. 9.

Petrus erat Ferrerius Patauinus, admodum pius; & ſi cultum ſpectes externum, aliquis de populo; ſi vitam, religioſus: hunc febris, quæ tertium iam & ſexageſimum tenebat diem, ad extrema perduxerat, nec in humanis aſtibus ſpes erat vlla: acceſſit de more vt eum viſeret, & confirmaret B. Ignatius; omniq. aſſeueratione prædixit, breui eum à Dei matre ſanandum. Nocte inſequenti, cùm totis ſenſibus vigilaret ægrotus, grauis ſe matrona, & ad aſpectum decora ſpectandam præbuit, amictu candido, nobiliq; virginum ſtipata choro, quæ cùm ex eo quæſiuiſſet, cuperet ne conualeſcere, ſanitatiq. reſtitui; & ille, cupere ſe reſpondiſſet, expreſſam in papyro ſui effigiem, item eius, quæ ad Cryptæferratæ, nono ab Vrbe lapide pie colitur, ægro dedit, eamq. iuſſit admoueri præcordijs; qua ille ad pectus admota, ſomno eſt conſopitus: dein ex interuallo excitatus, liberum ſe ab omni morbo, & vacuum ſenſit, haud dubius acceptæ ſalutis, & relegatæ febris; ſed, inuentæ penès ipſum icunculæ, nulla mentio: nimirum, ſic in eius animo ſui ſpeciem aſpectus ille Dei matris impreſſerat, vt effigie non egeret externa. Poſtridie S. Ignatius reuerſus, iamq. hilari præter ſolitum vultu, quaſi noui non ignarus euentus, Petrum, qui valeat, rogat: cui cùm ille, rectè, reſpondiſſet, ſubiecit Ignatius: Nonne ego dixi fore, vt Dei genitrix te ſanaret? Hoc ex ipſo Petro, iureiurando interpoſito, poſtea eſt compertum, qui prædictionem illam ortam ex ſancti Patris precibus, quas ille Virgini, antea pro ſua ſalute fuderat, intellexit.

Baling. in Kalend. B. Virg. 31. Iulij.

In honorem beatæ virginis Mariæ ſabbata obſeruabat Ignatius. Pariſijs in ſanctiſſimæ matris æde ſuburbana, quæ mons Martyrum dicitur, eius ope inuocata cum ſocijs votum emiſit paupertatis, & Ieroſolymam proficiſcendi, ad proximos in ſpiritu iuuandos poſt theologiæ

cur-

curriculum. Idem Romæ in templo S. Pauli, in ſacello B. Mariæ virginis; atq; adeò coram ipſa, ex voti formula (in qua etiam eius nomen incluſit) profeſſionem cum ſocijs ſolemnem emiſit. In votis ſimplicibus Societatis, nominatim etiam exprimitur Deipara, ex Ignatij præſcripto. In exercitijs ſpiritualibus præſertim, vt tertium colloquium fiat ad Deiparam, vt nos excitet ad fiduciam in ipſam. In omnibus ſuis deliberationibus eam inuocabat, tamquàm mediatricem apud ſanctiſſimam Trinitatem, & per eam ſuas deliberationes Deo offerebat.

Cæterùm egregiæ Ignatij apud Deiparam voluntatis, ipſimet hoſtes vtriuſque, coacti teſtati ſunt: Nam cùm Munnæ, anno 1600. per merita Ignatij plures dæmones e quatuor energumenis pulſi eſſent, & vnus inter cæteros peſſimus diù reſtitiſſet: tandem ad S. Ignatij nomen excedere coactus eſt: Sanctus, inquiens, Ignatius (quod ter iterauit) me eijcit ob ſuam humilitatem, & potentiã, & ob eius ſingularem affectum erga ſanctiſſimam Virginem. Hæc & his plura Maffæius, Ribadeneira, hiſtoria Societatis, & ex his Pater Spinellus cap. 35.

Verum omittere non licet, quod narrat Pater Ludouicus de Ponte in vita P. Balthazaris Aluarez, quamdam piam perſonam, de cuius veritate, inquit, cum aliquid dicitur, habeo eam moralem certitudinem, quam in huiuſmodi rebus homo habere poteſt, & erat talis, cui Chriſtus Dominus, eiuſq. parens extraordinarios valdè fauores exhibebat. Itaq; cùm illa anno 1600. ſtatuiſſet facere domi ſuæ ſpiritualia exercitia S. Ignatij, vidit oculis mentis Archangelum Gabrielem ad ſe venientem, quæ cùm obſtupeſceret, dixit ſe eſſe miſſum à Deipara, vt quædam ei ſignificaret. Ipſa præ humilitate, cùm adhuc magis ſtuperet, petijt, vt prius quàm ea referret, fineret ſe cum Deo agere de ea re. Reſpondit Gabriel, ſibi id placere. Itaq; à Deo ardentiſſimè petijt, vt ab ea dignaretur auertere, quidquid ſanctiſſimæ eius voluntati contrarium eſſet. Cumq. id diutius feciſſet, audiuit internam vocem Domini dicentis, vt Angelum audiret. Illa igitur ſciens hoc eſſe opus Dei, flexis genibus audiuit verba

Angeli. Is porrò, nomine Reginæ cæli ei dixit: Exercitijs, quæ facere cogitaſti per meditationes, & ratiocinationes, cogitando magnitudinem Dei, & infinita bona, quę ab eo hominibus dantur, ſingulare obſequium Reginę noſtræ pręſtabis: ſignificat enim tibi ſe & eſſe, & fuiſſe tamquam Patronam, & fundatricem iſtorum Societatis exercitiorum: nam, ſe adiuuiſſe, & docuiſſe S. P. Ignatium, vt ita fieret; ideoq. ſe hoc nomine dediſſe initium iſti operi; immò & ſe tota vita ſua, ſanctis huiuſmodi exercitijs fuiſſe occupatam. Hęc reuelatio Archangeli. Quę quidem, ſubdit P. Ludouicus, propter nos facta eſt, vt nos & cęteri qui huiuſmodi exercitijs excoluntur, pluris ea faciant, quæ talem habent fundatricem, protectricem, & adiutricem, qualis eſt Dei mater; quę etiam ea ipſa fecit, licet infinite perfectiùs, quàm nos, voluitque rem hanc nobis reuelare, vt ſanctiſſimum eius exemplum ſequeremur.

Salazar in ca. 4. Prouerb. num. 144. & 145.

Idem ſanctiſſimus patriarcha Ignatius, in codice quodam, in quem beneficia à Deo accepta, & illuſtrationes menti inditas de more conijciebat, inter alia ſcripſit, ſe aliquando hac conſideratione in primis delinitum: Cogitabat enim filium, & matrem, Chriſtum & Deiparam vnam eſſe carnem, & ſanguinem; aut certè filium eſſe quamdam matris portionem: ſic enim tradit Ariſtoteles Ethic. 5. cap. 4. Eſt, inquit, filius pars ipſius patris, vel matris: Et Magnorum Moral. lib. 1. cap. 34 Nam quodammodo membrum parentis eſt filius, immò idem cum ipſo. Hinc verò eliciebat, ſe, in Euchariſtia, non ſolùm Chriſti, ſed etiam Mariæ carnem, ſanguinemque, vel certè magnam, immò pręcipuam Marię partem ſuſcipere: nam ſi vna filij, matriſq caro, & vnus ſanguis; qui filij carnem, ſanguinemq. ſumit, matris etiam carnem ſumat, neceſſe eſt: &, ſi filius parentis ſuę pars, aut membrum eſt; qui filium deuorat, parentis quoq; ſuę partem deuorat. Hinc verò fieri aiebat, vt quicumq, dignè corpore, & ſanguine Chriſti reficiuntur, nō ſolùm vna cum Chriſto Domino caro fiant; ſed etiam in vnam cum Virgine carnem migrent; nam quę ſunt vni tertio identica, inter

ſe

ſe quoq; identitatem contrahunt: Virgo eſt vna cum Chriſto, & nos item; ergo cum Virgine etiam carne communicamus. Ex hac vero meditatione, Ignatij animus incredibilem voluptatem hauriebat.

Immaculatę Conceptionis Deiparę Virginis perquàm ſtudioſus aſſertor fuit, vt ex pręcitato codice conſtat: ſuumq. erga puram eiuſdem beatę Virginis Conceptionem ſtudium non ſemel profeſſus eſt. Ad vitam tranſijt immortalem, anno 1556. 31. Iulij. Id in tract. de Concept. cap. 42. ſæcul. 16.

DE SANCTA TERESIA A IESV, Ord. tam Monialiũ, quàm Fratrũ Diſcalceatorum Fundatrice, Ac DE IOANNE A CRVCE Eius Coadiutore.

CAPVT XXXVII.

Eximiæ ſanctitatis virgo Tereſia à Ieſu, natione Hiſpana, quam Paulus V. Pontifex Maximus in Beatificationis eius Bulla, totius Ordinis fratrum Carmelitarum Diſcalceatorum beatæ Mariæ virginis de mõte Carmelo, Fundatricem, pleno ore appellat. Septem adhuc annorum puellula, vt poterat, ſolitudinem quærebat, quo B. Virginis Roſarium, cuius cultui addictiſſima ſemper fuit, perſolueret. Mortua matre coràm Deiparæ imagine, eam obnixè precata eſt, vt ſe in filiam admittere dignaretur: quare ex eo tempore in ſuis neceſſitatibus eius patrocinium eſt experta. Decimo ætatis anno in cœnobium Sanctimonialium ſanctiſſimæ virginis Mariæ de monte Carmelo, patre contrario, & non ſine magna carnis contradictione ingreſſa eſt; & tempore

Paul. V. in Bulla Canonizationis eius.

Franc. Ribera in ei⁹ vita.

Didac. de Vepes Epiſc. Tarraconen. in eius vita.

Petr. Tho. Saracen. in Menol. Carmelit.

re procedente, Ioannis à Cruce, ſanctitate & miraculis celebris, ope adiuta, Carmelitarum ordinem B. Mariæ de monte Carmelo ad antiquam diſciplinam ita reuocauit, vt tam Fratrum quam Monialium Diſcalceatorum prędicti Ordinis Fundatrix appellari meruerit. Primum ſui Ordinis monaſterium Abulę in Hiſpania, in honorem S. Ioſephi beatiſſimæ Virginis ſponſi puriſſimi ędificauit. Dum autem de eo ędificando dubitaret, poſt Euchariſtię ſumptionem, Chriſtus ei rem totis viribus obire; & monaſterium ſub nomine S. Ioſeph inſignire mandat: rem pro voto ſucceſſuram, ſe cum ſanctis Virginibus intra clauſtra verſaturum, cœli Reginam vni, Ioſeph alteri ianuę pręfuturum; monaſterium velut ſtellam ſplendore conſpicuum, orbi lucem allaturum promittens. Ad tantum autem ſanctitatis culmen, beatę Virginis, ac ſanctiſſimi eius ſponſi Ioſeph precibus, Tereſia euecta eſt, vt omnium virtutum ſublimitatem obtinuerit. In ſolemni Aſſumptionis die extatice rapta, candida veſte à beatiſſima Virgine, ac ſancto eius ſpoſo Ioſepho ſe amiciri animaduertit: qua veſte amicta cum eſſet, beatiſſima cęlorum Regina, manu illius apprehenſa, ſe ſummopere contentá eſſe dixit, ex eo, quod S. Ioſepho inſeruire ſtuduerit; quodq. eius interceſſione à Deo impetratura eſſet, quidquid circa monaſterij eiuſdem S. Ioſeph fundationem peteret: & quòd eius filius cum eis eſſet manſurus; in quorum fidem monile precioſiſſimum Cruce ſignatum collo eius iniecit.

In templo noui monaſterij S. Ioſeph orationi incumbens, ante quàm clauſtrum ingrederetur, ſuſpenſa raptu, Chriſtum ipſam excipientem vidit, & pretioſam capiti ſuo coronam imponentem, ac pro labore clementiſſimę Reginæ cęlorum cauſa ſuſcepto, gratificantem aſpexit. Alioq. die Reginam ipſam candida veſte Moniales protegentem intuita eſt.

Pridie ſolemniorum S. Sebaſtiani martyris, monaſterij ſui Pręſes conſtituta, in ipſo obeundi muneris ingreſſu, ſe & illud B. Virgini deuouit, atq; in eum finem Deiparę imaginem in Antiſtitę ſede collocauit, eiq. monaſterij

cla-

claues, vnà cum regimine, veluti ſuperiori, cuius ipſa eſſet Vicaria, obtulit. Dum autem in choro, Salue Regina, cani inciperet, è cælo deſcendentem beatiſſimam Virginem, cælorum Reginam, in eodem loco Angelorum cateruis ſtipatam, quieſcentem vidit; Angelosq. ſedium aliarum capitibus incumbentes intentos conſpexit; vbi cæli Regina Tereſiam ſic eſt affata: Rectè egiſti, dum in ſede hac me collocaſti: ego ſanè interero laudibus, quæ filio meo hic redduntur: easq. illi ego ipſa offeram.

Quadam die Aſſumptionis beatiſſimæ Virginis, hanc ei gratiam in extaſi Dominus exhibere voluit: vt ei repræſentaretur; quanto cum gaudio & ſolemnitate in cælum aſſumpta fuerit; ſed quomodo iſtud fuerit, explicare neſciuit; niſi quod ſpiritus eius maximam lætitiam ſenſerit; vnde maiori cũ deſiderio inſeruiendi B. Virgini remanſit.

Plura in Hiſpanijs, in honorem glorioſiſſimæ Dei genitricis, ac caſtiſſimi ſponſi eius Ioſeph, monaſteria ædificauit: vnum Abulæ, vt diximus: aliud Medinæ, lætiſſimo aſſumptionis feſto, anno 1567. aliud Valliſoleti, ſub titulo Conceptionis beatæ Mariæ de Carmine: aliud Paſtranæ; cui nomen, Dominæ noſtræ de Conceptione indidit: aliud Pallentiæ monaſterium S. Ioſeph, beatæ Mariæ de Via appellatum, atq; alibi, alia.

Ad cæleſtem patriam euolauit anno ſalutis 1582. idibus Octobris, iuxta kalendarium Romanum emendatum. Et poſt mortem, gloriæ fulgore coruſcans, viſa eſt diuerſorum pulcherrimorum florum faſciculum manu tenere, illumq. diuæ Deiparenti offerre. Ex quo videns intellexit, diuæ virgini Deiparæ religioſorum, ac religioſarum ſuarum animas ipſam offerre. Flores hilari, ac ſereno vultu cùm recepiſſet Deipara, ac Tereſiæ grati animi ſignificationem feciſſet, eos exinde Ieſu Chriſto filio ſuo tradidit. Viſa eſt etiam cuidam ex Carmelitanis Monialibus, dum ſolemnia Religionis vota profiteretur, vna cum Deipara hinc, atq; hinc adeſſe, eidemque, poſt emiſſa vota, cum eadem Deipara benedictionem impertiri. Quæ porrò Monialis, deinceps Deiparentis Virginis, ac beatæ Tereſiæ deuotionem ardentiſſimè complexa fuit.

Ex proceſſib. auth. eius beatific. in teſtimonio Annæ à S. Auguſtino.

IOANNES verò à Cruce Hiſpanus, vir ſanctimoniæ, ac miraculorum gloria conſpicuus, quem Carmelitæ Diſcalceati, poſt Tereſiam fundatricem, ſui Ordinis parentem agnoſcunt, & venerantur. Ab ipſis ferè crepundijs ſeſe totum Deiparæ cultui mancipauit: Deipara verò eum, vt filium ſuſcepit, maternaq. charitate cæleſtibus muneribus fouit. Templum, pſalmodia, imagines, globulorum, ſuper quos preces numerantur, torques (Roſarium dicunt) pueriles amor erant; iociq;

Ioſeph de Ieſu & Maria in eius vita. Hier. à S. Ioſepho in compēdio vitæ eiuſd.

Ludebat aliquando cum coæuis puer: ludus erat, virgas in ſtagno iactatas, emergentes colligere: iactatam vero virgam Ioannes recolligere tentans, corpore, plus æquo depreſſo, præceps deſilit: deſilit, reſilit. Aquas calcanti Deipara manum protendit, vt in continentem reducat limoſam. Manum dare differt bonus puer. Inter hęc ecce agricola (quidā cęleſtem genium, quidā Ioſephum, ſanctæ Parthenices ſponſum fuiſſe aſſerunt) baculum quem manu agebat puero protendit, ac in tutum poſuit. Alias in altum, profundumq. puteum e ſuperiore delapſus, integer euaſit: exceperat enim ruentem Virgo, & ab aquarū internecione, mirantibus qui viderant, ſeruabat.

Gliſcenti in dies erga ſanctiſſimam Deiparentem amore actus, ſeſe penitùs eidem mancipare cenſuit, quò vitam, bis cum miraculo ſeruatam, ſeruatrici viueret. Quare ad Carmelitas Religionis habitum poſtulaturus, penes conuentum D. Annæ in villa Metinæ Campi aduolat, & impetrat. Nullus eo in amore, & cultu beatiſſimæ Virginis feruentior. Iter agens D. Deiparæ carmina quædam ad iter leuandum cantitabat. Singulare animi oblectamentum ex intuitu ipſius Deiparæ imaginum colligebat, quod etiam ex externis indicijs clarè deprehendebatur. Quotidie cernuus virginei Officij penſum exoluebat. Et cum alijs colloquenti, frequentes de Deipara ſermones erant, ex quorum ſono latentem ſub pectore amorum facem nulli non intueri fas erat: ipſius memoria quaſi potenti quodam medicamento ad depellendos mœrores cordis vtebatur. Hanc vero vſurpatis ex Canticorū

can-

canticis verſiculis ipſi Deiparæ a ſanctis Patribus attributis, alijſq ad id compoſitis cantilenis promptiſſime ciebat. Ad ipſam quaſi ad parentem puer, quocumque negotio ageretur, adfugiens ſuppetias rogitabat, ipſaque materna benignitate vſa largiſſime ſuppetiabatur. Quamquam quoſuis ſacros Deiparenti dies cultiſſimos haberet; immaculatæ tamen Conceptioni diem dicatam ſingularius; id propter & inter mortales agens, ab eadem Virgine multis gratijs cumulatus fuit; & poſt funus, eius in membris puriſſimæ Conceptionis imago viſa eſt. Carcere anguſtiſſimo ob Carmelitarum Diſcalceatorum reformationem obſtruſum, non ſemel auguſtiſſima Virgo ſolata eſt; tandem & liberum abire iuſſit, ſeq. auxilium allaturam promiſit.

Propinquantem fatalem diem, etſi antea à Chriſto, nunc iterum à beatiſſima Deipara didicit: quæ ſabbato puriſſimæ ſuæ Conceptionis declinante iam die ei apparens, octaua die, hora matutinæ pſalmodiæ, è viuis ſe exceſſurum prædixit. Die Veneris, diuæ Luciæ virgini, & martyri ſacro, decima hora pulſata, audiens æs campanū, cuius cauſa pulſaretur petijt. Cumq. ei, Ad matutinalem pſalmodiam excire populum in quodam Sanctimonialiū cœnobio, reſponſum foret: Ego etiam, inquit, Deo largiente, cum Virgine in cælum matutinum decantatum ibo. Qua Virginis memoria commotus, eam alloquens: Innumeras grates, inquiebat, tibi refero, Regina & Domina, quia die ſabbati tibi duplici ratione ſacro decedere me voluiſti. Mox animam efflauit, ea qua prædixerat hora, ſcilicet, die 14. Decembris, anni 1591. ætatis verò 49. Vita functum penes Deiparam aſſidere, religioſus vir, virtute & pietate pollens, per viſum conſpexit. Iſtud etiam vere mirabile conſequutum eſt, vt in reliquijs carnis eius effigies Deiparæ virginis, necnon ipſiuſmet Ioannis, ipſi proſtrati, viſa fuerit.

DE

DE AVGVSTINO ADORNO, Et Franciſco, atq; Auguſtino Caracciolis, Ordinis Clericorum Regularium Minorum Fundatoribus.

CAPVT XXXVIII.

Ex relatione R. P. Franciſci Caraccioli, eiuſdem Ord. Profeſſ.

ORdinis Clericorum Regularium Minorum Fundatores, Auguſtinus Adornus Ianuenſis, & Franciſcus, atq; Auguſtinus Caraccioli, nobiliſſimi Neapolitani, Deiparæ virgini Dei genitrici Mariæ perquàm addictiſſimi extitere: eamque, præter cętera pietatis exercitia, continuis feruentiſſimis orationibus, aliiſque carnis macerationibus honorare ſtuduerunt. In ſacratiſſimo, atq; antiquiſſimo templo S. Marię Maioris vrbis Neapolitanæ, ſub feliciſſimis eiuſdem B. Mariæ auſpicijs ſuum Ordinem inchoarunt: & quidem, ob egregiam, quæ erga beatiſſimam Virginem in eorum cordibus flagrabat, deuotionem, Clericorum Marianorum nomen aſſumpſiſſent, niſi Sixtus V. Pont. Max. qui eos ad fratrum Minorum ſimilitudinem, Clericos Minores appellari voluit, obſtitiſſet.

Litanias Marianas miro pietatis affectu frequentabant; quas bis in die, in principio ſcilicet, vel in fine communis orationis, tum matutinæ, tum veſpertinæ; vno inuocante, cæteris reſpondentibus, filijs recitandas præſcripſerunt. Quibus præterea, vt in ſingulis totius anni ſabbatis in proprijs Eccleſijs, abſoluto Completorio, ſermo ad populum de beatę virginis Mariæ laudibus haberetur; tum exemplo tum ſcripto commendarunt. Quod Romæ in Eccleſia ſancti Laurentij in Lucina, ad hodiernum vſq; diem ſumma cum eorum laude, ac proximorũ vtilitate ab ijſdem præſtatur.

San-

Digitized by Google

Sanctiſſimo fine quieuit Aloiſius, anno ſalutis 1591. die 29. Septembris, Neapoli in templo S. Mariæ Maioris honorifice tumulatus. Franciſcus verò Caracciolus cum magna opinione ſanctitatis ad ſuperos euolauit anno Cōmunis gratiæ 1608. die 4. Iunij. Tandem, Auguſtinus ad ſupernam patriam emigrauit anno à Virginali partu 1615. die 28. Maij.

DE S. PHILIPPO NERIO, Congregationis Oratorij Fundatore.

CAPVT XXXIX.

Sanctus Philippus Nerius Florentinus, clariſſimæ Congregationis Romæ, quæ Oratorij dicitur, Fundator, religione, ac pietate erga Dei beatiſſimam matrem eximius fuit. Hanc Amorem ſuum, Mammamque, vt pueri aſſolent, dictitabat; eius nomen ſemper in ore habebat, omniumq. gratiarum, quæ à diuina in homines bonitate transfunduntur, Theſaurariam euulgabat. E quibus gratijs in ſe ab ea innumeras enumerabat; præſertim autem ex quadam ipſius imagine, quam ſe penes habebat, quaq. coram orabat, ſingularia beneficia accepiſſe, atq; à quamplurimis præſtigijs, dæmonumq. terroribus ſe ereptum faſſus eſt.

Ant. Gallonius in eius vita.

Iacob. Bacci. in vita eiuſd.

Cùm iret dormitum, ad cubilis verticem virgineam coronam ſtatuebat, quò experrecto, promptior ſibi recitatu foret: vigilans vero, eamdem iugiter præ manibus gerebat. Noctes interdum integras cum Deipara colloquendo abſumebat; nam obſeruatum aliquando eſt ab Ioanne Antonio Luccio viro religioſo, qui eum alte ægrotantem æſtiua quadam nocte, principio quidem egre, ſua ad id imbecillitate, domusq. anguſtijs diſſuaſus, apud diuum Hieronymum de Charitate inuigilaue-

rat,

rat, noctem illam (neminem adeſſe forte ratus) inſomnem cum Deipara quaſi colloquentem tranſegiſſe. Cuius collocutionibus mox vir ille pius adeo delectatus fuit, vt noctem illam quaſi quoddam momentum emenſus, ſignum Salutationis angelicæ matutinæ, veſpertinæ opinaretur.

Neque ipſe ſolùm erga Virginem ſtudio ferebatur ſingulari; ſed ad hoc ſuos etiam aſſidue hortabatur. Quapropter in Deiparæ honorem precatiunculas aliquas iaculatorias, ad opem eius implorandam recitari iubebat, cuiuſmodi eſt illa, quam ipſe frequenter vſurpabat: Virgo Maria Dei genitrix, Ieſum ora pro me: & illa; Virgo & mater da mihi vt ſemper tui ſim memor. Ex quibus corollas aliquas crebro in Deiparæ honorem a ſuis recitari volebat, in hunc modum, vt ad numerum globulorum coronæ B. Virginis, loco orationis Dominicæ, & Salutationis angelicæ, quæ recitari ſolent, aliqua ex his precatiunculis identidem repetenda ſubſtitueretur. Hæc porrò coronæ deuotio, diſcipulorum ſuorum ſaluti haud minimo ſtetit. Ipſeq. ad manus coronam eamdem numquam fere non habebat, eamdem deuotionem præſtando; quæ tanti à Deo facta fuit, vt plures ob eam ingentes diaboli tentationes deuitarint. E quibus vnus ex ipſius Philippi Congregatione circa virginitatem beatiſſimæ Virginis tentatus; tentatione Sancto detecta, ac deuotionis huiuſce remedio ſuſcepto, breui ab ea liber euaſit.

Cùm, vti fit, Congregationi ſuæ tutelæ præſidium, & notæ familiaris præcipuum aliquod inſigne quæreretur; huius ſanctiſſimę Virginis nomen, & imaginem radijs vndequaq; coruſcantem, filiumq. in ſinu fouentis inſcripſit. Eamdemq. poſtea imaginem in ſigillo, quo in obſignandis litteris Patres Oratorij vterentur, vſurpandā cenſuit: vt Ordo ille, verè clariſſimus, eius nomine ac patrocinio glorietur, in cuius materna pietate fundatus innititur. Qua in re illud memoria dignum accidit, quod eiuſdem Deiparæ imago, radijs ſimiliter circumfuſa, ſupra ianuam templi beatę Marię in Vallicella, vulgo dictę, non

Digitized by Google

non ſine illorum Patrum admiratione, poſtea ab eis eſt reperta: quod planè Dei prouidentia, & Virginis fauore factum exiſtimatur. Huiuſmodi enim imago à beato Philippo pro inſigni Oratorij delecta, eamdemq. ſupra templi illius fores antea collocata, Congregationem ipſam, quę eo migratura, ſedesq. ibi poſtea fixura erat, pręſignificaſſe viſa eſt: quod rei euentus declarauit, cùm ad templum illud haud multo poſt S. Philippus cum ſuis commigrauit; vbi nunc nobiliſſimo templo beati Philippi opera extructo, Patres illi magno cum Vrbis fructu, & approbatione, familiaribus ad populum ſermonibus, ex eiuſdem beati Philippi inſtituto habendis, & Sacramentorum adminiſtratione, in proximorum ſalute procuranda grauiter, ac ſtrenue ſe exercent.

Huius templi cum fundamenta ieciſſet Philippus, eiq. ab aliquibus, pro magnitudine ædificij, ad impoſſibilia fermè manum admouiſſe, fuiſſet obiectatum, reſpondit; Pepigi cum Deipara, nè primùm moriar, quàm templo culmen imponam: quod re præſtauit. In quo etiam templo illud in Deiparæ honorē peculiare eſt, quod omnia etiam eius templi ſacella, ipſi Deiparæ dicata cernuntur; ſi vnum excipias pretioſiſſimis lapidibus magnificentiſſimè exornatum, in quo beati Philippi corpus decenter aſſeruatur: quod quidem efficiendum curauit Philippus, vt beneficia in ſe Virginis redimere aliqua ex parte poſſet. Oratorium ſuum, antiphona Salue Regina, ſeu alia de beata Virgine dicta abſoluendum voluit, aſſerens, ad benè incipiendum, meliusq. conſummandum, deuotionem ſanctiſſimæ Deiparentis apprimè neceſſariam eſſe.

Cùm aliquid à Deo enixiùs conſequi vellet, Virginem deprecatricem adhibebat: quo in genere anno 1572. cum Cæſar Baronius, eiuſdem Oratorij ſacerdos, vir non minus vitæ ſanctimonia, quàm eruditione clariſſimus, qui poſtea in S. R. E. Cardinalium numerum eſt cooptatus, ex periculoſa febri ita laboraret, vt de eo iam conclamatum eſſet; ſanctus Philippus ad orandum pro eius valetudine ſe dat, cuius orationis ſeries, ipſi Baronio, qui eo

tempore ſomno correptus erat, obiecta eſt: Videbatur ſibi videre eumdem B. Philippum prope Chriſtum ſtantem, ad Chriſti dexteram ſanctiſſimam Virginem candenti amictu, & beatum virum obnixè Dominum rogantem in hæc verba: Cæſarem priſtinæ reſtitue valetudini: id quod magna fiducia varijs modis identidem repetebat, nec tamen quidquam impetrabat. Quare ad ſanctam Virginem conuerſus, cum ea ſuppliciter agebat, vt quod ex ſe conſequi non poterat, per eam omninò aſſequeretur. Cumq. Virgo impenſe oraret filium, tandem exorauit. Somno deinde æger expergefactus, breui omni penitus morbo liberatus eſt.

Philippo noctu oranti, en diabolus terrorem facturus, horribili ſpecie apparuit: at ille, Deiparæ auxilio inclamato, tartareum ſtatim hoſtem profligauit: quod idem ſæpe ſibi contigiſſe haud ſemel eſt faſſus.

Deiparæ Virginis ſpeciem induere auſus tartareus hoſtis, cuidam B. Philippi ſpiritali filio, Franciſcus Maria nomine, nocte quadam conſpicuus fuit multo ſplendore; qui cùm mane facto, omnia Philippo denudaſſet. Ipſe: Haud quaquam, inquit, Virgo fuit, fili, ſed Dæmon: cuius rurſum reuertentis in faciem conſpue. Vigente iam nocte, en iterum eadem ſub ſpecie dæmon, cui cum Franciſcus ſputa inieciſſet, præcipitem quoq; fugam indixit. At idem orationi inſtans, paulo poſt in venientem verè Deiparam expuere tentauit. Cui Virgo: Si potes, inquit, ſputa; quod cum præſtare conatus eſſet, adeò exucco ore, aridaq. lingua ſtetit, vt ſputa elicere nullo modo valeret. At illa, eius obedientia commendata, ſeſe cæleſtem refuſa dulcedinem, ad ſublimia retulit.

Sæpius in ſuo cubiculo (quòd poſt eius obitum in Oratorium, vbi ſacra fiunt, merito eſt conuerſum) à beata Virgine viſitari meruit Philippus: ſed peculiariter anno 1594. cùm deſperata à medicis eius ſalute, penè moribundus, beatiſſimam Virginem ad ſe in lecto iacentem, venire conſpexit; tunc toto corpore, nullo fultus adminiculo, ad vnius circiter cubiti altitudinem è ſtrato ſublimis, mirandum in modum attolli, ab ijs, qui aderant

viſus;

viſus; & Virgini, clara voce, vberrimis inter mixtas la-crymis, dicere auditus eſt: O chariſſima mihi Virgo, tu ad me veniſti, vt me ab his doloribus liberares! & quis ego ſum, qui tua præſentia ſim dignus! & ſimilia verba humilitatis, & familiaritatis pleniſſima. Viſione autem reſoluta, medicos Philippus dimiſit, eorum opera ſe minimè indigere, eò quòd Deiparens ad ſe veniſſet, ægritudinemq. propuliſſet; vt vere, conteſtatus. Cubiculum verò ſuum eo veſpere ingredientes, maximo cordis affectu, ac teneritudine, ad ſanctiſſimæ Virginis deuotionem incitare tantummodò ſatagebat: quippe, inquiebat, nihil eſſe ad diuinam largitatem impetrandam validius virgine Deipara, qui & ſupradicta verba: Maria, ſcilicet, virgo Deipara, Ieſum ora pro me: vt ſæpè ſepiùs dicerent, omnibus ſuadebat. Ex qua pariter viſione tantam erga Deiparam pietatem concepit, vt eo quo ſuperſtes fuit tempore, vix vmquam ab his verbis abſtineret: Induite, filij, deuotionē Virginis, induite deuotionē Mariæ.

Aliàs, anno 1576. cùm lignum, cui tectum ædiculæ ſuperponebatur, in qua ſacra à patribus oratorij fiebant, altera ex parte totum extra murum, fulciente nemine, ſtaret; vidit noctu Deiparam ſuis illud manibus ſuſtentantem, ex quo præſentiſſimam eius opem in tanto diſcrimine intellexit: ſtatimq. à fabris tectum illud, nè ſpontè corruens, aliquem opprimeret, demoliendum curauit.

Eodem anno, cuidam aſſiduis capitis doloribus, & febribus vehementer afflicto, manibus ſuis capiti impoſitis, in has prorupit voces: Peccata fuge; Sanctam Dei matrem magno pietatis affectu venerare: & confeſtim melius habere cœpit, breuiq. incolumitati eſt reſtitutus.

Placidiſſimè obdormiuit in Domino Philippus die 20. Maij, anni 1595. ætatis 80. Ac poſt obitum rogatus à nonnullis, vt à Virgine ſanctiſſima aliquid exoraret, illico fructum precum eius ſunt experti. Cùm enim quædam mulier, anno 1595. Octobri menſe, fœtum mortuum effudiſſet; obſtetrix, multis remedijs fruſtra adhibitis, ſanctiſſimæ Virgini pro puero votum fecit: ſed cùm non exaudiretur, orauit B. Philippum, vt beatiſſimam Virgi-

nem ipſe rogaret, vt puerum à mortuis excitaret, quò ſacro Baptiſmate ablui poſſet; & aliquot beati viri capillis admotis, extemplo mortuus infans redit ad vitam, moxq. ſalutari Baptiſmatis vnda abluitur.

Cuidam puellæ grauiſſime ægrotanti Deipara cum beato Philippo, ad quem puella cum parentibus confugerant, per quietem viſa, ei dixit, ſe beati Philippi interceſſione morbum depulſuram; atq; ita breui conualuit: vnde puellæ pater, qui Ioſeph Caſtalio vocabatur, accepti beneficij memor, hoc apud ſancti ſepulchrum extare voluit, grati animi monumentum.

Mota Dei genitrix precibus, ſtudijsq. Philippi,
Depoſitam eripuit morti, incolumemq. puellam
Seruauit, ſenum ſolatia magna parentum:
Caſtalio veſtem natæ, pictamq. tabellam
Appendi iuſſit, voti damnatus in æde.

Alexander Linguitus, pro fratre lethali ſanguinis fluxu laborante, voto cum beato Philippo contracto, ſtatim dum ſupplicabundus orat, genibus coram Deipara prouolutum ſuſpexit Philippum, fratremq. ſoſpitem accepit.

Lùcia Antonij Domitij è Ripa Tranſone, omnium membrorum vſu, morbi malignitate prohibita, à diuæ Virginis imagine (quam de S. Ioanne indigitant) ac à B. Philippo auxilium popoſcit; continuò ambos è cubilis conſpectu videt, Philippum autem ſacerdotalibus indumentis contectum; quare feruentius deprecata, ſe breui ſanatam iri accepit. Inde, viſu euaneſcente, vi ſua loco moueri, mox indumento veſtiri, poſtremò exurgere; quæ omnia cùm ex voto pręſtitiſſet, facto mane, imaginem Deiparę, inde B. Philippi templum grates penſura, pedes inuiſit.

Nec tacebo, quot, per precarias B. Virginis coronas, quibus Philippus ſuperſtes vtebatur, beneficia fidelibus fuerint collata. Per has enim, Barbara Continia iugi febri erepta: Felix Sebaſtiania ab aliquot in tibijs vlceribus: Virginia Ruiſſia; necnon Franciſca Tyburtina à febribus ſanatę: Mulier malis genijs infeſſa, quę ante loco moueri non poterat, currere cœpit: Vita plectendus, dum

im-

impœnitens, tandem conuerſus : quæ omnia latiùs in eius vita.

Porro Philippi, in Beatorum album relati effigies, cùm exponi deberet, in eam mentem venerunt Patres, vt is cum Deiparente Virgine effingeretur: nimirum, quia eius in Deiparam ſingularis pietatis recordabantur.

DE IOANNE LEONARDIO, Congregationis Lucẽſis Clericorum Regularium Matris Dei Fundatore.

CAPVT XL.

IOANNES Leonardius Lucenſis, ſancti Philippi Nerij familiaris, imitator, & in ſpiritu, filius, Congregationis Matris Dei, circa annum ſalutis 1574. in Lucenſi Ciuitate primus inſtitutor: tanto erga B. Virginem exarſit amore, vt ad ipſius præcipue cultum, & pietatem renouandam, & augendam, à Deo miſſus videretur. A teneris vnguiculis ipſam Virginem in Patronam elegit, ac Dominam; immo & aliorum animis ipſius cultum ex tunc inſinuare cœpit. Nam, adhuc puerulus, alios coætaneos pueros congregabat, & quadam veluti proceſſione ex ijs inſtituta, angelicam Salutationem ſimul cum illis decantabat. Lucam deinde maior natu miſſus, vt aromaticam exerceret, tempus quod ſibi ab illius artis negotijs ſupererat, in docendo pueros Salutationẽ angelicam pariter impendebat; ſummopere gaudens pueriles illas, & tunc primò erumpentes voces Mariam reſonare : quod & præſtitit iam ſacerdos, & primus in Chriſtianę fidei rudimentis puerorũ ſuę patrię inſtructor, in alia quadam, quam inſtituit, quotannis celebranda taliũ puerorum proceſſione. Pueros enim è tota ciuitate coa-

P. Cæſar Frãciottus P. Ioſeph Bonafides, P. Franciſcus Marraccius, & D. Ludouicus Centoflorinius, in e us Hiſtorijs.

ctos (adhibitis ad id ſocijs ſuis) cõgregabat in vnum, ſingulisq. B. Virginis in cęlum aſſumptæ imaginem, ad inſtar vexilli, præbebat, quam manibus deferentes, eiusque laudes ſimplici more decantantes, totam ferè vrbem pari ordine circumibant.

Congregationẽ deinde à ſe fundatam, eidem B. Virgini ardenti dicauit affectu, eamq. ipſius nomine perpetuo inſignitam eſſe voluit; vt non modo ipſe, ſed & ſua omnia, & quicumq; à ſe aliquo modo penderent, ad B. Virginem pertinere intelligerẽt. Quotidiè, præter alias orationes, officium etiam paruum B. Virginis, eiuſdemq. Roſarium ſolerti ſtudio recitabat, quod ſi diù non potuiſſet, præſtabat noctu. Nullam ante ſuos, ſuorumq. oculos frequentiorem volebat imaginẽ, quam B. Virginis. Hanc in cubiculis, in dormitorijs, in atrijs, in triclinijs, in parietibus, in ianuis; quinimmò & in facie, cuiuſq; domus affigi voluit, vt accedentibus eſſet obuia, introeũtibus peruia, & commorantibus ſemper præſens.

Ipſum B. Mariæ virginis nomen, ſeu titulum antiquiſſimum, quod græcis litteris inſcriptum, ita ſe habet,

^ ^
M-P ΘΥ

cùm iam fermè perijſſet, reduxit in venerationem, ac radijs inſtar nominis IESV, decorari curauit; ſuæq. Cõgregationis quaſi ſtemma eſſe decreuit, ſicut & nomen MARIÆ hoc modò

M-R

latinis litteris exaratum, ſchedulas illas, quas Paſchatis tempore communicatis diſtribuebat, non alio ſigno imprimi voluit, niſi ſigno Deiparæ.

In Conſtitutionibus, quibus leges ſuæ Congregationi dedit, & religioſam gubernationis formam præſcripſit, inter cætera ſtatuit, vt quotidie hora poſt prandium Litaniæ B. Mariæ Lauretanæ recitentur: Vt tria vota in Aſſumptione B. Mariæ virginis, iuxta formulam renouentur: Vt in vigilijs feſtiuitatum B. virginis Mariæ Patronæ, ieiunetur: Vt in cubiculis vnuſquiſque habeat ante oratorium Beatiſs. Virginis imaginem: Vt ſuper ianuam cuiuſcumq; Collegij depingatur, ſeu ſculpatur imago B. M. Aſſumptæ, tamquam ſtemma, & inſigne Congregationis: Vt feſtum Aſſumptionis B. Mariæ Virg. in omnibus ſuæ Congre-

gre-

gregationis Eccleſijs vbique ſolemniter celebretur: Vt duo ſigilla, quæ Rectori generali aſſignauit, vnum commune etiam alijs Rectoribus, alterum vero propriũ Generalis, beatiſſimam Virginem repræſentent, ſcilicet, commune B. Virginem Aſſumptam, proprium verò, M-P ΘΥ. nomen. Aliud item ſigillum propium Admonitori Generalis aſſignauit, quod pariter Mariæ nomine voluit inſigniri: quin,& in alt ero ſigillo maiori, quo tùm Rector Generalis, tum Rectores locorum vtuntur, ad patentes, ſeu litteras teſtimoniales muniendas,eiuſdem beatiſſimæ Virginis imaginem incidendam præcepit.Itẽ vt inter preces, quas pro defunctis ſuæ Congregationis ordinauit, à Clericis, & fratribus Roſarium integrum, & coronæ tres B.Virginis recitentur: Vt Magiſter nouitiorum fratres operarios in modo orandi inſtruens, eos myſteria Roſarij doceat: Vt Clerici quotidie Officium beatæ Virginis,& partem Roſarij eiuſdem deuotè perſoluant; quæ omnia ad hodiernam vſque diem inuiolabiliter obſeruantur.

Ipſe autem ad beatæ Virginis feſta, maiori pietate peragenda, multis ante diebus animum præparabat,& præcedentem diem pane, & frigida contentus tranſigebat; quod & ſingulis ſabbatis vt plurimùm obſeruaſſe compertum eſt.

Aſſumptionis verò feſtum (quòd, vt dixi, toti Congregationi vniuerſale, ac ſolemne eſſe voluit) peculiaribus piarum meditationum per hebdomadam exercitijs præueniebat: quatuor quotidiè horas in orando abſumens; & deinde, quoties horarum dabatur ſignum, mentem ad beatam Virginem attollebat, angelicam Salutationem recitando, cum hac breui à ſe addita precatiuncula: Trahe me poſt te, ò mater ſancta: quam & ſæpè,& ſtudioſiſſimè repetebat: nullosq. per illam hebdomadam, quæ præcedit, & ſubſequitur Aſſumptionis feſtum, ſermones, qui de beatiſſima Virgine non eſſent, recreationis tempore inter noſtros patiebatur. Sæpius, Auguſto menſe appropinquante (quem beatæ Virginis menſem dicebat) quando a ſuis longe aberat, ad eos lit-

teras dabat, ad memoriam reducens beneficia à B. Virgine in eos collata, & ſeruitutem à nobis illi debitam; ad quam omni ſtudio repetendam ardentiſſimis verbis hortabatur in hunc modum: Fratres, obſecro vos, toto corde, beatam Mariam diligite; eamq; vel in maximo, vel in minimo offendere omnino caueatis. Ac frequenter dicere ſolitus erat: Fratres, qui beatæ virginis Mariæ cultui ſunt addicti, ſalutis ſuę pene ſecuros arbitremini: ab ea verò alienos, æternę ruinæ propiores exiſtimate. Myſteria beatæ Virginis recolens, quod præcipuè prædicto Auguſti menſe præſtabat, animo totus commouebatur, ſed mirificè & ſingulariter liquefiebat, velut diuini ignis ardore incenſus, cùm puerum Ieſum lac ex vberibus matris ſugentem ſibi fingeret.

In myſterio autem ſanctiſſimæ, & immaculatæ Conceptionis, ſummopere ab omni quæſtione abhorrebat: cum enim de peccatis ageretur, ne quæſtionem quidem de ſanctiſſima Dei matre haberi volebat. Imagines beatæ Virginis, atq; eiuſdem Eccleſias, antiquitate, miraculis, ſeu populorum veneratione inſignes, ſumma pietatè coluit; eaſq; frequenter inuiſere, ibiq; diutius in oratione perſiſtere ſolitus erat. Lucæ, monaſterio Monialium S. Mariæ Angelorum initia dedit: quin & nonnulla beatiſſimæ Virginis templa reſtaurauit, ac in eorum veneratione augenda non modicum elaborauit.

Celebris erat tunc temporis in Neapolitana ciuitate Imago quædam B. Virginis, miraculis inſignis, quam de Arcu vulgo appellant; cui humili quodam loco in via extra vrbem poſitæ, cùm multæ oblatæ fuiſſent vndequaque eleemoſynæ, ac propterea diſſentio orta eſſet inter Neapolitanæ, & Nolanæ diœceſis homines, ſimul cum incolis pagi illius, vbi ſanctiſſima imago colebatur; ad quem illorum ſcilicet pertineret eleemoſynarum cuſtodia, & applicatio. Miſſus ad ſedandam diſſentionem Ioannes noſter Apoſtolica auctoritate, quamprimùm quæſtionem diremit: Ad neminem, inquit, pertinent eleemoſynæ iſtæ, niſi ad beatam Virginem: in cuius honorem, vt cederent, ipſe Apoſtolica auctoritate inſigne templum,

plum, ac monaſterium à fundamentis extruxit: quod deinde ſibi oblatum, & à ſe recuſatum, Ordini Prædicatorum, cui maximè ſe debere profitebatur, vniri curauit. Pari labore, ac proprijs ſumptibus, Eccleſiam beatæ Mariæ Curtis Orlandinghorum nuncupatam, in Lucenſi ciuitate reſtaurauit.

Idem in Eccleſia S. Mariæ in Porticu de Vrbe præſtitit: quam ſibi oblatam libenter accepit, quamuis tum aeris intemperie, tum loci, aliarumq. commoditatum penuria laboraret; omnes ſibi delicias reputans, vnam B Virginis imaginem, inſignem quidem, & Angelorum ope è cœlo delatam, ad cuius ſubito tum hiſtorias edendas, tum imagines imprimendas animum applicuit, nè tam inſigne B. Virginis donum, in Romana Vrbe aſſeruatum, à memoria excideret Romanorum. Hac verò Eccleſia, à felicis recordationis Clemente VIII. Pontifice Opt. Max. ſuæ Congregationis optime merito, ac eiuſdē Ioannis amantiſſimo obtenta: cum domus vtenſilium indiga plurimum eſſet, hoc primùm Lucenſis domus Patres per litteras poſtulauit, vt ſcilicet, munera nouę domui Deiparæ Virginis offerre dignarentur: Verum, inquit, nihil aliud, quam potioris defectus, quem quiſque haberet, emendationem eſſe volo.

Apoſtolici Viſitatoris partes agens in conuentu montis Virginis, ſanctiſſimæ imagini Deiparæ eius loci plurimùm conſuluit, ipſius aram renouari iuſſit, cœnotaphiumq. cuiuſdam Heroinæ è parietibus prominens, vtpote Deiparæ decora amoliens, amoliri mandauit.

Cum Senis aliquando moraretur, apud illius vrbis Archiepiſcopum Cardinalem Tarugium, ſibi veteri familiaritate, & virtutum ſimilitudine non mediocriter adſtrictum, frequentiſſimus erat in illa olim à D. Bernardino ardenter amata B. Virginis imagine inuiſenda, alioſq. ad illam, recreandi animi gratia, ſæpius ducebat; quo in loco quid illi acciderit, ampliori, & oculato teſtimonio Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini D. Bernardini Buratti Archiepiſcopi Sipontini, in ipſius litteris, proprio ſigillo obſignatis, afferam confirmatum.

Ego,

Ego, inquit, Bernardinus Burattus, Archiepiſcopus Sippontinus, atteſtor me in ciuitate Senarum cognouiſſe tiæ memoriæ patrem Ioannem Leonardium, Congregaionis Matris Dei fundatorem, dum in ea ciuitate; Archiepiſcopalem ſedem tenebat Franciſcus Maria S. R. E. Cardinalis Tarugius, &c. Senarum ciuitas decorata eſt antiqua beatiſſimæ Virginis imagine, ad quam D. Bernardinus deuotiſſimo feruore ſingulis diebus accedebat, ad eam ſæpiſſimè properabat nouus Congregationis Matris Dei fundator, qui me ibi huiuſmodi ſermone alloqui ſolitus erat: Accende, inquiebat, cor tuum amore Virginis, conatus omnes ad gratiam ipſius conſequendam adhibe: qua in prolatione verborum tali hilaritate fulgebat vultus eius, tantaq. lux in eius oculis emicabat, vt (liceat mihi affirmare) in corde illius exortum eſſe lumen Dei, & iure illum Beatum, qui miram ſciebat iubilationem. Et ſanè ego multùm debeo tanto viro, qui in animo meo perpetuam erga ſanctam Dei genitricem accendit pietatem. Sic ille.

Alacri, ac deuotiſſimo animo in honorem beatæ Virginis, quò ſæpiùs poterat, ſacrum faciebat: quare beatæ Virginis diſpoſitione accidiſſe puto, vt ipſi Ioanni iam defuncto, dum exequiæ ſolemni ritu celebrantur, aduenerit qui Miſſam de B. Virgine celebraret, omiſſa illa quæ pro defunctis peragi ſolet: fuit is, ſacerdos in Romana Vrbe tunc temporis vitæ integritate celeberrimus, Alexander à S. Rhemo, vulgo nuncupatus, qui non ſine euidenti diuina motione id feciſſe, apertè ſignificauit; vt, videlicet, Miſſa de beata Virgine, quæ adeò fuerat in votis viuenti, eſſet eidem, & refrigerium defuncto.

Nihil ei magis curę erat, quam beatę Virginis reuerentiam, & honorem in fidelium cordibus promouère: qua in re illud inſigne dicendum occurrit: quòd, dum ipſe in prædicta B. Virginis de Arcu Eccleſia adminiſtranda moraretur, ſceleſtiſſima quædam infimæ plebis muliercula, cùm beſtiolam quamdam ad voluntatem dirigere non valeret, diabolico acta furore, execrandum in B. Virginem de Arcu, protulit maledictum; pedibus inſu-

ſuper conculcans quamdam B. V. tabellam, quę ibidem inter alias ex voto fuerat appenſa. Mariæ filius & Deus, tantam matris iniuriam non reliquit impunem; nam repente immobilis facta eſt, & eius pedes ita à cruribus ſunt diſtincti, ac ſi gladio, vel ſica fuiſſent reſecti, domum alienis pedibus reuertitur, quæ proprijs non poterat; & triduo vitæ ſuperſtes; demum in tanti facinoris pœnam diuina vltione necatur: cuius cadauer à ſuis, vt moris eſt, ſepulturæ traditur. Verùm, vbi ad Ioannis noſtri aures hoc factum peruenit, diuino incenſus zelo, ſanctiſſimæ Dei matris reuerentiam augendi ſtudioſiſſimus, impiæ mulieris cadauer è ſepulchro extrahi iubet; eiusq. pedes, qui miraculo ſecti fuerant, receptos, in templo publicè ſuſpendi curat, vt tanti ſucceſſus perpetuum apud poſteros extaret teſtimonium; & maior erga beatam Virginem populorum excreſceret timor, ac reuerentia. Demum ſermones, meditationesq. plurimas, quas mea in Bibliotheca Mariana enumeraui, eius pietatem erga hanc Reginam conteſtantes, reliquit.

Ex hac tanta Ioannis erga beatiſſimam matrem pietate, non impar eiuſdem pijſſimæ matris erga Ioannem filium oriebatur affectus: plurima & continua in illum contulit beneficia; inter quæ, inſigne eſt donum Angelicæ puritatis, quo ab ipſa pueritia, ſingulari, & admirabili ratione ornatum fuiſſe teſtantur, qui ei fuerunt intimè familiares.

In ſuis, ſuæq. congregationis neceſſitatibus, omni cum fiducia ad beatam Virginem, tamquàm ad matrem benigniſſimam confugiebat; idq. de ſe idem ipſe inſigne teſtatus eſt, nihil vmquam tantam Patronam rogaſſe, quod protinùs non impetrarit. Vigentibus aliquando contra illum, propter Congregationem à ſe fundatam, ſæuiſſimis perſecutionibus, & omni conatu nitentibus aduerſarijs ipſius filios, & ſocios diſpergere, vt tota ipſa Congregatio periret, nullum aliud efficacius habuit refugiũ, contra omnes diaboli, mundiq. conatus, quàm B. Virginis patrocinium. Negantibus aduerſarijs annonam ſubſidiaq. prohibentibus, ipſa beata Virgo copiosè, & mi-

mirabiliter ſuppeditabat : cuius prouidentiæ, innumeris exemplis omiſſis, nè pluribus vtar, hoc vnum ſufficiat, quòd ad annum circiter, ſingulis ſabbatis (qui dies eſt B. Virgini ſpeciali ritu dicatus) ab adoleſcente, penitus ignoto, tot candidiſſimi, & optimi panes afferebantur, quot pro ſingulis, qui domi conuiuebant, ſufficere poterant : quos cùm numquam, nec vnde, nec à quo mitterentur, patres ab adoleſcente intelligere poſſent, tamquã à B. Virgine cælitus miſſos excipiebant. Cum ad ſuam Congregationem inſtituendam, domo indigeret, quaſi mirabiliter à B. Virgine illi oblata eſt Eccleſia S. Mariæ de Roſa, in qua Congregationis ſuæ Roſarium primò plantauit. Hinc autem Ioannes cum vi, & ſummo aduerſariorum conatu expulſus eſſet; protinus, contra omnium ſpem, nouam domum, cum meliori, & ampliori Eccleſia ab ipſa beata Virgine mirabiliter recepit: eamq. ea ſtabilitate Congregationi vniuerſæ vnitam, vt expelli inde amplius non poſſet: quæ Eccleſia pariter beatæ Mariæ dicata erat, & vulgò, S. Maria Curtis Orlandingorum nuncupata, quam deinde Patres vſque in præſentem diem ſemper inhabitarunt. Hanc autem Eccleſiam, & domum in Lucenſi ciuitate, ſicut & domum, & Eccleſiã S. Mariæ in Porticu de Vrbe, à beata Virgine ſuppeditatã fuiſſe, Ioannes ipſe ſæpè teſtatus eſt; illud inter cætera ad fidem faciendam afferens, quod vtraq; Eccleſia die feſto beatæ Virginis Congregationi tradita eſt : illa quidem ſanctiſſimo Annunciationis die, hæc autem ſolemni Aſſumptionis celebritate. Cuius rei amplius etiam, & nobilius iam aderat ipſius Ioannis, olim quaſi prophetice loquentis, teſtimonium.

Cùm enim aduerſariorum, & ipſius diaboli conatus quammaxime feruerẽt, ipſarumq. perſecutionum ignis in dies magis augeretur, quadam die Ioannes in beatæ Virginis honorem, pro naſcenti adhuc Congregatione ſacrum fecit : quo peracto, feruore plenus, vix ſacrarium ingreſſus, conuerſus ad Clericum, qui ei in ſacro inſeruierat (fuit is Cæſar Franciottus adhuc iunior) ſic ei, & omnibus locutus eſt: Filij, nolite timere, modo omnes Ange-

gelorum Reginæ commiſi, quæ vos patrocinij ſui excepit gremio; cuius rei hoc erit vobis ſignum, quòd vbiq. locorum ipſam reperietis, vobiſq. propitiam experiemini. Hoc ipſe affirmauit, & rei euentus comprobauit.

Circa hæc eadem tempora, prædictus Cæſar Franciottus graui ægritudine, ferèq. extrema detinebatur, quod Ioannes moleſte ferens, ipſam beatam Virginem, vt filio ſuo priſtinam redderet incolumitatem, feruenter obſecrauit; voto inſuper addito, ſe, ſi quando Cæſar integras recepiſſet vires, ſecum Lauretanam Domum perducturum. Hoc peracto, grandem quamdam B. Virginis imaginem, ligno exculptam, quæ in cœlum Aſſumptam praeterebat, manu prehendit, eamq. ad infirmi cubile deferens: Agnoſce, inquit, Cæſar, ſanctæ matris imaginem, bono animo eſto, hæc tibi perfectam reſtituet ſanitatem: quo dicto, vt votum à ſe emiſſum confirmet, hortatur, & eadem fere hora, mirabile dictu! melius cœpit habere; breuiq. incolumitati reſtitutus, votum ſimul exoluerunt. Idem fere Iulio Franciotto, Cæſaris fratri, contigit: quem ideo ſecum ad Lauretanam Domum perduxit: Hic autem Ioannes quanta ſpiritus hilaritate perfuſus, quanto B. Virginis ardore incenſus, quanto cæleſtis illius domicilij conſpectu recreatus, haud facile eſt enarrare: ita terreſtri illi firmamento, velut nouum ſidus affixum erat, vt vix inde auelli poſſe videretur, & quoad vixit, ſingulare donum memoria retinens, ſemper eodem reuerti concupiuit, quod ſemel, atq; iterum deuotiſſime præſtitit; præſertim autem extremo ſuæ peregrinationis anno.

Contigit quondam, ipſo cum alijs ſuæ Congregationis ſocijs iter agente, vt à recta declinarent via, timor omnium corda occupauerat, quia nox erat, longum iter, incognita via: vnus Ioannes non timet, ſed iubet, vt ad B. Virginem confugientes, ſalutationem Angelicam ſimul recitent omnes, quo dicto: Habenas, inquit, ſuper equorum colla laxate: paruerunt omnes, mox ipſi equi, ea, qua aberrabant, relicta via, ſe ſe in communem, ac rectam, ſtupentibus cunctis, receperunt.

Ace-

Aceſcente quondam vini dolio, quod quatuor fere cados capiebat, iuſſit Ioannes, vt omnes, qui ea in domo manebant, in cellam vinariam cõgregarentur, in orbemq. ante dolium genuflexi, beatam Virginem obſecrarent (Salutationem angelicam recitando) vt eorum paupertatis miſerta, ad priſtinam bonitatem vinum reſtitueret; paruerunt, per triduum orationem repetentes; & mox vinum non modo meliorem, ac ſuauiorem dulcedinem recuperauit; ſed, quod beneficium auxit, multiplicatum etiam fuiſſe, demonſtrauit euentus.

Alia naturæ vires excedentia, vnica B. Virginis inuocatione patrauit Ioannes, quæ, breuitati ſtudens, relinquo: vnum tantùm placet commemorare remedium, quod ipſe ad complures infirmos ſanandos adhibuit: Romę degens in Eccleſia S. Mariæ in Porticu, quotieſcumque ab infirmis vocabatur, eos primum, vt ſeſe beatæ Virgini commendarent, hortabatur; ac deinde eo oleo vngebat, quod ante cæleſtem B. Mariæ imaginem in lampade ardebat. Vetus hæc olim fuit in Eccleſia conſuetudo à Ioanne noſtro innouata, quæ deuoti animi induſtria, ac pietas, quantùm Deo, beatæq. Virgini eſſet accepta, innumera hoc modo patrata miracula comprobarunt. Noſq. ipſi, qui à Patre noſtro edocti, eodem, vſque in præſens, ad infirmos accedentes, vtimur remedio, teſtes ſumus. Nec ſolum Romæ; ſed & in alias ciuitates idem oleum mittentes, eadem vbique à beata Virgine concedi beneficia quotidie audimus.

Gregorius Presb. in vita ſancti Theod. Archimãdritæ.

Hæc tanta erga beatam Virginem deuotio in Ioannis animo in dies magis augebatur, quam vſque ad extremã diem ſecum portans, eam habuit in infirmitatis, mortisq. diſcrimine, maximum ſui animi ſolatium, dolorumq. leuamen. Quo nam ſingulari, ac præcipuo munere in illo extremo agone, ab hac ſua benigniſſima parente, & liberaliſſima Domina, affectus ſit, incertum reliquit ſpecialis Ioannis humilitas. Hoc vnum manifeſtum fuit, maiorem in illo, quàm vmquam antea animi alacritatẽ, vultus ſerenitatem, & quamdam totius corporis exultationem extremis vitæ diebus apparuiſſe. Frequenter repete-

petebat moribundus ſenex Canticum illud à Simeone, quondam poſt viſam à ſe cum puerulo Ieſu, Virginem matrem dulciſſimè decantatum : Nunc dimittis ſeruum tuum,Domine: & cuidam,ob deuotionem interroganti, quidnam illi accidiſſet tantæ adeoq. inſolitæ lætitiæ cauſa . Hæc ſolum reddidit verba : O fili , ſi ſcires , ſi ſcires , inquit . Verum Reginæ ſecretum ſeruans , in pectoris arcano recondit .

Deinde extrema agens , dulciſſima Ieſu , Mariæq. nomina continue inuocabat ; & illud inſigne obſeruatum eſt, etiam profundo ſopore,ſeu grauiſſimo, vt inquiunt , lethargo oppreſſum , Mariam conclamare , aliasq. precationes , qua poterat exili, & ſubmiſſa voce recitare numquam deſijſſe .

Obijt dierum , & meritorum plenus die 9 Octobris , anno ſalutis 1609. ætatis ſuæ 69. ita fortaſſe diuina diſponente ſapientia , vt infra hebdomadam feſtiuam ſanctiſſimi Roſarij beatæ virginis Mariæ , ex hac vita decederet , qui deuotiſſimus Mariæ cultor , numquam ipſius Roſarium recitare intermiſerat ; qui in Eccleſia beatæ Mariæ de Roſa primitias laborum ſuorum Virgini dicauerat; ibiq. maximis ab ea acceptis beneficijs , nouæ Congregationis beatæ Virginis , ceu recentis Roſarij radices complantarat : vt ſcilicet eo tempore , quo Mariæ Roſaria vbique terrarum ſolemni ritu celebrabantur , ad Paradiſi Roſaria nouus hic immortalium roſarum cultor aſcenderet . Eo defuncto,cum eius effingenda eſſet imago , plurimorum opinio eò iuit , vt propter ſingularem erga Deiparam religionem , cum nomine M-P ΘΥ. quod radioſo in ſcutulo manu teneret, effingeretur . Eius vitam admirandam ſcripſit P. Cæſar Franciottus , eius diſcipulus , & ſocius , vir ab editis ingenij monumentis clarus , & non minus doctrina, quam pietate celeberrimus : & poſt hunc eamdem litteris conſignarunt pater Ioſeph Bonafides,& pater Franciſcus Marraccius noſtræ Cōgregationis;nec non Doctor Ludouicus Centoflorinius , cauſarum in Romana Curia Aduocatus : ex quibus ,

& ex proceſſibus pro eiuſdem beatificatione, Apoſtolica auctoritate factis, hæc quæ diximus, mutuati ſumus.

DE CAMILLO DE LELLIS, Ordinis Clericorum Regularium, Infirmis Miniſtrantium, Fundatore.

CAPVT XLI.

Sāā Cicatell. in eius vita, quæ a Petro Halloix Soc. Iesu latinitate donata prodijt Antuerp. ex offic. Plātin. anno 1632.

CAMILLVS de Lellis Italus Bocchianicenſis, Religionis Clericorum Regularium, miniſtrantium infirmis, fundator: multus erat in ſanctorum inuocatione; ſed nominatim beatiſſimæ Virginis, quam peculiari ſemper cultu proſequebatur; & cui Roſarium quotidie tanta cura recitabat, vt priùs lectum aſcendere, niſi eo decurſo, numquam poſſet. Reuerſus aliquando à ſancta æde Lauretana, dum fratribus ſuis Genuæ faſciculum Roſariorum diſtribueret, adfuit inter alios ſacerdos quidam, vt vnum quoque acciperet. Quem intuens Camillus: Nec tu, inquit, habes Roſarium? Illoq. reſpondente, non habere; tum ipſe exiguam eius deuotionem admiratus, Sacerdos, inquit, ſine Roſario! Deus honori tuo conſulat. Simplices ac rudiores fratres inſtruens, eos in orationis ariditate ad ſanctiſſimæ Virginis Roſarium recitandum hortabatur; illudq. vltima infirmitate detentus, ad lecti ceruical ſecum habere, ac retinere ſemper voluit. Anno 1575. qui erat annus Iubilæi, 2. Februarij, die ſacratiſſimo Purificationis B. Mariæ ſemper Virginis, anno ætatis ſuæ 25. eiuſdem ſanctiſſimæ Virginis interuentu, & patrocinio, ad Deum conuerſus eſt. Ex qua die ad extremum vitæ ſuæ tempus non meminit, neq; per Dei gratiam ſibi conſcius vnquam fuit, vllum ſe lethiferum peccatum (quod quidem cognoſcere potuerit) commiſiſſe.

In

In feſtiuitate Aſſumptionis ſanctiſſimæ Dei genitricis cælitus inſpiratum,fundandæ ſuę Congregationis propoſitum concepit. In die natiuitatis ipſiuſmet initium ei dedit, & in feſto Conceptionis ſolemnem cum ſocijs profeſſionem fecit. Ad ſanctam Aedem Lauretanam ſe contulit, vt ibi beatiſſimæ Virginis, ob expertum eius fauorem, in obtinenda profeſſione, gratias quantas poſſet maximas ageret.

Anno 1583. dum Camillus in ſancti Iacobi Noſocomio eſſet Præfectus domus, Romæ exortus eſt contra ſatellites tumultus populi, & quia duo illorum ſatellitum intra Noſocomium fuga euaſerant, ſeq. & ſuam ſalutem Camillo commendauerant, ipſe eorum miſeratione motus,illos in cellam quamdam lignariam abductos,abſcondit, & faſcibus lignisq. operuit. Quod populus paulò poſt reſciens, magno agmine ad Noſocomij portam accurrit, & ſtrictis gladijs dictos ſatellites ad necem depoſcit: quibus occurrens Camillus,ſumma vi precum inſtitit, vt hos duos pauperes & inſontes,qui in domum Dei, & ad miſericordiæ locum confugerant, ſaluos vellent:ſed illis in peruerſo propoſito obſtinatis, neſciens Camillus quid vltra faceret, abſceſſit,& ſe in paruam S. Iacobi ædiculam includens, coram ſanctiſſimæ Virginis altari procidit in genua, precatusq. eſt multis cum lacrymis, & ex toto intimi cordis affectu, ne permitteret eiuſmodi in hac domo committi homicidium, maximaq. in eam iacta fiducia, viſus eſt demum ſibi de illorum ſalute,& liberatione à mortis periculo certus eſſe. Vnde foras denuo contra multitudinem egreſſus,tanta illam vehementia, vt ſanguini parceret, exorauit; præſertim ſanctiſſima Virgine gratiā eius ori, atq; ſermonibus,& lacrymas oculis affuadente, vt eos tandem flexerit, miteſq reddiderit.

Poſtremis vitæ ſuæ diebus, petijt à Confeſſario ſibi picturam quamdam hac figura procurari; nempe, Chriſti in Cruce morientis, cum duobus Angelis, vno ad dextrā, altero ad ſiniſtram, tenentibus manu calicem aureum,qui Sanguinem è vulneribus Ieſu exciperent, cum alijs duobus Angelis ad ſingula latera,qui Sanguinis calicem Patri

X ęter-

æterno offerrent, in remiſſionem peccatorum ipſius Camilli. Ad pedem verò Crucis, dextrorſum cupiebat depingi beatiſſimam Virginem, pro ipſo deprecantem. Qua ad eum allata figura, ipſe eam contemplans, aduertensque, pictorem, rogatu, impulſuq. Confeſſarij ſui, etiã appinxiſſe ipſum Camillum, flexis genibus inter Dominã noſtram, & Crucem, velut expectabundum, vt aliquam pretioſi Sanguinis guttulam in ſe inſtillaret, atq; ex eius ore prodeuntes has voces: Parce famulo tuo, quem pretioſo Sanguine redemiſti. Ipſe, inquam, hæc aduertens, dixit: Noſti, Domine, hanc non fuiſſe inuentionem meam (quòd ſcilicet depictus fuerit cum his in ore vocibus) ſed cum Deus ita voluerit, id erit ſignum, tantò mihi amplius ſperandũ eſſe in ſua erga me miſericordia. Deinde ad beatam Virginem Mariam ſe conuertens, dixit: Age, mater ſanctiſſima, impetra mihi à filio tuo gratiam, vt libenter quidlibet mali patiar; & ſi hoc non ſufficit, addat & alia. Poſtmodùm eadem pictura eo loco affigi iuſſa, vnde eam ſemper videre poſſet, ſtabat continuò defixis in eam oculis meditabundus. Eamdem, cum ſibi in manus porrigi mandaſſet, expreſſas in ea ſanctas imagines ſingulatim exoſculans, hiſce verbis prædulcibus ad eas vſus eſt: ad Crucifixum quidem: Domine, ego tibi hanc animam commendo, quam pretioſo Sanguine tuo redemiſti. Ad Dominam verò: Ah, mater pietatis, per eam te conſtantiam rogo, quam ſub Cruce ſtans præſtitiſti, dum ſanctiſſimum tuum filium, & Crucifixum intuereris, & mortuum; impetra mihi hanc gratiam, vt ſalua fiat anima mea.

Cùm iam iam eſſet moriturus, dato ſigno ad Aue Maria, tametſi eius lingua adeò eſſet exſucca, & ſicca, vt eã mouere vix poſſet, tamen beatam Virginem diſtinctè ſalutauit. Exceſſit autem 14. Iulij, anno 1614. ætatis 65.

DE

DE MARIA VICTORIA Genuenſi, Ordinis Annunciationis beatæ Mariæ virginis Fundatrice.

CAPVT XLII.

MARIA VICTORIA Fornera, Genuenſis, genere, ac pietate illuſtris, à teneris pueritiæ annis colendæ Virgini fuit addictiſſima. Hæc nubilem iam ætatem Chriſto copulandi, inter ſacras Virgines diù cupida, tandem, parentum vi, matrimonio adnexa, religioſa ſpe dimouetur: enimuerò pijſſimam mentem, nec in coniugio dimiſit. Sobolem enixa, ſtatim Deiparenti Virgini dedicabat. Quinto ætatis luſtro coniugis exceſſu quinque pignoribus vnà relicta, Virginis tutelæ ſe, liberosq. ante ipſius effigiem prouoluta, continuò ſubiecit. Cui diua Virgo ſeſe conſpicuam dedens, eam ſacri Ordinis ſibi ſpecialiter dicati, inſtitutricem fore, & filios, filiasq. monaſticam debere vitam profiteri prædixit. Ex eo tempore caſtitatem deuouit, aureæ, & ſericæ veſtibus renunciauit; parentum conſuetudini, rebusq. humanis ſuprema dixit: mox capillamentum amputauit, totius vitæ acta recognouit, luſtrauitque, ſimul ſeuerioribus viuendi rationibus animum intendit. Mentem in aſſiduas laxauit preces, nec Virginis officium, aut coronã (quæ humi deiecta quotidie recitabat) ſemel omiſit. Eiuſque in Virginem affectus cauſa, Mariæ ſibi nomen fecit, cum antea Victoriæ tantum nomine vocaretur.

Hilarion. de Coſte in Elogijs mulierum Illuſtrium.

Pyreus in triplici corona beatæ Virginis tract. I. ca. 12.

Porrò ſimul, ac omnem ſobolem religionibus intulit, ipſa mulierum congregationem, ſub Annunciationis titulo moliri cœpit. Initiis, auerſum bis habuit Genuenſem Pontificem, Horatium Spinolam, à quo (nam res factu ardua omnino apparebat) iuſſa ſimilibus machinamentis animum exuere. Verum paulo poſt precibus, pijsque

nuncupationibus, ac lacrymis acquiſito aduerſario, propoſitæ moli operari adorſa; conſtitutionibus primùm, regulisq conficiendis religioſum virum, è Societate Ieſu, quem ſibi in conſcientiam delegerat, præpoſuit, quas nonis Auguſti, die diuæ Virgini ad Niues ſacro, Pontifex Maximus ratas, ſtabilesq. cenſuit. Exinde quatuor ex ſuo ſexu aſſumptis, per Archiepiſcopum loci, Horatium Spinolam habitu religionis induuntur; candido quidem interius, cum pallio, & ſcapulari cæruleo. Omnes, Mariæ nomen, proprijs præpoſuere, qui ritus exinde perpetuauit.

Tempore ſuæ probationis in die Virgini Annunciatæ ſacro, ſupernaturalibus quamplurimis donis affecta eſt: tunc, diſcernendorum ſpirituum ſenſum; tunc, vaticinandi in futuris facultatem; tunc, alia multa beneficia è cælo in munus accepit. Septimo idus Septembris, anni 1605. in virgineæ Natiuitatis peruigilio, vota ſua nuncupauit; hilaris, cùm ob ſuperatas difficultates; tum maximè ob Congregationem ſuam totam Virgineis ſub ſignis collectam. Sana, ſeu infirma, multa ſemper Deiparæ ſibi beneficia, apparitionesq. numerauit; crebriora verò ante nonum à ſuo exceſſu annum.

Tandem, ſacroſanctis nominibus Ieſu & Mariæ, identidem reſpirans, ſupremæ neceſſitati ius exoluit, ad annum ſalutis 1616. 17. kalend. Octobris, poſt illibatos Deiparæ natales octauo die. Ordo ſane, quem Maria-Victoria Fornera, ſub Annunciatæ Virginis titulo excitauit, diuerſus eſt ab alio eiuſdem tituli, per Ioannam Reginam Galliæ, vt cap. 30. diximus, excitato; ab eoq. in multis, quæ, tum viuendi, tum veſtiendi rationes pertinent, diſcordat; vt videre eſt apud Hilarionem de Coſta, in Elogijs & Vitis Mulierum Illuſtrium noſtri temporis, editis Pariſijs, anno 1630. ad quem deſtino Lectorem.

DE FRANCISCO DE SALES, Ordinis Monialium Viſitationis beatæ Mariæ virginis Fundatore.

CAPVT XLIII.

EXimiæ ſanctitatis vir Franciſcus de Sales, Epiſcopus & Princeps Gebēnenſis, Ordinis Monialium Viſitationis B.Mariæ virginis fundator; in omni vita eximiè coluit Deiparam. Eius ope à grauiſſima deſperationis tentatione liber fuit, & à morbo regio, ab hac animi moleſtia procedente, quæ etiam in corpus virus ſuum exercuerat,

Anno ſalutis 1593. ſodalitatem Anicij erexit, quam nomine Conceptionis B.V. Mariæ vocari voluit, quia intemerata, ſacratiſſimaq. illa Virgo Saluatoris noſtri genitrix, abſq; originalis peccati labe concepta, iugiter orat pro populo, interuenit pro Clero, intercedit pro deuoto fœmineo ſexu, ſubuenit oppreſſis, hæreticorum & infideliū conatus reprimit, bonoſq. omnes à malis liberat. Eo ipſo die, quo in Epiſcopum conſecratus eſt, qui fuit 8. Decēbris, anno 1602. vidit, viſione non imaginaria, ſed intellectuali, ſanctiſſimam Trinitatem ea in animo ſuo operantem, quæ ab Epiſcopis exterius fiebant: vidit ſuper hæc, beatiſſimā Virginem aſſiſtentē ſibi, & in ſingularem ſuam protectionem ſeſe aſſumentem: qua maieſtate circumfuſus, tam inſolito rubore mutauit faciem, vt veluti toto vultu radiare videretur.

Carol⁹ Auguſtus Saleſius Tulianus in eius vita Lugduni euulgata anno 1634.

Vide Balingh. in Calēd. Marian. die 28. Decēb.

Quotidiè Roſarium eiuſdem ſub veſperam recitabat, idq. ex voto, cui numquam defuit, totis quadraginta annis. Crebras ad Deiparam dirigebat orationes iaculatorias, ſuper eas, quas ad Deum, ſanctos Angelos, Diuoſque ſuos tutelares eiaculabatur.

Feſto Natiuitatis B.Mariæ virginis, ſexto idūs Septem-

 bris,

bris, dum ſolemniter in Collegiata æde Anicienſi cele-
braret; ecce per rimam magnæ feneſtræ vitreæ, quæ in
choro ad Epiſtolæ partem erat, ingreſſa eſt candidiſſima
columba; quæ poſtquam aliquantulum per totam ædem
volitauit, ſuper humerum Epiſcopi in throno ſedentis,
in quo ſculpta eſt arbor Ieſſea, & in eius ſic ſedentis gre-
mio requieuit, vbi ab aſſiſtentibus capta eſt. Stupentibus
omnibus & dicentibus: Sanctus eſt Epiſcopus noſter, &
vere ſanctus: quam ſanè opinionem diù conceptam,
continuis & non interruptis virtutum actibus confirma-
bat. Celebratis veſperis in laudes ſacratiſſimæ Virginis,
arrepta columbæ occaſione, eam eſſe columbam Dei in-
quiens, & amicam illam, cuius vox dulcis, & facies deco-
ra, totamq. pulchram & formoſam abſq; macula, tam
abundè, ſuauiter, & piè effuſus eſt, vt viſus ſit verè co-
lumbæ illius habere vocem, quæ lacte eſt lota, & reſidet
iuxta fluenta pleniſſima.

Elapſis decem ab hoc euentu mirabili diebus, ad primi
lapidis iactum pro Viſitationis B. Mariæ templo, celebra-
uit etiam ſolemniter, ſub potentiſſimis muſicorum cho-
ris, & ſorores omnes communicauit. Tum, finita miſſa,
benedixit lapidem, formatis cultello quatuor Crucibus
ad quatuor angulos: in eo autem hæc capitalibus Roma-
nis characteribus ſculpta erant: Deo Opt. Max. Ieſu
Chriſto, ſanctiſſimæ matri virgini Mariæ viſitanti, Carolo
Emmanuele Sabaudiæ, Henrico Gebennenſi Ducibus, an-
no 1614. die 18. Septembris, Margaride Infante Sabaudiæ,
Vidua Ducis Mantuæ Protectrice, Franciſco Epiſcopo,
Congregationi ſororum oblatarum Viſitationis deuotioni
ſacrum. Plauſit ad iactum lapidis pia turba, & toti Con-
gregationi felix, fauſtumq. omen acclamatum eſt.

Octauo kalendas Aprilis, quo die Incarnationis Domi-
nicæ ſtupendum myſterium, ſub Annunciatione beatiſſi-
mæ Virginis Mariæ nomine Eccleſia celebrat, è concione
in Eccleſia Collegiali habita redux, ſub veſperum, reci-
tandi Roſarij cauſa ſolus in cubiculo relinqui voluit, cúq.
recitaſſet, circa tantùm myſterium ad cubitale ſuum pre-
catorium, ante Crucifixi effigiem meditabundus in genua

pro-

procubuit, & ecce poſt aliquot momenta decidit in eum ſub viſibili ſpecie Spiritus ſanctus, igneus ſcilicet globus, in multas flammulas mox diffiſſus, quibus hinc & inde ſurſum & deorſum opertus, circumtectus ſalubri viuicōburio, & innoxijs ignibus exagitatus eſt: vt autem cecidit glans illa igniaria, ſtatim ipſe exiguo pauore apprehenſum ſe ſenſit, quem tamen mox depoſuit, & tanta cęleſtis amoris dulcedine eſt imbutus, vt deſint verba humano ori, quibus exprimi poſſit.

Monialibus Viſitationis B. Virginis Anicij à ſe fundatis, conſtitutiones conſcripſit, & conſtruxit, quibus eas ad canendum hymnum dolorum B. Virginis, & Litanias poſt Completorium; atq; ad ieiunandum in feſtorum eius peruigilijs obligari voluit. Ex multis verò rationum momētis, apud ſanctam Sedem ſupplicauit, vti ſorores ad recitationem precum Horariarum canonicarum, quod magnum Officium appellatur, minimè tenerentur; ſed Officium paruum beatiſſimæ V. Mariæ in choro, ſeriò, grauiter, lente, deuote, ac religioſe, quotidie, vt antea ſolebant, recitando, ab alia Officij recitandi obligatione liberæ & exemptæ remanerent; quòd poſtea ſummus Pontifex benigne indulſit, & rationum præcipuæ fuerunt iſtæ: Quia, cùm mulieres, vt plurimùm, latinū eloquium ignorent, maxime vero in Gallicis regionibus; parum intereſt, quod ad earum ædificationem, & conſolationem ſpiritalem attinet, ſiue vnum ſiue aliud Officium recitent, dummodò rite ac deuote recitent; vt autem rite, ac deuote Officium recitent, multùm intereſt, vt ſemper idem Officium recitent: clarius enim & diſtinctius, & certius illud pronunciant, quod tam ſæpè pronunciare conſueuerunt: neque totam ſuam attentionem in recta lectione, & pronunciatione ponunt, vt facere illis neceſſe eſt, quando quotidiè noua, ac inuſitata legenda ſunt. Hoc autem maximè locum habet in Gallicis regionibus, in quibus non ſolùm ineptiſſimam, ſed ridiculam planè habent latini ſermonis pronunciationem; ita vt plerumque, qui in alijs Monialium monaſterijs officia audiunt, vix ac ne vix quidem riſum tenere poſſint, niſi potius rubore perfun-

dantur. Quare, quando officium idem recitabunt, faciliùs, & accuratiùs id præſtabunt, & ad cantum poterunt deuotionem, & attentionem interiorem in Deum attollere. Ac quidem ſorores Viſitationis tam deuotè, punctuatim, & grauiter Horas illas beatiſſimæ Virginis, quantumuis breues, pronunciant, & cantant, vt non minoris ſpatium temporis illis recitandis impendant, quam ſoleant Moniales aliꝫ in Officio magno cantando. Et quemadmodum (inquiebat magnus Præſul ad ſummum Pontificem) Eccleſia vnum diem ſingulis ferè hebdomadis deſtinauit cultui beatiſſimæ Virginis, ita nihil indecorum, nihil inſuaue fecerit tua Sanctitas, ſi vnum Ordinem, maximè mulierum, quotidianis illius Chriſti Domini, ac totius Chriſtianiſmi matris laudibus publicè cantandis, deſtinauerit: immò potius rem, & Chriſto, & matri, & omnibus eorum deuotis gratiſſimam præſtiterit. Denique pleræq. virgines, & etiam viduę prouectioris ætatis vix Officium magnum vſquam exactè addiſcūt, quę propterea ab ingreſſu Religionum, vt plurimum arcentur; quibus etiam commodum accidet, ſi Religio Viſitationis beatiſſimę Virginis deinceps non teneatur ad aliud Officium, quàm ad paruum ritè recitãdum: ſic enim fiet, vt poſſint omnes, pariter ſenes cum iunioribus laudare nomen Domini. His rationibus adductus fuit Saleſius, ad peculiarem illum libellum ſupplicem Apoſtolicę Sedi porrigendum.

Lauretanam Virginis ædem non ſemel viſitauit: ad diuam Virginem montis Regalis, miraculis claram, peregrinatus eſt, & ad diuæ virginis Mariæ Tononenſis Eccleſiam Anicio pedes iuit. Præter dies ieiunij ab Eccleſia ſtatutos, ieiunabat omnibus vigilijs feſtorum beatæ virginis Mariæ, itemq. diebus veneris & ſabbati. Catechiſmum, quo nihil magis toti Reipublicæ ſalutare, in Collegiali B.V. Marię Eccleſia primum inſtituit: verùm quia Dominica viſa fuit commodior, inſtitutum tranſtulit, deditq. ipſe initium operi in ſacello D. Ioſephi, ſub inuocatione autem ſanctiſſimi nominis Ieſu, beatiſſimę Marię virginis, ſponſiq. caſtiſſimi diui Ioſephi erectio fuit.

Spi-

Digitized by Google

Spiritum Deo reddidit die 28 Decembris, anno ſalutis 1622. ętatis ſuę 56. & Pontificatus 20 Eumque, adhuc in humanis degentem, ſanctiſſima virgo Deipara ſancti nomine compellauit.

Cum enim Maria Syluia Lugdunenſis, à ſuis parentibus ſollicitaretur ad nuptias, à quibus alieniſſimum habebat animum, mane aliquando in ędem Capuccinorum ſe contulit; ibiq. ingens, quo flagrabat conſeruandę virginitatis deſiderium, Ieſu Chriſto, & eius matri commendauit. Non multo poſt temporis interiecto ſpatio, ecce lux magna circumfulſit; apparuitq. ei auguſtiſſima cœli Regina, diuis ſtipata duabus, Maria Magdalena, & Catharina Senenſi, hisq. eam verbis allocuta eſt: Macte animo filia; breui in meum Viſitationis intrabis Ordinem, & Sancti manibus habitum accipies. Valuit oraculum: nam continuo, conſilia illa, quibus ad matrimonium deſtinabatur, euanuerunt; & oblata ſuperiori Matri admiſſa eſt, & Sancti (id eſt, Franciſci Saleſij Epiſcopi, & Principis Gebennenſis) manibus habitum Religionis accepit.

DE IOSEPHO CALASANTIO, Ordinis Clericorum Regularium pauperum Matris Dei, ſcholarum piarum Fundatore.

CAPVT XLIIII.

IOSEPHVS Calaſantius, alias à Matre Dei, ex Regno Aragoniæ, Ordinem Clericorum Regularium, ſub titulo pauperum Matris Dei ſcholarum piarum, magno cum Pueritiæ emolumento, & Chriſtiani orbis fructu, ob pietatis diſciplinam, & litterarum eruditionē, his noſtris temporibus inſtituit. Cuius ſingulare erga beatam Virginem cultus, & venerationis ſtudium teſtantur

tur indita ſupradicto Ordini, ſibiq. à Matre Dei appellatio: arctioris temperantiæ lege in eiuſdem feſtorum peruigilijs indicta ieiunia: precandi præſcripta formula, qua illius in honorem continentur Litaniæ, Pſalmi, nec non Antiphonæ, quæ nomen, MARIA, initialibus litteris referunt, ſingulis diebus ab eiuſdem Ordinis Religioſis (vt olim Ioſcioni monacho ſolemne fuit) vſurpanda: denique Religionis vniuerſæ radijs vndiq; præfulgens ſtemma, ſignumque in quo compendiariæ notæ græcè, & latinè, MARIA MATER DEI, Corona, Cruceque addita, apparent. Multa alia quidem hac de re dicenda hoc loco ſuppeterent; ſed quoniam humillimus, ac modeſtiſſimus Pater adhuc in viuis eſt, annum agens, quo hæc typis committuntur, quintum ſupra octogeſimum; ideo, ne quid auribus dare velle videar, & vt Eccleſię ſactæ veſtigijs inhæream, quæ laudat poſt mortem, magnificat poſt conſummationem, nihil amplius de eo dicam.

Eccleſiaſt. cap. 11.

LAVS DEO,
Deiparæq. Virgini.

INDEX
Rerum magis notabilium, quæ in hoc Opere de Marianis Fundatoribus continentur.

A

ADrianus Cęſar-auguſtanus Roſario B. Virginis ab omni aduerſitate liberatus *pag.* 123. ei B. Virgo non ſemel apparuit. *ibid.* & 124.
Affectus S. Hieronymi erga Deiparam. 31. item S. Franciſci Aſſiſinatis. 171. item S. Ignatij Loyolæ. 295.
Alanus Brito deuotus Roſarij cultor 132. mirabilia quæ ipſi per Roſarium contigerunt. *ibid.* & 133. quare coram altari B. Virginis ſepultus *ibid.*
Albericus Ordinis Ciſtercienſis Fundator, B. Virgini pręcipua religione addictus. 59. ei B. Virgo apparens Ciſtercienſis Ordinis propagationem promiſit. *ibid.* à Beatiſſima Virgine ſui Ordinis Cõſtitutiones accepit *ibid.* eius Capiti Cucullam candidam Deipara impoſuit. *ibid.* à Beatiſſimâ Virgine ſæpe viſitatus. *ibid.*
Albigenſes hæretici quàm impij in Deiparam 105. in eos Innocentius III. bellum ſacrum indixit. *ibid.*
Alexandra Aragonia Roſario B. Virginis à morte reuocata, 147. 148.
Alexius de Falconerijs Ordinis ſeruorum B. M. Virginis Fundator. 199. quid ad Deiparæ honorem ſeruauerit. 122. *cætera vide infra in Bonſilio Monaldio.*
Alphonſus Princeps deuotus Roſarij cultor. 137. ei Deipara apparens, Roſarium pulcherrimum donat. *ibid.* & 138. Roſarij virtute de inimicis victor euadit. 138. ei morienti Deipara apparet. *ibid.*
Altare B. Virginis in Claſſenſi Cęnobio coram quo S. Romualdus orare conſueuerat. 52.
Altaria paruula in honorẽ Deiparę erigebat adhuc puer S. Robertus Ciſtercienſis. 56.
Aluaſtrenſe Monaſterium in honorem Deiparæ à S. Birgitta fundatum. 242.
Alumnus familiariſſimus B. Virginis S. Bernardus Abbas. 69.

Am-

Ambroſius Piccolomineus Senenſis Deiparæ Virginis aſpectu dignatur 229.
Amicus laudatiſſimus Deiparę S. Dominicus 168.
Amor S. Dominici erga Deiparam 169. 170. item S. Birgittæ. 234.
Angelus beatiſſimus Deiparæ S. Dominicus. 167
Annunciatio B. Virg. à Ioanna Regina Galliæ quo affectu culta. 268. 269.
Antiphona Salue Regina à Dominicanis Deipara ſalutata. 157. 158.
Antiphona S. Petri Nolaſci ad B. Virginem. 196.
Antonius Maria Zaccharia Ordinis Clericorum Regul. S. Pauli fundator, à primis annis Deiparam ſibi in Dominam, & Matrem elegit. 279 ad eam in rebus omnibus confugiebat. *ibid.* eiuſdem amorem ac obſeruantiam alijs ſuadere nitebatur. *ibid.* & 280. quid ſuis circa Deiparæ cultum præſcripſerit. *ibidem*.
Apoſtolus dulciſſimus Deiparæ S. Dominicus. 167.
Apotegma S. Auguſtini inter Chriſtum, & Mariam genua figentis. 33.
Apparitio B. Virginis S. Norberto facta. 83. item S. Guilielmo Aquitano. 92. 93. item S. Dominico. 109.
Ara princeps Oratorij Vallis Vmbroſæ in Deiparæ honorem conſecrata a S. Ioanne Gualberto. 53.
Ara S. Mariæ Montis Virginis renouata à Ioanne Leonardio. 313.
Arbor pulcherrima, cuius fructus Chriſtus, appellatur Deipara à S. Brunone. 79.
Archangelus digniſſimus Deiparæ S. Dominicus, 167.
Ardinghus Epiſcopus Florētinus Templum in Monte Senario Deiparæ dedicauit. 207. ei Deipara apparuit. 210.
Aſſumptio B. Virginis quanta deuotione cælebrata à Deſiderio Ciſtercienſi. 70. 71. 72. item, à Ioanne Leonardio. 311. 312.
Athleta fortiſſimus Deiparæ S. Dominicus. 167.
Auctor Fraternitatis Roſarij S. Dominicus 110.
Auguſtiniana familia quare albis veſtibus vtatur. 40.
Auguſtinus Adornus Deiparæ addictiſſimus 302. quibus eam rebus honorare ſtuduerit. *ibid.* ſub Mariæ auſpicijs ſuum Ordinem inchoauit, in templo S. Mariæ Maioris Vrbis Neapolitanæ. *ibid.* ob deuotionem B. Virginis Clericorum Marianorum

rum

rum nomen ſuis imponere volebat. *ibid.* Litanias Deiparæ miro pietatis affectu frequentauit, eaſque ſuis bis in die recitandas præſcripſit. *ibid.* Sermonem de Deiparæ laudibus à ſuis quolibet Sabbato haberi voluit *ibid.* ſepultus Neapoli in Templo S. Mariæ Maioris. *ibidem*.

Auguſtinus Caracciolus Mariæ Deiparæ addictiſſimus. 302 *& cętera, vt in Auguſtino Adorno.*

S. Auguſtinus Hipponenſis præcipuo Deiparam venerabatur affectu. 33. eius Virgineo vbere lactatus. *ibid.* quibus eam nominibus in ſuis operibus appellet. 34. 35. in Deiparæ laudibus ſe tantillum, & ingenio pauperem reputabat. 36. quanto animi ardore Deiparæ ſupplicaret. *ibid.* eius ſtudium erga Deiparam. 37 eius de Deipara Apothegmata. 38. ſalutationem Angelicam quanti fecerit. *ibid. & 39.* Roſarium B. Virginis orauit. 40. Officium in laudem B. Virginis compoſuit. *ibid.* præcipuus aſſertor Cõceptionis ſine originali macula. *ibid. & 41.* Diſcipulus B. Virginis appellatus. 42.

Aurora lætitiæ B. Virgo. 19. item Aurora noui diluculi. 29.

B

Balthaſſaris Magi ad Deiparam ſalutatio. 253

Bartholomæus Amideus Ordinis Seruorũ B. Virginis Fundator. 221. *Vide infra in Bonfilio Monaldio.*

Bartholomæus Comes Roſarij B. Virginis quantum profecerit. 133. 134. 135

Bartholomæus Ferrarius vnus ex Cleric. Regul. S. Pauli Fundatoribus, quo affectu coleret Deiparam. 280. 281

Bartholomæus N. auctor Imaginis Annunciatæ de Fiorentia. 217. 218

Baſilica Mariana ædificata in Bethelem à S. Hieronymo. 27

Baſilica S. Mariæ Maioris corpore S. Hieronymi exornata. 31

S. Baſilius Magnus mirũ in modum Deiparam coluit, & laudauit. 15. varijs encomijs paſſim illam in ſuis ſcriptis deprædicauit. *ibid & 16.* Salutationem Angelicam, quibus nominibus appellarit. *ibid.* Vitã B. Virginis græcis litteris cõſignauit *ibid.* eius fiducia in B. Virginẽ contra Iuliani Apoſtatæ perſecutionẽ. 17. in extaſim raptus

B. Virginem vidit, apud filiũ de deſtructione ſui templi querulantem. *ibid.* Librum Hiſtoriam mundi continentem à Deipara accepit. *ibid.* eius erga Deiparã pietas eluc et in filijs. *ibi.*

Beatrix à Sylua Ordinis Cõceptionis B. Virginis Fundatrix. 264. Caſtitatẽ Deiparæ vouit. *ibid.* ei Deipara ſe videndam præbuit. 265. eius in Deiparã, ac Deiparæ Conceptionẽ affectus. *ibid.* eius Ordo Apoſtolica auctoritate confirmatus. *ibid.* eiuſdẽ Ordinis Habitus ei à Deipara oſtenſus, *ibid.* Cultrix Deiparæ eximia. *ibid.* eius corpus quare Franciſcanis Patribus conceſſum. *ibid.*

Benedicta Hiſpana, Roſario B. Virginis bona perdita recuperauit, & maiora accepit, 148. 149. 150, 151. Roſarij Cultrix egregia. 152 à B. Virgine de obitu admonita. 153 Deiparã in morte vidit, *ibi.*

S. Benedictus Abbas à pueritia Deiparæ addictiſſimus. 43. Eius imaginem aſſiduis quotidie precibus venerabatur, *ibi.* ante eiuſdem imaginem miracula operatur, *ibi.* in Marianum Roſarium quàm propenſi, ac deuoti animi. *ibi.* & 44. Cœnobia in honorem B. Virg. ædificauit. *ibi.* Deiparæ reliquias miro deuotionis affectu coluit. 45 laudatus à Deipara. *ibi.* & 46. 47. Comes ſociusq. Deiparæ in varijs apparitionibus. 48. cum B. Virgine pro quodã Canonico apud Deũ intercedit. *ibi.*

Benedictus Antellenſis Ordinis Seruorum B. Virg. Fundator. 221. *Vide infra in Bonfilio Monaldio.*

Beneficia Deiparæ erga Benedictam Hiſpanam. 151.

Beneplacita decem Beatiſſimę Virgini s. Mariæ. 267. 268

Beniamini Deiparæ, filij S. Norberti. 84

Bernardini Buratti de Ioanne Leonardio teſtimonium. 313. 314

S. Bernardus Abbas à Deipara Virgine S. Stephano Ciſtercienſi oblatus, & commendatus. 60. peculiaris filius Deiparæ. *ibi.* eiuſdem Sacellanus, actuarius, iugisq. cultor. *ibi.* à Deipara ſingularibus priuilegijs inſignitus. 61. adhuc puer Beatiſſimã Virginem conſpexit. *ibi.* ſanatus à Deipara. *ibi.* Roſarium Deiparæ propagauit, & illuſtrauit *ibi.* ardentiſſimus Mariæ Sponſus appellatus à B. Alano. *ibi.* frequenter viſitatus à Deipara. 62. Deiparæ virgineo lacte non ſe-

ſemel lactatus. *ibi*.& 63.64. 65. 66. Orator Dei Genitricis. 63. eiuſdē Cappellanus dilectus. 64. deuotiſſimus Cantici Salue Regina. 65. quid huic Cantico addiderit. *ibi*. ſalutatus à Deipara. *ibi* & 66.67. Natiuitas Chriſti ex B. Virgine ei reuelata. *ibi*.& 68. in laudē Deiparæ ſcripſit ſuper Miſſus eſt, & alibi. *ibi*. pietatē erga Deiparam in ſuis operibus, omnibus cōmendat. *ibi*. & 69. eius eſſe ferturHymnus Aue maris ſtella. *ibi*. alumnus familiariſſimus Deiparæ. *ibi*. in honorem Deiparæ baſilicas dedicauit. *ibi*. in eiuſdē laudem Tractatus cōpoſuit. *ibi*. Pupilla oculi B. Virginis 69. ad conuerſionem peccatorum interpoſitione Nominis Mariæ vtebatur. *ibi*.& 70. in altaribus Deiparæ cōſecratis celebrans, miracula operatur. *ibi*. in feſto Aſſūptionis B. V. quid ei reuelatū fuerit. 71.72. B. Virginis Puer appellatus. *ibi*. ei morienti adfuit Deipara. *ibi*. præſeruationem Deiparæ ab originali contagio aſſeruit. 73. ſub eius inſtituto Ordo Cōceptionis in Eccleſia fundatus. *ibi*.

B. Bernardus Ptolomeus Ord. S. Mariæ Mōtis Oliueti Fundator. 227. Deiparæ venerator ſtudioſiſſimus. *ibi*. in Sodalitio Deiparæ ab adoleſcentia adſcriptus. *ibi*. Deiparæ auxiliū in ſtudijs petebat. *ibi*. oculorum lumen ei a Deipara reſtitutum. 228. Deiparam in argēteæ ſcalæ faſtigio intuetur. *ibi*. à Deipara candidas veſtes adhibere iuſſus. 229. eius ad Deiparam oratio efficax. 230. Monaſteriū, & templum in honorem Deip. erexit. 231.

S. Birgitta Suecia Mariæ Deiparæ ſingulariter addicta. 233. Septēnis adhuc coronatur à Deipara. *ibi*. duodennis ex ſerico, & auro acū pingens adiuuatur à Deipara. *ibi*. Spōſum ſuum Horarias Deiparæ preces orare didicit. 234. ei in partu laboranti Deip. ſubuenit. *ibi*. Miro erga Deiparam amore inflammabatur. 234. Deiparæ charitate ſuccenſa. *ibi*. Deiparā quid rogarit. 235. de Deip. laude ſollicita. *ibi*. quibus orationibus laudaret Deiparā. 236 quid à Deipara peteret. *ibi*. informata & inſtructa à Deipara, & in quibus. 237. Secretaria Deiparæ. *ibi*. quid ei fuerit à Deipara reuelatum. *ibi*. & 238. 239. quid in regula circa Deip. cultum ſtatuerit. 240. Sermonem Ange-

gelicū de excellētia B. Virg. conſcripſit.241. Aluaſtrenſe Monaſterium in honorem Deiparæ fundauit. 242. ei Deipara nō ſemel apparuit, & quid eidem dixerit. *ibi.* & 243

Blanca Galliæ Regina Roſarij virtute filium à Deipara obtinuit. 140. 141.

Bonfilius Monaldius, & ſocij Ord. Seruorum B. M. Virg. Fundatores. 198. 199. Architecti ædificij Deip. 199. Columnæ ædificij Deiparæ. *ibi.* mancipia perpetua Deiparæ. *ibi.* Economi Seruorum Deiparæ. *ibi.* in ſocietatem Laudantium Deiparam adſcripti. 200. eis Deipara apparet, & ad mundi contēptū hortatur. *ibi.* in feſto Natalis Deiparæ ſuo Ordini initia dederūt. 202. 203. 204 Serui B. Virginis ab infantibus & lactentibus appellati. 204. 205. 208. eorum erga Deiparam obſequia. 206. eis à Deipara Senarius montis demonſtratus. *ibi.* Senariū petentes Deiparæ Imaginē ſecum deferunt. 207. eorum ad Deiparam verba. *ibi.* hoſpitium conſtruunt apud S. Mariam de Caphagio. 209. à Deipara Virgine Vineæ Florentis miraculo ad Ordinis amplificationē excitati. 209. 210. 211. Habitum & regulam à Deipara accipiunt. 212. eorum gratitudo & obſequia erga Deiparam. 213. 214. à Deipara Petro Veronenſi commendati. 215. Deiparæ pallio protecti. *ibi.* Dei paræ Serui verr. *ibi.* Deiparæ Cænobium & templum cōſtruunt. 216. antiquam Deiparæ imaginē reſtaurare incipiunt & in reſtauratione miraculum. 217. 218. Philippum Benitium ob Deiparæ apparitionem in ſuum Ordinem admittunt. 219. 220.

Bonfilius Deiparæ Economus. 220. à Deipara ad cęli præmia vocatus. 221.

Bonifacius à Colle vnus ex Clerici Regul. Fūdatoribus Deiparæ Virg. ſingulariter addictus, ac dilectus. 284. Ædificationi Monaſterij, quod in Deiparæ honorem conſtruebatur, præfuit. *ibi.*

Brito miles recitatione Roſarij B. Virginis quot pericula euaſerit. 124. 125. 126.

S. Bruno Carthuſiani Ordinis Fundator in Deiparæ cultu feruens 74. in eius honorem multa ſcripſit Opuſcula. *ibi.* quibus eam præconijs commendarit. 75. omnes ad eam laudandam hortabatur. 76. imitator Deiparæ 78. Feſtū Annonciationis Deiparæ ſu

per

per alia feſta celebrē habebat. *ibi*. de Deiparæ pulchritudine quid ſcripſerit. 79. Conceptionem Deiparæ ſine originali labe tenuit. *ibi*. In honorem Deiparæ, primam ſui Ordinis Eccleſiam fundauit. 80. ſuo etiam Ordini Deiparam, patronam delegit. *ibi*. eius filij de vocatione perplexi, à B. Virgine in ſuſcepto vitę propoſito cõfirmantur. 80. 81.

Bulla Ordinis Cõceptionis B. Virg. miraculosè inuenta. 265.

C

B. CAietanus Thieneus in Deiparam Virg. pijſſimus. 282. eius pietatis indicia aſſeruntur. *ibi*. & 283. à Deipara pro filijs ſuis alimenta accepit. *ibi*.

Camillus de Lellis Deiparam ſingulari cultu proſequebatur. 320. eius Roſarium quanti fecerit. *ibi*. per Deiparam ad Deũ cõuerſus *ibi*. in Deiparæ Aſſumptione & Natiuitate quid egerit. 321. ad Lauretanam Domũ profectus, & quare *ibi*. Deiparæ auxilio commotum populũ ſedauit. *ibi*. Imaginem Deiparę ſibi depingi curauit. 322. eius ad Deiparam oratio. *ibi*. moriturus Deiparã diſtinctè ſalutauit. *ibi*.

Cappella B. Virgini ædificata à Carmelitis in Monte Carmelo. 7. 8. 9.

Cappellanus dilectus Deiparæ S. Bernardus. 64.

Caput Annunciatę de Florẽtia Angelorũ manu factũ. 218.

Carmelitarum Auctor Helias. 1. Carmelitæ deuotiſſimi B. Virginis. 7. 8. 9. quare Fratres B. M. Virginis appellati. *ibi*. Deiparæ Cappellam in Carmelo ædificarunt. *ibi*. multis à Deipara priuilegijs & gratijs aucti. 9. ſæpe à Deipara viſitati. 10

Carolus D. Birgittæ filius à Deipara defenſus. 238.

Carthuſiani in ſuſceptæ vitæ propoſito à B. Virgine confirmati. 80. Deiparam in ſui Ordinis patronam deligunt 81

Catharina pulchra Roſario B. Virg. ad Deũ conuerſa. 146. ei Deipara apparuit. 147

Cęnobia S. Mariæ de Marrabotta, & S. Mariæ de Plumbariola ædificata à S. Benedicto. 44.

Cęnobium S. Mariæ de Portiuncula à Benedictinis S. Franciſco donatum. 44.

Cęſari Baronio ſanitas à B. Virgine impetrata. 306. item Cæſari Franciotto. 317.

Cingulus laneus B. Stephano

Ciſtercienſi à Deipara donatus. 60.
Ciuitas Dei quare Maria appellata. 75. 76.
Cliens Deiparæ eximius S. Dominicus. 106.
Colloquium ad Deiparam ex S. Ignatij præſcripto. 295.
Conceptionis B. Virginis immaculatæ aſſertor, Auguſtinus. 40. 41. 42. item S. Bernardus, 73. item S. Bruno 79. 80. in teſtimonium Conceptionis immaculatæ candidus Habitus S. Norberto à Deipara donatus 83. Conceptio Deiparæ ſine peccato originali S. Birgittæ reuelata. 237. item S. Franciſcæ Romanæ. 261. in eius honorem Ordo in Eccleſia fūdatus. 265. Pauli IV. in eam pietas. 286. eius aſſertor ſtudioſus S. Ignatius Loyolà. 297. Ioannis à Cruce in eam deuotio. 301. item Ioannis Leonardij 312. item Franciſci Saleſij. 325.
Concio S. Dominici de Roſario B. Virginis. 116.
Confeſſor humillimus Deiparæ S. Dominicus. 167.
Congregatio Lucenſis Matris Dei à Ioanne Leonardio inſtituta. 309. 310.
Congregatio Oblatarū B. Virginis à S. Franciſca Romana fundata. 245. Ordinata à Deipara. 248.
Congregationis S. Mariæ Montis Oliueti inſignia. 230. 231
Conſideratio deuota S. Ignatij Loyolæ in Euchariſtiæ ſumptione. 296. 297.
Conſtitutiones Monachorum S. Baſilij quid de pietate erga B. Virginem ſtatuant. 17. 18. item Conſtitutiones Congregationis Matris Dei. 310. 311. item Conſtitutiones Monialium Viſitationis. 327. 328.
Conſtitutiones Ordinis Ciſtercienſis à Deipara Virgine B. Alberico traditę. 59.
Cor S. Franciſci in Eccleſiam S. Marię de Portiuncula Angelorum manibus delatum. 188. 189.
Corollas precarias B. Virginis ſe inuiſentibus tribuebat Petrus de Murrhone. 226.
Corona D. Birgittæ à Deipara donata. 233.
Corona triplex in Deiparæ capite à S. Franciſca Romana cōſpecta. 248. 250. 252. 262.
Coronæ S. Philippi Nerei fidelibus ſalutares. 308.
Coronatio B. Virginis celebrata à Seruitis. 213.
Cuculla candida à Deipara Virgine B. Alberici capiti impoſita. 59
Cultus B. Virginis in eius Roſario. 153

Cuc-

Currus aureus B. Philippo Benitio in viſione oblatus. 219

D

DEſiderius Ciſtercienſis, quo ſpiritu celebrarit feſtum Aſſumptionis Deiparę 70.71.72

Deuotio erga B. Virginē ſalubre & efficax remedium ad omnium vitiorum fugam,& virtutum adipiſcentiam. 17

Deuotio Ioannis à Cruce erga Deiparam. 300. 301.

Diabolus per Mariam ligatus, 76.77.per virtutem Roſarij fugatus. 134. 135.

Diſcipulus ſapientiſſimus Deiparę, S.Dominicus. 167

Diſcipulus B.Virginis, S.Auguſtinus appellatus. 42

Diſcipuli Heliæ ſæpe Deiparā viderunt. 1. eorum deprecatio pro Incarnatione filij Dei in B.Virgine. 6

Diſpēſator liberaliſſimus Deiparæ S. Dominicus. 167.

Doctor totius veritatis, & puritatis appellatus S. Hieronymus à B.Virgine. 32.

Dominica Comitiſſa per Deiparam à morte liberata. 153 154. eius mirus feruor erga Roſarium. *ibi.* ei Deipara in morte apparuit. *ibi.*

S.Dominicus Ordinis Prædic. Fundator Deiparæ eximius cliens & filius. 106. ſuum in Deiparam ſtudium, Roſario præſertim demōſtrauit. 107 exemplo Deiparæ, ſuā Deò Virginitatem conſecrauit. 108. ei Deip. apparet, eiusq. gratia multos à naufragio liberat. 109. auctor Fraternitatis Roſarij à Deipara cōſtitutus. 110. in Mariæ nomine mare tranquillat. *ibi.* Cōfraternitatis Roſarij regulas à Deip. dictatas accepit. 112 ſponſus intimus & familiaris Deip. 113. lactatus à Deipara. *ibi.* Tholoſatibus iuſſu Deiparæ Roſariū prædicat magnis cū prodigijs. 114. 115. 116. miraculū inſigne virtute Roſarij operatur in caſtro Alemanniæ, 116. 117. 118. 119. 120. 121. Adrianū Cæſarauguſtanum Roſario B. Virginis à multis liberat malis. 121, 122 123. 124. eodem Roſario à multis periculis ſeruat militē Britonē 124. 125. 126. monetur à Deipara de pœnitētia eidem militi iniungēda. 127. ei Deipara apparens, prędicationē Roſarij cōmendat, *ibi.* corripit & ſanat Epiſcopū Roſarij contēptorem. 128. 129. virtute Roſarij paganū quēdam ad Chriſti fidē conuertit. 130. 131. ex eius inſtitutione Roſariū recitans Alanus

nus Brito, quot gratias à Deipara impetrarit. 132. 133. ex eiuſdem inſtitutione Roſarii recitans Bartholomeus Comes, quantum in virtute profecerit. 133. 134. 135. Petrum Cæſaraugustanũ ad pœnitentiam reduxit, miſſo ad eum B. Virginis Roſario. 135 136. Alphonſum principem ad Roſarij recitationem ſua prædicatione impulit magno cum fructu. 136. 137. 138. Halæ matronæ deuotionem Roſarij perſuadet. 139. Deiparæ Roſarium pro pænitentia imponit. 140. Blancæ Reginæ ad prolem impetrandam, Roſarium Deiparæ conſuluit. 140. 141. Roſario B. Virginis hæreticum à dæmone liberat. 144. roſa Roſarij ægritudinem mulieris curat. 145. Roſarium mulieri cõmendat, & quo fructu. *ibi*. communicatus à Deipara. 146. ab eadem adiutus ad veſtes ſacras deponẽdas. *ibi*. ei Deipara apparens ſe peccatorum aduocatam declarauit. 147. admonitus à Deipara, puellæ in Roſarij ſodalitatem adſcriptæ ſuccurrit. *ibi*. Roſario Deiparæ mulierem perditam ſaluti reſtituit. 151. dæmones fugat. à muliere deuota Roſarij, ei quæ cuncta reſtituit perdita. 153. 154. ſingulariſſimus Sponſus Deiparæ. 154. cum B. Virgine, Comitiſſę morienti apparet. 154. ante cõcionem Roſarium Deiparæ orabat. 154. 155. ei ſacrum celebranti Deipara adſtare viſa. 155. ei concionaturo Deipara librum offert, & ſermonem affert. *ibi*. eidẽ concionanti Deipara aſſiſtit, & dicenda ſuggerit. 156. Deiparam in concionibus ſapientiæ doctricem habuit. *ibi*. pænitentibus ſuis Roſarij vſum perſuadebat. 157. in Pſalmis recitandis Mariã ſibi adſtantẽ imaginabatur. *ibi*. per Hymnum ſalue Regina, Deiparam à ſuis quoti die ſalutari voluit. *ibi*. eius in Deiparam pietatis indicia. 158. Officium Deiparæ recitauit, ſuiſque alumnis præſcripſit & ſanxit. *ibi*. Imaginem Deiparæ in ſuum S. Sixti templum non ſine miraculo transfert. 158. 159. pro omnimoda B. Virginis puritate pugnator acerrimus. 159. cum B. Virgine in eius Eccleſia deuote pernoctat. *ibi*. Deiparam pro peccatoribus filio irato ſupplicantẽ intuetur. 160. ſeruus fidelis B. Virginis. *ibi*. eius precibus exorata Deipara Reginaldo apparet, eumque ſanitati reſti-

ſtituit. 161. Deiparam ſuis Fratribus benedicẽtem intuetur. 162. eius ordo à Domino Deiparæ commiſſus. 163. eius filij ſub Deiparæ pallio ſingulariter protecti. *ibi.* Deiparæ auxilio ſuorũ inopiæ ſuccurrit. 164. 165. Deiparæ iuſſu ei Angelus lumen præfert. 165. Deiparã in morte præſentem habuit *ibi.* ſuum ordinem Deiparæ cõmendat. 166. filius Deip. *ibi.* Deiparam dilexit pluſquam cor ſuum. *ibi.* eius morituri ad Deiparã Oratio. *ibi.* eius Imago à Deipara è cęlo delata, atq; in Soriano collocata. 167. Secretarius Deiparæ. *ibi.* Sponſus Virgineus Deiparæ. 168. gratijs prorſus ſingularibus a Deipara affectus. 168. 169. de dubijs multis à Deipara eruditus. *ibi.* omni miraculorũ genere à Deipara decoratus. 170.

Domus Deiparæ S. Franciſcus de Paula. 170

E

ECcleſia Deiparæ erecta in Monte Carmelo. 8

Eccleſia Mariana pro qua orauit S Baſilius, ne deſtrueretur à Iuliano Apoſtata. 17.

Eccleſia in honorẽ Deip. ædificata à S. Hieronymo. 17.

Eccleſia S. Mariæ ad Hugos, à quo, & qua occaſione conſtructa. 54. 55

Eccleſia Moliſmenſis in honorem Deiparæ erecta à S. Roberto. 57. 58 60

Eccleſia S. Marię de Caſalibus à S. Brunone conſtructa. 80

Eccleſia S. Michaelis Antuerpiæ, à S. Norberto Deiparæ conſecrata. 86

Eccleſia Mariana in Virgiliano Monte à S. Gulielmo ædificata. 87

Eccleſia Mariana in Mõte Cuneato à S. Gulielmo fundata. 89

Eccleſia S. Marię Incoronatæ in Apulia à S. Gulielmo cõſtructa. 89

Eccleſia S. Mariæ à Mina apud Altamurram. 90

Eccleſia S. Mariæ Rupis Amatoris. 159.

Eccleſia S. Mariæ de Portiuncula reparata à S. Franciſco 172. in ea Ordo minorum initium ſumpſit. 174. eam ſuis commendauit S. Franciſcus. 187 188

Eccleſia in honorem Deip. à S. Frãciſco conſtructa. 185

Eccleſia S. Mariæ in Valle Saxi à S. Frãciſco ſuo Ordini acquiſita. 185

Eccleſia S. Marię de Foreſta. 186

Eccl.S.Mariæ de Farneto. 187
Eccl.S.Mariæ de Scarzola.187
Eccl.S.Marię Collismadij.226
Eccleſia S. Marię Montis Olieti. 231
Eccl.S.Marię de Arcu. 312
Eccleſia S.Marię Curtis Orlã-dinghorum. 313
Elemoſinarius miſericordiſſimus Deip. S. Dominicus. 168
Eliodatus paganus B. Virginis Roſario ad Deum conuerſus. 130. 131. 132
Elogium B. Virginis de S. Hieronymo. 31
Emblema Ordinis Seruorum B. Virginis. 213
Encomia B.Virg. ex D.Hieronymo. 29
Encomium Innoc.3.de Deip. 104
Engardi S.Roberti Matri Deipara apparens, quid prędixerit. 56
Epiſcopus hæreticus Roſario B. Virginis ad Deum conuerſus. 127. 128. 129
Eremitorium S.Marię in Valle Saxea. 186
Exempla humilitatis Deipare tenenda. 38
Exẽplo Deip. Virginitatẽ Deo vouit S.Dominicus. 108.
Exemplum perfectionis B.Virgo.24.29.

F

Fabula de macula in pectore D.Bernardi cõfutatur.73
Familia Seruorum B. Virginis triplex. 213
Familiaritas S. Dominici cum Deipara. 107
Famulus puriſſimus Deiparę S. Dominicus. 167
Faſciculus florum Deip.Virg.à S.Tereſia oblatus. 299.
Felix de Valois B.Virg.addictiſſimus. 94. Deip. viſione in vita,& morte dignatus. *ibi.* & 95
Feſta Deiparæ quomodo celebranda ex S.Auguſtino. 38.
Feſta B.Virginis quomodo celebraret Io.Leonardius.311
Feſtum Annunciationis B.Virginis quo in honore habitum à S.Brunone. 78
Feſtum S.Marię de Victoria in Mauros. 272.273
Filia Hieruſalem quare *Maria* appelletur. 75
Filij nomine S.Norbertus à Deipara appellatus. 83.
Filius peculiaris Deiparę S. Bernardus. 60
Filius redolentiſſimus Deip.S. Dominicus. 168
Flamma igne Spiritus sãcti inflammata appellatur S Hieronymus à B.Virgine. 32
Florentio Monacho Deipara in morte apparuit.53.54

Flos

Flos Virginum Maria. 20.
Forma diſciplinæ Chriſti B. Virgo. 24. 29.
Fons totius Trinitatis ſigillo ſignatus B.Virgo. 29.
S. Franciſca Romana congregationis oblatarum B. Virginis Fundatrix. 245. officium Deiparæ quotidie recitauit; & miracula in eius recitatione. *ibi.* Coronam quoque Deiparæ quotidie perſoluit. *ibi.* eius ieiunia in Deiparæ honorem ſuſcepta. 246. ad Eccleſiam S. Mariæ Angelorum Aſſiſij pedes iuit. *ibi.* Deiparam pro filio orans ab ipſa exauditur. *ibi.* ei Deipara apparens quid pro ira Dei à Romana Vrbe auertenda faciendum præceperit. 247. pulcherrimam Deiparæ Imaginem in aere conſpexit. *ibi.* Deiparam ſuæ Congregationis ordinatricem agnoſcit. 248 eius de Deip. viſiones pulcherrimæ. *ibi.* & 249. 250. à Deipara puerum Ieſum accepit. 251. Deiparam tribus coronis coronatam intuetur. 252. Deiparæ partum in mentis exceſſu contemplatur. *ibi.* & 253. 254 eius vulnus à Deipara ſanatum. 255. aliæ eius de Deipara viſiones. *ibid.* & 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262 263. 264. ſepulta in Eccleſia S. Mariæ Nouæ. 264.
S. Franciſcus Aſſiſias à Deipara Chriſto Domino oblatus. 171. Deiparam Virginē incredibili complectebatur affectu. 172. eam ſuorũ filiorum aduocatam conſtituit. *ibi.* in eius honorem ſingulis annis quadrageſimam ieiunauit. *ibi* Eccleſiam S. Mariç Angelorum Aſſiſij reparauit. *ibi.* quanti ſemper hāc Eccleſiam fecerit. *ibi.* in ea Deiparę aſpectu dignatus. 173. in ea concepit, & peperit ſpiritum Euangelicę paupertatis. *ibi.* & 174. Oleo lāpadis B. Virginis infirmũ ſanauit. *ibi.* & 175. paupertatis Deiparæ ſępe recordabatur. *ibi.* Ouem docuit B. Virginem ſalutare. 176. Deiparę interceſſione indulgentiā à Domino obtinet. *ibi.* & 177. 178. 179. Roſarium B. Virginis orauit, Ordiniq; ſuo cōmendauit. 179. 180. multos ad Roſarij cultũ accendit. *ibi.* Roſarij prædicationem ſuis fratribus impoſuit. *ibi.* à Deipara puerum Ieſũ in vlnas accipit. 181. iuxta Deiparam conſiſtere viſus. *ibi.* aliquid benedicturus Deiparam benedicebat. *ibi.* pomũ pulcherrimũ à Deip. accepit. *ibi.* Deiparæ meritis

ſibi ſua dimitti debita petebat. *ibi*. Orationes in Deip. laudem compoſuit. 182. de B. Virginis laudibus, quid ſuos fratres monuerit. *ibi*. in ſcala candida Deiparā ſignificari intellexit. 183. Deip. exēplo motus quid egerit. *ibi*. de Deip. inopia ſermonē habuit. *ibi*. erga Deip. partū ſingulariter affectus. *ibi*. & 184. reliquias B. Virg. latentes agnoſcit. *ibi*. eius ſermones de Natiuitate Chriſti ex B. Virgine. 185. Eccleſias in honorem Deip. conſtruxit. *ibi*. & 186. 187. morti proximus ad Eccleſiam S. Mariæ Angelorū ſe deportari optauit. *ibi*. hanc Eccleſiam ſuis fratribus quantum cōmendarit. *ibi*. & 188. obijt die Sabbati Deip. ſacro. *ibi*. eius cor ad Deip. templū deportatum. *ibi*. & 189. pietatis Virgineæ etiam poſt mortē magiſter. 189. Antiph. Salue Regina recitationé ſuadet. *ibi*. Deiparæ lacrimas offerre viſus. 190.

Franciſcus Caracciolus Deip. addictiſſimus. 302. quibus eam rebus honorare ſtuduerit. *ibi*. ſub Mariæ auſpicijs ſuum Ordinem inchoauit. *ibi*. Clericorum Marianorū nomen ſuis imponere voluit. *ibi*. Litanias Deip. miro pietatis affectu frequētauit. *ibi*. ſermonē de Deiparæ laudibus quolibet Sabbato à ſuis haberi mandauit. *ibi*.

S. Franciſcus de Paula à puero Deiparæ amore flagrās. 270. eius Roſarium, & officium quomodo recitaret. *ibi*. Domus Deiparæ, & quare. *ibi*. ad templum S. Mariæ de Portiūcula proficiſcitur. *ibi*. ſub Deip. patrocinio ſuum ordinem inchoauit. *ibi*. & 271. imitatione Deip. ſuos Fratres Minimos vocari voluit. 271. cur Deiparæ iconē auream admittere noluerit. *ibi* Roſaria Deip. ſuis deuotis diſtribuebat. *ibi*. eius Roſaria miraculoſa. *ibi*. Coronæ B. Virg. recitationem ſuis ſuadebat. *ibi*. & 272. quid in ſua regula circa Deip. cultū ſtatuerit. 272. ſua miracula Deiparæ attribuebat. *ibi*. primā ſui Ordinis Eccleſiā Deiparæ conſecrauit. *ibi*. cauſa feſti S. Mariæ de Victoria. *ibi*. & 273 Salutatione Angelica ſanitatem infirmo reſtituit. 273

Franciſcus de Sales Ordinis Viſitationis B. Virg. Fundator. 325. Cultor eximius Deip. *ibi* eius ope à graui tentatione liberatus. *ibi*. ſub Cōceptionis Deiparæ nomine ſodalitatem Anicii erexit. *ibi*. dum

con-

conſecratur Epiſcopus, Deiparam ſibi aſſiſtentem intuetur. *ibi*. Deip. Roſarium per 40. annos recitauit. *ibi*. ad Deip. crebras orationes dirigebat. *ibi*. in Deip. laudes qua occaſione effuſus. 326. Deip. Viſitationi templū erexit, & ſacrauit. *ibi*. poſt recitationē Roſarij quid illi acciderit. *ibi*. & 327. Monialib. Viſitationis quid circa Deiparæ cultum præſcripſerit. *ibi*. & 328. eius peregrinationes, & ieiunia in Deiparæ honorem ſuſcepta 328. Catechiſmum ſub Deip. inuocatione erexit. *ibi*. Sancti nomine à Deip. appellatus. 329

Fraternitatis Roſarij auctor S. Dominicus. 110

Fraternitatis Roſarij Leges S. Dominico à Deip. reuelatæ. 112

G

GAſparis Magi ad Deiparā Salutatio. 255

Gerardenus Soſtenus Ordinis Seruorum B. Virg. Fūdator. vt lilium Deip. oblatus. 222. *Vide ſup. Bonfilius Monaldius.*

Gerardus Dauentrienſis Deip. Virginis Horas de latino in linguam Theutonicam tranſtulit. 244. in Dei Genitricis Eccleſia ſepultus. *ibi*.

Gratitudo Seruorum B. Virgi erga Deiparam. 206

Guido Petramalius Epiſcopus Aretinus Beatiſs. Virginis aſpectu dignatus. 229. 230.

S. Gulielmus Aquitanus Deiparæ Virgini addictus ac dilectus. 90. ei Deipara apparens, ipſius vulnera curat, & ſanat. 92. 93. 94.

S. Gulielmus Vercellenſis Ordinis Monachorum Montis Virginis Fundator. 86. Deiparæ deuotiſſimus. *ibi*. in honorē Virgineæ puritatis candidum habitū aſſumpſit. *ibi*. Eccleſiam Marianam in Virgiliano monte ędificauit. 87. miracula ab eodem in huius Eccleſiæ ędificatione patrata. *ibi*. & 88. Montem Virgilianum Deiparę offert, & ſacrat. *ibi*. in Monte Cuneato Marianam fundauit Eccleſiā 89. aliam item in Apulia ſub titulo S. Mariæ Incoronatæ. *ibi*. aliam quoque apud Altamurram. 90

H

HAbitus candidus s. Norberto à B. Virgine donatus. 83

Habitus candidus quare indutus à S. Gulielmo Vercellenſi. 86

Habitus Fratrum Prædicatorum

Digitized by Google

rum à Deipara S.Reginaldo oſtenſus. *ibi.*
Habitus Monialiũ Conceptionis Beatrici à Sylua à Deipara demonſtratus. 260.
Halæ Matronę Roſarium recitare recuſanti, quid acciderit. 138.139.140.
S.Helias Propheta Deip.Virg. præcultor eximius.1.eius diſcipuli Virginem candidiſſimam adorare viſi.*ibi.* in nubecula parua Deiparã præintellexit.*ibi.* myſteria de B. Virgine ei à Deo reuelata. 2.3.4.5 6.7.8.Deiparæ prę uiſæ ſe totum humiliter tradidit.9.in honorem B.Virg. ſuam Congregationẽ condidit. *ibi.*eius filij quantum à Deipara amati. 10. eius Cætus quibus gratijs ab eadem affectus.11.de B. Virg. locũ Iſaiæ explicauit. 12.13.viſitatus à Deipara in terreſtri Paradiſo. 14. Imitator puritatis Deiparæ. *ibi.*
S.Heliſæus Heliæ diſcipulus in multis B.Virginem pręfigurauit.14.morti proximus de Deipara plura ſuis diſcipulis prædixit. *ibi.*
Heluidius hęreticus Virginitatis Deiparę impugnator cõfutatus à D.Hieronymo 27. 28.29
Henricus Canonicus S. Cuniberti interceſſione B. Virginis ad Deũ conuerſus. 48
Hæretici contra Roſariũ Deiparæ oblatrantes puniti. 140.141.142
Hieronymus Æmilianus Deiparam intimis tulit præcordijs 274. carceri addictus à Deipara liberatur. *ibid.* & 275.276.277. ſuis Orphanis quid ad Deiparæ cultum præſcripſerit. 277. blaſphemias in Virginem iactatas, quo pænæ genere in ſe vltus ſit. 278. Mariæ nomen ingeminans ſpiritum reddidit. 279.
S.Hieronymus Stridonẽſis Deiparæ Virginis cultor ac prædicator inſignis. 22. Deiparæ Roſarium magno cũ fructu frequentauit. 23. Salutationem Angelicã quibus nominibus appellarit. *ibid.* quid de Deipara crederet. *ibi.* de eius à peccato immunitate quid ſenſerit. *ibi.* indignum ſe eius laudatorem reputabat. *ibi.* quibus eam encomijs celebrarit. 24.25.26. eius amorem omnium cordibus inſculpere ſatagebat. 26. 27. ei inſignẽ Baſilicam ædificauit in Bethelem. *ibi.* pro eius Virginitate Librum ſcripſit contra Heluidium. 28. Luculentus Deiparæ laudator in ſuis operibus. 29. ſepultus in

in Eccleſia S. Mariæ de Bethelem. 30. eius corpus in Baſilicam S. Mariæ Maioris de Vrbe tranſlatū. 31. laudatus à Deipara. 32.
Hiſtoria S. Mariæ in Porticu à Ioãne Leonardio edita. 313.
Horariæ Preces B. Virginis. *Vide Officium B. Virginis.*
Hortulanus fructuoſiſs. Deiparæ S. Dominicus. 167.
Hortus deliciarū B. Virgo. 29.
Hugo de Hugis in honorem Deiparæ Eccleſiam ædificauit. 54. 55.
Humilitas B. Virginis quàm chara Alexio de Falconerijs. 222.
Hymnus Aue Maris Stella D. Bernardi eſſe fertur. 69.
Hymnus Innocentij 3. in laudem Deiparæ. 97. 98. 99.

I

Iacobo Aragoniæ Regi Deipara apparet. 193.
Iacobus Antonius Morigia vnus ex Cleric. Regul. S. Pauli Fundatoribus in Deiparā eximiè pius. 281. in eiuſdē honorem, omnia, poſt Dei gloriam, referebat *ibi.* auxilio Virginis Proregem Inſubriæ ad meliorem frugem reduxit. *ibi.* ob Deiparæ amorem Pio V. cariſſimus. *ibi.* in Deiparę laudibus numquam feſſus. *ibi.*
Ieiunia in honorem Deiparæ ſuſcepta à monachis Baſilianis. 19 à S. Franciſco Aſſiſinate 172. à S. Franciſca Romana 246. à S. Ignatio Loyola. 294. a Franciſco Saleſio 328.
S. Ignatius Loyola Deiparæ amore æſtuans. 289. per Deiparam ſe totum Deo offert. *ibi.* ei Deipara apparet. 290. ex Deiparæ aſpectu Caſtitatis perpetuo colendæ cupiditate inflammatus. *ibi.* Deiparæ precibus Caſtitatis dono ornatus. *ibi.* Deiparæ exempla in elegantem libellum retulit. *ibi.* ad Edem B. Virginis in Mōte ſerrato proficiſcitur. *ibi.* Caſtitatis votū Deiparæ nuncupat. *ibi.* eius ardor in Deiparæ Virginitate tuenda. 291. gladiū & pugionem ante aram B. Virginis appendit. *ibi.* ante eandē aram noctem inſomnē agit. 192. coram Deipara ſpiritualis militiæ ſacramentum ſuſcipit. *ibi.* ſæpè Deiparæ aſpectu perfruitur. *ibi.* ei Horarias Deiparæ preces perſoluenti quid acciderit. *ibi.* beneficio Deiparæ diuina patitur. *ibi.* eius ad Deiparam preces pro Miſſæ ſacrificio celebrando. 293. in Eccleſia S. Mariæ Maioris primò ſacri-

criſicauit. *ibi.* Deipara patrocinãte plurimas difficultates euicit.*ibi.*& 294. in honorem Deiparæ Sabbata obſeruabat.294. in Deiparæ Ede votum paupertatis emiſit,& Hieroſolimam proficiſcendi.*ibi.* coram Deipara ſolemnem profeſſionem fecit. 295. in Exercitijs ſpiritualibus Colloquiũ ad Deiparam fieri præſcripſit. *ibi.* in ſuis deliberationibus Deiparã inuocabat.*ibi.*per eandem ſuas deliberationes Deo offerebat. *ibi.* eius affectum erga Deiparã Dæmones ipſi teſtantur.*ibi.* in exercitijs ſpiritualibus à Deipara adiutus & edoctus 296. Euchariſtiam ſumens ſe *Mariæ* carnẽ ſumere cogitabat.*ibi.*Cõceptionis Deiparæ abſque peccato ſtudioſus aſſertor. 297.

Imagines B. Virginis miraculoſæ. 64.65.66.67.158.159. 197.209.216.217.218.232. 288.313.

Imago Deiparæ coronata à S. Franciſca Romana conſpecta. 247.

Imago Deiparæ ex auro puro cur recuſata à S. Franciſco Paulano. 271.

Imago Ioannæ Galliæ Reginæ quomodo depicta. 269

Imago Ioannis Leonardi, quomodo pingenda. 319

Imago S. Philippi Nerij cur ante Deiparam depicta.309

Imitatio B.Virginis commendata à D.Hieronymo.26.27 digna Deo oblatio.78

Imitator Monachorum perſectorum appellatur S.Hieronymus à B.Virgine. 32.

Indulgentia pro viſitãtibus Eccleſiam S.*Mariæ* Angelorũ. 176.177.178.179

Innocentius 3. feruens Deip. cultor 96.eius Roſariũ frequenter orabat,alijsq. commendabat.97.ob deuotionẽ Roſarij in Romanum Pontificem electus.*ibi.*Mariæ memoriam recolebat. *ibi.* eiuſdem interceſſione apud Deũ vtebatur. *ibi.*Hymnum mirè deuotum de Deipara compoſuit.*ibi.*eius ſermo de Deiparæ Laudibus affertur. 99. Mariæ inuocationem ſuadebat. 104. quomodo *Mariã* laudaret & ſalutaret *ibi.*Ordinem Militum de Auis ſub Deiparæ patrocinio confirmauit. 105. in Albigenſes Deiparę hoſtes bellum indixit. *ibi.*à Deipara ſedatus,*ibi.* Monaſterium Deiparę condidit. 106. interceſſione B. Virginis ab ęternis ſupplicijs liberatus. *ibi.*

Inſigne Congreg. Oratorij B. Virgo radijs circumfuſa. 304 305

In-

Inſignia Congregationis Mõtis Oliueti. 230.231
Interceſſio B. Virginis quantę efficacię. 48
Interemptrix vnica vniuerſę prauitatis hęreticę B.Virgo 29
Ioanna Regina Gallię Ordinis Annunciationis B. Virginis fundatrix. 266. Deip. deuotione incenſa. *ibi*. de ſuo ordine fundando à Deip. reuelationem accepit. *ibi*. & 267 ei reuelatum, in qua re magis delectaretur B. Virgo. 268. in memoriã Virgineę puritatis Deip. clamidẽ candidam geſtabat. *ibi*. illuſtria beneficia à Deip. accepit. *ibi*. ſui Ord. Præfectas Ancillas appellari voluit, Deiparæ imitatione. *ibi*. Annũciationis myſterium præ cæteris fere colebat. *ibi*. & 269. diẽ Sabbati quomodo veneraretur, 269. eius Oratio ad Deiparam. *ibi*, in honorem Deip. Biturigenſe Monaſterium extruxit, *ibi*. eius Imago ante Deiparam picta. *ibi*.
B. Ioannes Columbinus pręcipuus Deip. cultor. 232. bonorum ſuorũ partem Sodalitati B. Virginis reliquit *ibi*. ad Virginẽ & per ſe, & per alios ſupplex accedebat. *ibi*. quos in filios ſuſcipiebat, ante Imaginem B. Virginis religioſo habitu induebat. *ibi*. ad miraculoſam Deip. imaginẽ peregrinatur. *ibi*. obijt die Sabbati *ibi*.
Ioannes à Cruce totus Deip. cultui mancipatus. 300. à Deip. in filium ſuſceptus. *ibi*. eius ioci pueriles, Deiparæ Roſarium *ibi*. à mortis periculo bis per Deiparã ereptus. *ibi*. feruentiſſimus in cultu Deiparæ. *ibi*. iter agens Deip. carmina cantitabat. *ibi* ex intuitu Imaginum Deip. ſingulare oblectamentũ colligebat. *ibi*. Officium B. Virg. quotidie cernuus recitabat. *ibi*. frequentes de Deip. ſermones miſcebat. *ibi*. Deiparæ memoria ad mærores depellendos vtebatur. *ibi*. ad Deiparã in ſuis negotijs confugiebat. 301. feſtum Cõceptionis Deiparæ cultiſſimũ habuit. 301. multis gratijs à Deip. cumulatus. *ibi*. per eãdem à carcere ereptus. *ibi*. ſuæ mortis diem à Deipara intellexit. *ibi*. penes Deiparã aſſidere viſus. *ibi*. in eius reliquijs Deiparę effigies cõſpecta. *ibi*.
B. Ioannes Dei, mira erga Deiparã deuotione exarſit 286. haud vulgaribus beneficijs à Deip. ornatus. 287. Roſariũ Deip. quotidie recitauit. *ibi*. item quatuor & vigin-

Au-

Aue Maria,& ob quem finē. *ibi.* erga dolorem B.Virginis præſertim afficiebatur. *ibi.* à mortis periculo per Deiparā eripitur. *ibi.* oratione ad Deiparam fuſa tempeſtatē ſedauit. 288. Deiparæ nomine dæmonem à ſe fugauit. *ibi.* ad Eccleſiam S. *Mariæ* de Guadalupe peregrinatur. *ibi.* quas in eadem Eccleſia gratias à Deip. acceperit. *ibi.* corona ſpinea à Deip. coronatus. *ibi.* Deip. Virg. ope tentationum victor euaſit. *ibi.* ei ægrotanti Deip. apparet, & ſudorem frontis exſiccat. *ibi.* Deiparā pro ſuis deuotis orare viſus. *ibi.*

S. Ioannes Gualbertus Deip. Virgini addictiſſimus, 53. in eius honorem aram conſecrauit. *ibi.* Salutationē Angelicam ſuis recitandā præſcripſit. *ibi.* Deip. Virg. præſentiā cuidam ſua oratione impetrauit. 54. ſocius Deip. in miraculis patrandis *ibi* & 55. Templum Deip. & S. Ioāni Gualberto erectum. *ibi.*

Ioannes Leonardius Congreg. Matris Dei Fundator. 309. à puero Deiparam in patronam elegit. *ibi* Mariani cultus in alijs promouendi ſtudioſus. *ibi.* & 310. Congregationem ſuam Deip. dicauit. 310 Officiū, & Roſariū Deiparæ quotidie recitabat. *ibi.* Imagines B. Virg. ante ſuos, ſuorumq. oculos optabat. *ibi.* Nomen Matris Dei, & Mariæ quanti fecerit. *ibi.* in Conſtitutionibus quid ſuis circa Deip. cultū præſcripſerit. *ibi.* & 311. Virginis feſta quanta ipſe pietate celebraret, & celebrari ab alijs vellet. 311. nonnulla Beatæ Virginis templa reſtaurauit. 312. Eccleſiam S. Mariæ de Arcu à fundamētis extruxit. *ibi.* & 313. quid in Eccleſia S. Mariæ in Porticu præſtiterit. 313. Eccleſiæ Montis Virg. quantum profuerit *ibi.* Imaginem Deiparæ à D. Bernardino adamatam Senis veneratur, alioſque ad venerationem accendit. *ibi.* & 314. ſæpe in honorem Deiparæ ſacrificabat. *ibi.* ei defuncto quare Miſſa de B. Virgine celebrata. *ibi.* reuerentiæ erga Deiparam augendæ ſtudioſiſſimus. 315. Opuſcula de Deipara compoſuit. *ibi.* ei Deipara quam propitia. *ibi.* & 316. filios ſuos Angelorū Reginæ commiſit. 317. Cæſari ac Iulio Franciottis ſanitatem Deipara obtinuit. *ibi.* ad Lauretanam Domum proficiſcitur. *ibi.* Salutatione Angelica quid a B. Virgine obtinuerit. *ibi* & 318. Oleo lampa-

padis B. Virginis infirmos ſanabat. *ibi.* eius morientis ad Deiparam affectus. 319. mortuus infra Octauam Roſarij. *ibi.* eius Imago quomodo pingenda. *ibi.*

IoannesManettus vnus ex Fundatoribus Ordinis ſeruorum B. Virginis. *vide ſup. in Bonfilio Menaldio.*

Ioannes de Matha B. Virgini addictiſſimus. 94. eius mater Deiparæ apparens quid de eodem affirmarit. 95. mirificas à B. Virgine ſibi apparẽte conſolationes accepit. *ibi* primam Miſſam de B. Virgine celebrauit. *ibi.* pecuniæ pro captiuorum redemptione ei à Deipara non ſemel traduntur. 96. ſtatuit vt ſingulis ſabbatis in ſuo Ordine fieret Officium de B. Virgine. *ibi.*

Ioanni 22. B. Virgo apparuit, & quid ei de ſuo ſcapulari pręceperit. 11.

Ioſephus Calaſantius Ordinis Scholarum Piarum Fundator. 329. eius ſtudium erga Deiparam. *ibi* & 330.

Irreuerentia erga Deiparam punita. 142.

Iudæi B. Virginis oſores 79.

Iulius Franciottus à B. Virgine ſanatus. 317.

L

Lacte B. Virginis lactatus S. Bernardus. 62. 63. 64. 65. 66. item S. Dominicus. 113. eo linitum corpus Benedictæ Hiſpanæ. 151.

Lacrimas Deiparæ offerre viſus S. Franciſcus. 190.

Lana candidiſſima ſuo colore dealbata B. Virgo. 29.

Laudes S. Benedicti Abbatis celebratæ à B. Virgine. 45. 46. 47.

Laudes ad honorem Deiparæ à B. Bonfilio inſtitutæ. 213. 214.

Laus B. Virginis omnibus cõmendata à D. Hieronymo. 26. 27.

Leges Confraternitatis Roſarij à Deipara Virgine S. Dominico dictatæ. 112.

Leonis Minoritæ viſio de B. Virgine ſcalæ candidæ innixa. 182. 183.

Liber continens Hiſtoriã creationis mundi à Deipara D. Baſilio donatus. 17.

Liber de perpetua Virginitate Mariæ contra Heluidium à D. Hieronymo ſcriptus. 27

Lilia duo B. Virg. oblata. 222

S. Ludouicus Galliæ Rex, filius B. Virginis, & quare. 141

Luna ſine ſui defectu coruſcans B. Virgo. 19

Lupus in Virginalis tẽpli ſtru-

ctura deſeruiens. 88

Lux ex Deip. corpore procedens. 252

M

Magorum trium ad Deip. Virginem Salutationes, & verba. 255.256.257

Maria Caraffa Monaſteriũ in honorem Deip. ædificauit. 284

Maria Victoria Genuen. Ord. Annunciationis B.Virg. Fundatrix. 323. addictiſſima Deiparæ à teneris annis, ibi. filios ſuos ſtatim natos Deip. ſacrabat. ibi. poſt mariti obitum quid ante Deip. imaginem prouoluta egerit ibi. ei Deip. apparet. ibi. Deipara Officium, & Coronã nunquam omiſit. ibi. quare Mariæ nomen aſſumpſerit. ibi. plurimis à Deip. donis affecta. 324. Congregationem ſuam ſub Deip. ſignis collegit. ibi. obijt in Octaua Natiuitatis Deip. ibi.

MARIA Virgo Deipara. ſub candidiſs. Virg. ſpecie adorata ab Heliæ diſcipulis. 1. Virginitatis in nouo teſtamento primiceria. ibi. figurata in nubecula parua viſa ab Helia. 2. 3. Carmelitas multis gratijs, & priuilegijs proſequitur. 9. 10. 11. Magiſtra omnium prophetarum. 12. Lapis primarius appellata ab Helia Propheta. 13. Heliã Prophetã in Paradiſo terreſtri viſitauit. 14 miris Encomijs celebrata à Baſilio Magno. 15. 16. eius vita ab eodem græcis litteris cõſignata. ibi apud Filium de ſui tẽpli deſtructione cõqueritur 17. D.Baſilio librum de mũdi creatione donat. ibi. Monachos D. Hieronymi in ſu ſcepto propoſito cõfirmat. 22. eius ab omni peccato immunitas à D.Hieronymo aſſerta. 23. multis ab eodem laudibus celebrata. 24. 25. eius cultus, & imitatio ab eodem omnibus cõmendata. 26. 27. eius Virginitas perpetua ab eodem contra Heluidium defenſa. 27. 28. pulcherrima eius encomia ex eodem. 29. eius tituli ex S. Auguſtino. 34. 35. 36. Auguſtiniani Ord. Patrona, & cuſtos. 40 in eius honorem Cenobia excitata à S.Benedicto. 44. eius meritis S.Odo ſterilibus parentibus datus. 49. mater miſericordię appellata. 51. Florentio Monacho morti proximo apparet. 54. ſub eius patrocinio Ciſtercienſis Ordo cõſtitutus. ibi. Engardi S. Roberti matri bis apparet. 56. in eius

eius honorem Oratoriū Mo
liſmi conſtruitur.*ibi*.eius no
mini conſecrata omnia Ci-
ſtercienſis Ord. Monaſteria.
ibi.Ciſtercienſes ſub ſuis vl-
nis fouet.*ibi*.miracula ad e-
ius inuocationem in Moliſ-
mo facta.57.58.Ord.Ciſter-
cienſis propagationem B.
Alberico promiſit.59.eiuſdē
Alberici capiti cucullā can
didiſſimam impoſuit.*ibi*. B.
Stephano Ciſtercienſi appa
ret,eique Cingulū donat.60
eidem S.Bernardū commen
dat. *ibi*. S. Bernardo appa-
ret,eiq. puerum Ieſum con-
templandum offert.61.eun-
dem ab infirmitate ſanat.
ibi.eiuſdem præceptrix & la
ctatrix 62.63.64.65. eundē
ſalutat.66.67.eidem in vlti-
mo agone apparuit.72.73.
eius præconia ex S. Bruno-
ne. 75. 76.eius pulchritudo
admirabilis. 79. eius conce-
ptio abſque originali labe.
ibi. & 80. Patrona Carthu-
ſianorum.81.S.Norberto ap
paret,eique locum pro Mo-
naſterio erigēdo demōſtrat.
83. eidem candidum Habi-
tum donat.*ibi*. eundem Fi-
lij nomine appellat.*ibi*.Præ-
monſtratenſis Ordinis Ma-
ter & parens. 84. S. Guliel-
mo Aquitano apparet,eum-
que a vulneribus ſanat. 92.
93 B.Felici de Valois appa
ret, eumque ſuauiſſimis ver-
bis conſolatur 94. 95.B.Ioā
ni de Matha apparet, eique
pecunias pro captiuorū re-
demptione miniſtrat.96. e-
ius interceſſione Innocētius
III.ab æternis ſupplicijs libe
ratus.106.eius exemplo Vir
ginitatem Deo vouit S. Do-
minicus. 108.D. Dominico
apparet 109.111. 113. 117.
118.127. 147. Confraterni-
tatis Roſarij Patrona. 112.
eiuſdem Confraternitatis Le
ges S. Dominico reuelauit.
ibi. S. Dominicum ſuo lacte
potat. 113. Adriano Cæſar-
auguſtano pluries apparet.
123 124. à ſuis deuotis ini-
micos fugat. 126. Epiſcopū
hæreticū arguit,& ad ſanam
mentem reducit. 128. Elio-
dati pagani vulnera ſanat.
131 132.Alano Britanno ap
paret.132.item Bartolomæo
Comiti.135. item Petro Ba-
roni.136. Alphonſo princi-
pi Roſarium pulcherrimum
donat.137.138.Halæ matro
næ apparet.139.140.dæmo-
nes cogit veritatem profer-
re.143. 144. S. Dominicum
communicat. 146.Cathari-
næ pulchræ apparet. 147.
item Benedictæ Hiſpanæ.
153 item Dominicæ Comi-
tiſſæ.154. populo benedice-

re,& filij ſanguinẽ excipere viſa. 155. S. Dominici cõcionantis lateri aſſiſtit. 156 Doctrix ſapientię. *ibi*. S. Dominico linguarũ donũ à filio obtinuit *ibi* eius Imago miraculo ſa. 158. eius puritas à S. Dominico defenſa. 159 filiũ iratum placat. 160 S. Reginaldo apparet eumque ab infirmitate liberat 161. eidem Reginaldo habitum Prædicatorum oſtendit *ibi*. Prædicatores dormientes benedicit vno omiſſo. 162. Prædicatorum Ordinem vnicè diligit. 163. eius erga S. Dominicum ſollicitudo. 164. 165. eidem Dominico morienti apparet 165. S. Dominici Imaginem è cęlo defert. 167. eius in S. Dominicum beneficia ſingularia. 168. 169. S. Franciſcum filio offert. 171. filium mundo iratum placat *ibi*. S. Franciſco apparet. 173. 176. eidem puerum Ieſum tradit 181. eidem malum pulcherrimum donat. *ibi*. ſcalæ candidæ inniti viſa. 183. S. Petro Nolaſco apparet. 190. 191. 195. item S. Raymundo, & Iacobo Aragoniæ Regi. 192. 193. 194. Dormitoria Barcinonenſis Cęnobij benedicere viſa. 196. Ordinis Seruorum Fundatoribus apparet. 200. 212. Montem Senarium eis demonſtrat. 206. Ardingho Epiſcopo apparet. 210. 212. Petro Veronenſi ſeruos ſuos commendat. 215. aureo in ſolio ſedere conſpicitur à Philippo Benitio 219. S. Syluestro Auximati auxiliatur. 224. eundem filij corpore reficit. *ibi*. & 225. Petro Murrhonio lumen oculorũ reſtituit. 225. 226. eidem in sũmitate ſcalæ apparet. 226 Bernardum Ptolomeum à cæcitate liberat. 228. Guidonem Epiſcopum alloquitur. 229. 230. S. Birgittam coronat. 233. eandem in ſuendo adiuuat. *ibi*. eidem in partu laboranti ſuccurrit. 234. eidẽ varia reuelat. *ibi*. & 235 236 237. *& deinceps*. eidem in vltima infirmitate apparet. 243. S. Franciſcæ Romanæ apparet. 246 247. Congregationis monialiũ Turris ſpeculorum Ordinatrix. 248. Triadi Beatiſſimæ laudes perſoluit. 249 S. Franciſcæ Romanæ puerum Ieſum concedit. 251. 254. 256. 260. vulnus in illius pectore ſanat. 255. à Magis adoratur. *ibi*. & 256. eius modeſtia admirãda 257. Moniales Turris ſpeculorum chariſſimarum filiarũ loco habet. 262. Beatrici à Sylua ſe videndam exhibet. 264. 265. Ioannam Reginam Gal-

Galliæ alloquitur.267. Hieronymũ Æmilianum à carcere liberat.274 275. 276. B. Caietano Thieneo cibos mittit. 283 284. B Ioanni Dei periclitanti opem fert.287.eidem filium Ieſum tradit.288.eiuſdem ſudorem abſtergit.289 S Ignatio Loyolæ ſe videndam præbet. 290.eundem adiuuat & docet.296.S.Tereſiæ miros fauores impertit. 98.299.300 Ioannem à Cruce à naufragio eripit.300.eundem in carcere ſolatur. 301. eidem, diem obitus reuelat.*ibi.* Cæſari Baronio ſanitatem obtinet. 306.S Philippum Nerium viſitat.306.307.Ioanni Leonordio plurima beneficia confert 315.316. 317. 318.item Franciſco Saleſio. 325. 329.

Mater gentium appellatur Maria à S.Hieronymo.25.

Mater miſericordiæ appellata Maria à S. Odone, & quare. 51.

Medicina peccatorũ Maria.20.

Melchioris Magi ad Deiparam ſalutatio.255

S.Mercurius martir iniuriarum Deiparæ illatarum vltor.16.

Miracula in Eccleſia moliſmen ſi facta ad inuocationem B.Virginis.57 58.

Miracula patrata à S.Gulielmo in ædificatione Eccleſiæ Mõtis Virginis.87 88.

Miracula virtute Roſarij facta à S.Dominico.109. & deinceps.

Miracula quæ S. Franciſcæ in Virginei Officij recitatione acciderunt.245.

Miraculum inſigne B Virg.82.

Miſſa B. Virginis ſingulis diebus celebratur à Monachis S. Baſilij.18.item à Norbertinis.84. 85. in ſero Sabbati ſancti celebrata à Seruitis. 213. cur celebrata Ioanni Leonardio defuncto.314.

Monachi Baſiliani B. Virginis cultores eximij.17.18.19.

Monachi Ciſtercienſes familiares Deiparæ.56.

Monachi Hieronymiani in ſuſcepto inſtituto confirmati à B. Virgine. 22. quare albis veſtibus vtantur.*ibi.*

Monaſteria Deip.Virginis nomini dedicata à S. Romualdo.52 item à S.Tereſia.299

Monaſteria Ordinis Ciſtercienſis omnia Deiparæ dicata. 52.item Monaſteria Monialium Ordinis Fontis Ebraldi. 74.

Monaſterium Aluaſtrenſe in honorem Deiparæ a S. Birgitta Fundatum.242.

Monaſterium Biturigenſe in honorem Deiparę erectum. 269.

Monaſterium Deiparæ condidit Innocentius III. 106.
Monaſterium S. Mariæ Angelorum Lucæ a Ioanne Leonardio ædificatū 312. item Monaſterium S. Mariæ de Arcu *ibi*.
Monaſterium S. *Mariæ* de *Mōte Maiori*. 184.
Moniales Annunciationis omnes *Mariæ* nomine inſignitæ 324.
Moniales Conceptionis a quo Fundatæ. 265. quo habitu vtantur *ibi*.
Moniales Turris ſpeculorū Deiparæ chariſſimæ. 262. 263.
Monitū S. Frācisci de priuilegijs & laudibus *B.* Virg. 182
Mons Senarius a B. Virgine quibus demonſtratus. 206. 207. 208.
Mons Virgilianus quare *Mons* Virginis nuncupatus. 88. a S. Gulielmo cōſecratus Deiparæ *ibi*. varijs miraculis a Deipara illuſtratus. 89.
Moricus oleo lampadis *B.* Virginis a *D.* Franciſco ſanatus. 174. 175.
Myſteria de Deipara Helię prophetæ reuelata. 2.

N

Natale B. Virginis Ordini Seruorum ſolemne. 204
Natiuitas Chriſti ex B. Virgine S. *Bernardo* in ſpiritu oſtenſa. 67. 68.
Nomen Fratrum *B.* Virginis de *Monte* Carmelo, Carmelitis quare & quando attributum. 7. 8.
Nomen *Matris* Dei a Ioanne Leonardio in venerationem reductum. 310.
Nomen ſeruorum *B.* Virginis ab infantibus pronunciatū. 204. 205. 208.
Nomen *Virginis Mariæ* ſolemniter decantatum a *Baſilia*nis. 19. 20. 21.
Nominis Dominici Ethymon. 106. 107
Nominis *Mariæ* interpretatio 12. 13
S. Norbertus *Beatiſſimæ Virgi*nis maximus amator. 83. eius cultus propagator ſtrenuiſſimus *ibi*. ei Deipara apparens, locum pro *Monaſte*rio erigendo demonſtrat. *ibi* candidum inſuper habitum eidem tradit. *ibi*. filij nomine a B. *Virgine* appellatus. *ibi* eius filij Deipaæ *Benia*mini. 84. numquam die Sabbati *Miſſam* de *B.* Virgine omiſit. *ibi*. Ordinem ſuum ſub Deiparæ auſpicijs inchoauit *ibi*. vt propriam *Ma*trem, Deiparam a ſuis coli præcepit. *ibi*. peculiaria eius Ordinis erga Deiparam obſequia *ibi*. & 85. eius Ordo ve

re

re *Marianus*.86. Antuerpię Eccleſiã Collegiatam Deiparæ conſecrauit.*ibi*.in *Maria*-no cœnobio ſuum corpus ſepeliri optat. *ibi*.

Nubecula parua figura Deiparæ.1.2.

O

S.Odo Cluniacenſis per Deiparæ merita ſterilibus parentibus datus.49.eius ad B. Virginem oratio pro ſalute animę ſuę.*ibi*.& 50.inſtituit vt in ſuis Monaſterijs quolibet Sabbato diceretur Officium B. Virginis.*ibi*.B.Virginẽ quare miſericordię Matrem appellaret.51

Officium B.Virginis diebus ſingulis recitatum à *Monachis* Baſilianis. 18. à Norbertinis 84. à Dominicanis. 158. à Seruitis 206.214.à Cæleſtinis. 226. à S Franciſca Romana.245.à S. Franciſco de Paula 270 àB.CaietanoThieneo. 285. à Ioanne de Cruce.300. à Ioanne Leonardio 310. à Maria Victoria Genuenſi 323.à monialibus Viſitationis.327.328

Officium in laudem B. Virginis compoſitum à S. Auguſtino. 40

Officium *Nominis* B. Virginis decantatum à monachis S. Baſilij.19. 20 21.

Officium Sabbatinum B. Virginis. 50. 96

Oleum lampadis Virgineæ infirmis ſalutare. 174. 175. 318.

Opuſcula S. Brunonis in laudẽ B.Virginis 74

Orationes ad beatam Virginem ſancti Odonis. 49. 50 Innocentij III.97. S. Dominici. 116.S. Franciſci. 182. S. Birgittæ.236.S.Franciſcæ Romanæ.246.Ioannæ Reginæ Galliæ. 269.

Orator Dei Genitricis S. Bernardus. 65

Oratoria in honorem Deiparæ conſtructa à SS.Roberto & Stephano. 56. 60. item à S. Franciſco.187

Ordinis Carthuſiani Patrona B Virgo.81

Ordo Annunciationis B.Virginis à Ioanna Regina Galliæ Fundatus.266. 267. humilitatis Fundamento innixus. 268

Ordo Annunciationis à Maria Victoria Genuenſi inſtitutus. 323.324

Ordo Carmelitarum vſque in finem mundi duraturus 21.

Ordo Ciſtercienſis ſub Deiparæ Virginis titulo ac patrocinio conſtitutus. 55. 56. eius monachi familiares Dei paræ.56 eius propagatio B. Alberico à B. Virgine pro-

miſſa. 59. eius Conſtitutiones eidem Alberico à Deipara traditæ. *ibi.* protectus à Deipara. 105.
Ordo Conceptionis B. Virginis in Eccleſia fundatus ſub S. Bernardi inſtituto 73. à Beatrice à Sylua *Fundatus.* 264. 265
Ordo Fontis Ebraldi, Ordo Deiparæ & S. Ioannis Euangeliſtæ nuncupatus 73. 74
Ordo militum de Auis ſub Deiparæ patrocinio. 105.
Ordo minimorum *S. Franciſci* de Paula, Ordo Mariæ appellatus. 270. eius obſequia erga Deiparam. 271. 272
Ordo minorum in Eccleſia S. Mariæ de Portiuncula initiũ ſumpſit. 174
Ordo Monachorũ Montis Virginis à S. Gulielmo *Vercel*lenſi Fundatus. 86
Ordo Prædicatorum vnicè à Deipara dilectus. 163.
Ordo Præmonſtratenſis ſub Deiparæ patrocinijs inchoatus à S. Norberto. 84. peculiaria eius in Deiparam obſequia. *ibi.* & 85. Ordo verè Marianus. 86
Ordo S. Hieronymi à B. Virgine protectus. 22.
Ordo S. Mariæ de Mercede à S. Petro Nolaſco ex Deiparæ præcepto Fundatus. 190. 191. 192.
Ordo S. *Mariæ* Montis Oliueti à quo Fundatus. 227.
Ordo Scholarum Piarum à Ioſepho Calaſantio Fundatus. 329
Ordo Seruorum B. Virginis à quibus inſtitutus 198. 199
Ordo Viſitationis B. Virginis à Franciſco Saleſio Fundatus. 323
Quis Deiparam ſalutare geſtiẽs. 176.

P

PActum S. Philippi cum Deipara. 305
Patriarcha chariſſimus Deiparæ S. Dominicus. 167
Patritius Patritius Senenſis B. Bernardi Ptolomei Ordinis B. Mariæ Montis Oliueti Fũdatoris Socius. 228. Beatæ Virginis aſpectu dignatus. 229. Eius facultatibus Eccleſia, & *Monaſterium* S. Mariæ *Montis* Oliueti ædificatum. 231
Paula Romana B. Virginis deuotiſſima. 29
Paulus Conſiliarius vnus ex Clericorum Regulariũ Fundatoribus, quibus rebus Deiparam honorare ſtuduerit. 284
Paulus IV. Clericorum Regularium Fundator, materna adhuc aluo incluſus Beatiſſimæ Virgini oblatus eſt. 284

So-

Sorori auctor fuit Monaſterium in honorem Deiparæ ædificandi. *ibi*. Officium B. Virginis in meliorem formã reduxit. 285. Blaſphemos in Virginem pœnis coercuit. *ibi*. Eccleſiam S. Mariæ de Populo demoliri noluit. *ibi*. Primus auctor Pontificij Equitatus in die Annunciationis. *ibi*. Eccleſiam S. Mariæ ſuper Mineruam ſingulari deuotione coluit. *ibi*. ſtatuit, vt in die 15. Auguſti, in Eccleſiæ S. Mariæ Maioris, Pontificia haberetur Capella. *ibi*. Stationes reſtituit Eccleſiæ S. Mariæ in Dominica. *ibi*. Lauretum proficiſci decreuit, & quare conſiliũ mutarit. *ibi*. Lauretanæ tamen domus cultũ mirè amplificauit 286. Eccleſiam B. Virginis Antuerpiæ in Cathedralem Erexit. *ibi*. Eius propenſio in Conceptionem B. Virginis. *ibi*. Bullam edidit de Roſario B. Virginis. *ibi*

Paupertas Religioſa Deiparæ admodum grata. 175

Pecunias pro redemptione captiuorum ſubminiſtrat Deipara B. Ioanni de Matha. 96.

Peregrinatio S. Franciſcæ Romanæ ad Templum S. Mariæ Angelorum. 246

Petro Veroneuſi Deipara apparet, eique ſuos ſeruos cõmendat. 215. 216

S. Petrus Apoſtolus à B. Virgine de cęlo ſubmittitur ad confirmandos Carthuſianos in ſuſceptæ vitæ propoſito nutantes. 80. 81. Eiſdem pro malorum omnium remedio Horarias Deiparæ preces propoſuit. *ibi*

Petrus Baro virtute Roſarij ex dæmone in Angelum conuerſus. 136. Totam familiam ad Roſarij frequentationem induxit. *ibi*. Ei morienti Deipara apparet. *ibi*.

S. Petrus de Murrhone Cæleſtinorum Ordinis Fundator à B. Virgine ſanatus. 225. ab eadem eruditus. 226. In honorem B. Virginis quolibet anno quadrageſimam ieiunabat. *ibi*. Ad Virginis amorem & deuotionem, ſe inuiſẽtes Corollis precarijs inflammabat. *ibi*. Officium B. Virginis deuotiſſimè recitabat *ibidem* Illud Ordini à ſe inſtituto recitandum præſcripſit. *ibi*. B. Virginem in Summitate ſcalæ conſpexit, & quid ab ea audierit *ibi*.

S. Petrus Nolaſcus Ordinis B. Mariæ de Mercede Fundator Deiparam in ſuam Matrem eligit. 190. Ei Deipara apparuit, & ad ſuum Ordinem Fundandum promouit 191

191. 192. Deiparæ apparitionem alijs enarrat. *ibi.* & 193. Eius in Deiparam Pietas inſignis. 195. Ei Deipara ſe videndam præbet *ibi.* Eius ad Deiparam orationes. 196 197. Deiparæ Imagini ſacellum extruit. 197. Ad Deiparæ amorem fratres hortatur *ibi.* & 198. Eius ad Deiparã extrema verba. *ibi.*

Petrus Patauinus à Deiparæ Virgine ſanatus. 294

Philippus Benitius quomodo ſeruus B. Virginis euaſit. 218 219 220

S. Philippus Nerius pietate erga Deiparam eximius. 303 Eam ſuum amorem, mammamque appellabat *ibi.* Singularia beneficia ab ea accepit. *ibi.* Deiparæ coronam iugiter præ manibus habebat. *ibidem* Noctes integras cum Deipara colloquendo abſumebat. *ibi.* & 304. Ad Virginis cultum ſuos aſſiduè hortabatur. 304. Eius ad Deiparam orationes iaculatoriæ *ibi.* Eius ad eandem corona *ibi.* ſub Deiparæ patrocinio ſuam Congregationem conſtituit. *ibi.* Nobiliſſimum Tẽplum Deiparæ erexit, cum omnibus ſacellis eidem dicatis. 305. Oratorium ſuum, cur Antiphona de Virgine abſolui voluerit. *ibi.* Cæſari Baronio infirmo ſanitatem à Deipara obtinuit. *ibi.* & 306 Deiparæ inuocatione Dæmones fugauit. 306. Sæpe à B. Virgine viſitatus. *ibi.* Ab eadem ſanitati reſtitutus. *ibi.* & 307. Ad Deiparæ deuotionem alios incitare ſatagebat. 307. Deiparam ædiculæ tectum fulcientem vidit. *ibi.* Poſt mortem gratias à Deipara ſuis deuotis exorat. *ibi.* & 308. Eius Coronæ infirmis Salutares. 308. Eius Imago ante Deiparam picta. 309

Pietas Clericorum Regularium S. Pauli erga Deiparam. 280

Pietas erga B. Virginem omnibus cõmendata à S. Bernardo. 68

Pietas S. Dominici erga Deiparam, in quo potiſſimum eluxerit. 107

Pietas S. Petri Nolaſci erga Deiparam. 195

Præconia Deiparæ Virginis ex S. Brunone. 75 76. 77

Prædicatio Roſarij D. Dominico à Deipara ſuadetur. 113. 114. 127

Prædicator veriſſimus Deiparæ S. Dominicus. 167

Præcatiunculæ S. Philippi Nerei ad Deiparam. 304

Preces in honorem Deiparæ à B. Bonfilio inſtitutæ. 213. 214

Prin-

Principes multi ſcapulare B. Mariæ *Virginis* de Monte Carmelo geſtarunt. 10

Priuilegium Singulare, ſcapulare B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo geſtātibus, conceſſum. 11

Propheta pijſſimus Deiparę S. Dominicus. 167

Prouinciæ Ordinis Baſiliani aliquo *B*.Virginis nomine inter ſe diſcretæ. 18

Puer B. Virginis S. Bernardus appellatus. 72

Pugil diligentiſſimus Deiparæ S. Dominicus. 167

Pulchritudo B. *Virginis* quanta fuerit. 79

Pupilla oculi B. Virginis S. Bernardus. 69

Purgatorij pęna ſacrum ſcapulare B. *Virginis* de Monte Carmelo geſtāntibus relaxata. 11

Puritas B. Virginis à S. Dominico defenſa. 159

Purpura veriſſima ad indumentum, & gloriam ſummi Regis diuinitus aptiſſime dedicata, appellatur Maria à D. Hieronymo. 29

Q

Quadrageſima in honorem B. *Virginis* ſingulis annis ieiunata à S Romualdo. 52. à S. Petro de Murrhone. 226. à S. Franciſco Aſſiſinate. 172

R

Raymundo Barcinonenſi Deipara apparet 192

Regina clementiæ Maria. 19

Reginaldus à Deipara ſibi apparente ſanatus. 161. habitum Prædicatorum à Deipara accepit. *ibi*.

Regula *S*. Auguſtini Seruitis tradita à B. *Virgine*. 212

Regula S. Birgittæ quid ſtatuat de Cultu B. Virginis. 240. 241

Religio in honoré Matris Dei à S. Birgitta fundata. 240

Reliquię B. *Virginis* quanto in honore habitæ à S. Benedicto. 45

Reuelationes de Roſario B. Virginis S Dominico factæ. 107

Reuerentia S. Franciſci Paulani erga Deiparam. 270

Ricouerius *Vguccionius* Ordinis ſeruorum B. M. Virg. Fundator, vt lilium Deiparæ oblatus. 222 *Vide ſupra in Bonſilio Monaldo.*

Robertus Bieſius deuotione erga Deiparam illuſtris. 73. quo affectu ferretur in illa verba: mulier ecce filius tuus. 74. eius Ordo, cur Ordo Deiparæ & S. Ioannis Euangeliſtę vocatus. *ibi* omnia Monaſteria *Mobialium*

ſui Ordinis Deiparæ *Virgini* dicauit *ibi*.
S. Robertus Ciſtercienſis Marianus cultor egregius. 55. charus Deiparæ etiam ante ortum *ibi*. & 56. deſponſatus a Deipara. *ibi*. Deiparæ deuotiſſimus *ibi*. Oratorium in honorem Dei Genitricis conſtruxit. *ibi*. Ordinem ſuũ ſub Deiparæ tutela conſtituit *ibi*. omnia ſui Ordinis Monaſteria Dei Matris nomini conſecrauit. *ibi*. gratia miraculorum ei cum B. Virgine communis. *ibi*.
Rodulphus Epiſcopus Paderbronenſis Arã Oratorij *Vallis* Vmbroſæ in honorem *B.* Virginis conſecrauit. 53
S Romualdus Abbas ante aſtare B. Virgini dicatum orare conſueuerat. 52. illic orans, ad religionem vocatur. *ibi*. Virginis interceſſione quantum profecerit. *ibi*. in honorem *Virginei* partus ſingulis annis quadrageſimam ieiunabat. *ibi* Deiparæ nomini multa Monaſteria ædificauit. *ibi*.
Roſarium B. Virginis quotidiè recitaut monachi S. Baſilij. 18. frequentatum à S. Hieronymo magno cum fructu 23. item a S. Auguſtino 40 item à S. Benedicto Abbate. 43. 44. illuſtratum & propagatum à S. Bernardo. 61. 62. oratum ab Innocentio III. alijsque commendatum. 97. illius merito in ſummum Pontificem idem Innocentius electus *ibi*. Deipara reuelante portatum à S. Dominico. 106. cum diſciplinis ab eodem oratum. *ibi*. in concionibus ab eodem commendatum, populisque diſtributum. *ibi*. multis miraculis ab eodem illuſtratum. 9. & *deinceps*. Fundamentũ totius noui teſtamenti appellatum. 113. eius prædicatio D. Dominico à Deipara iniungitur. *ibi*. & 114. eius virtus contra dæmones oſtenditur. 115. 118. 119. 120 121. Adrianum Cæſaraugustanum ab omni aduerſitate liberauit. 123. 124. militem Britonem à multis periculis eripuit. 124. 125. ſcutum contra inimicos. *ibi* & 126. eius prædicatione Epiſcopus hæreticus conuerſus. 127. 128. 129. item Eliodatus paganus. 130. 131. 132. eius mirabilia in Alano Britanno. 132 eius virtute dæmones fugati. 134. 135. 140 144. ex dæmonibus Angelos facit. 136. Alphonſo principi quantum profuerit. 137 138. eius præſtantia Halæ matronæ oſtenſa. 140. eius vir-

virtute Bianca Regina filiũ obtinuit. 140. 141. Ægritudines & animi dolores curat. 145. Catharinam pulchram ad Deum conuertit. 146. 147. Alexandrã Aragoniam à morte reuocat. 147. 148. eius admiranda in Benedicta Hiſpana. 151. 152. 153. eius contra hoſtes virtus. 152. 153. eius deuotio Dominicæ Comitiſſæ ſalutaris. 153. 154. recitatum à S. Franciſco Aſſiſinate. 179. 180. à S. Franciſco Paulano. 270. à B. Ioanne Dei. 287. à S. Tereſia. 297. à Ioanne Leonardio. 310. à Camillo de Lellis. 320. à Franciſco de Sales. 329

S

Sacella Eccleſiæ S. Mariæ in Vallicella omnia Deiparę dicata. 305

Sacellum Deiparæ extructum à S. Petro Nolaſco. 197

Sacellum Eremiticum B. Marię de Victoria. 273

Sacellum in B. Virginis honorem ædificatum in Monte Carmelo. 8

Salutatio Angelica quibus nominibus appellata à D. Baſilio 16. item à D. Hieronymo 23. eam quanti faceret S. Auguſtinus 38. 39. centies in die recitatur à fratribus Vallis Vmbroſæ. 53. decies recitata Deiparæ ſingulariter placet. 268. eius Virtus mirabilis. 273. 288. 317. 318.

Salutatio Innocentij III. ad Deiparam. 104.

Salutationes trium Magorum ad Deiparam. 255.

Satanas per Mariam ligatus. 76. 77.

Scala in cuius ſummitate Deipara erat innixa. 183. 226. 228.

Scapulare Carmelitarum B. Symoni a B. Virgine donatum. 10. eius virtus indicatur. *ibi.* & 11.

Sculptura Spiritus ſancti appellatur Maria a D. Hyeronimo. 29.

Secretaria fideliſſima Deiparæ S. Brigitta. 237.

Secretarius Deiparæ S. Dominicus. 167.

Senenſis Ciuitas laudata. 227 Ciuitas Virginis cur dicta. 232.

Septem gaudia B. Virginis a Seruitis quolibet ſabbato decantata. 206. 212. 214.

Seraphin dilectiſſimus Deiparæ S. Dominicus. 167.

Sermo Angelicus de excellentia B. Virginis D. Brigittæ reuelatus. 241.

Sermo de Aſſumptione B. Virginis compoſitus a D. Hye-

ronimo 29.
Sermo S. Dominici de Roſario B Virginis. 137.
Sermo S Franciſci de Deiparæ paupertate. 183
Sermo Innocentij III. de Laudibus Virginis. 99. 100. 101
S. Silueſter Auximenſis miro erga Deiparam deuotionis affectu afficiebatur. 223. ei Deipara apparens a mortis periculo eripit. 224 ab eadem Euchariſtia refectus. 225.
S. Simeonis ad Deiparam allocutio. 258.
B. Simoni Stoch Anglo B. Virgo apparens, Scapulare Carmelitaris largita eſt. 10.
Sobaac Heliæ pater, viros candidis veſtibus indutos candidiſſimam Virginem adorantes, conſpexit 1. & 9.
Societas laudantium B. Virginem Florentiæ inſtituta. 199
Sodalitas Cõceptionis B. Virg. a Franciſco de Sales Anicij erecta. 315.
Sodalitas Virginis Mariæ Senis. 232.
Speculum, in quo refulget forma Virtutis, appellatur Maria a D. Hyeronimo. 29.
Sponſus Deiparæ, quo pacto fuerit S Robertus Ciſtercienſis. 56
Sponſus Deiparæ S. Bernardus ex B. Alano. 61.
Sponſus ſingulariſſimus Deiparæ S. Dominicus. 154.
Sponſus Virgineus Deiparæ S. Dominicus. 168.
Statua B. Virginis in Germania quæ S. Bernardum ſalutauit. 67.
Statua Deiparæ dexteram in cælos porrectam extendere viſa. 115.
Stellæ ſeptem ſuper Deiparæ imaginem viſę a S. Petro No laſco. 197.
Stemma Congregationis Matris Dei, Nomen Mariæ. 310.
Stephanus Amernus, B. Virginis amator eximius. 81. ei ſe ſeruiturum omni tempore ſpopondit, ibi. eidem ſe caſtiſſimum Virginem deſponſauit, ibi. eidem in ieiunijs, vigilijs, & orationibus continuis ſeruiuit 82. ab eadem, inſigne miraculum impetrare meruit. 82. 83.
Stephanus Ciſtercienſis, B. Virginem toto cordis affectu dilexit, 59. in eius honorem Eccleſiam ædificauit. 60. ei B. Virgo apparens cingulum laneum obtulit. ibi. eidem iterum apparens obruit, & commendauit S. Bernardum. ibi. eidem ante Deiparæ imaginem

nem oranti finis vitæ reuelatur. *ibi*.
Studium S. Auguſtini erga B. Virginem. 37
Studium S. Philippi Nerei erga Deiparam. 303. 304.
Sudor *B.* Ioannis Dei infirmi, a Deipara abſterſus. 289.
Supplicatio S. Petri Nolaſci ad B. *Virginem*. 196.

T

Tempeſtas ſedata a S. Dominico virtute Roſarij. 110.
Templa Mariana a Ioãne Leonardio reſtaurata. 312.
Templum B. Virginis. *Vide Eccleſia*.
S. Tereſia a Ieſu B. Virginis cultui addictiſſima. 297. eius Roſarium adhuc puellula recitabat. *ibi*. *Mortua Matre*, vt ſe in filiam admittat, Deiparam obnixè precatur *ibi* Eius patrocinium in ſuis neceſſitatibus experta, *ibi*. Ordinem B Mariæ de Monte Carmelo ad antiquam diſciplinam reuocauit. 298. In honorem ſponſi Deiparæ primum ſui Ordinis *Monaſterium* ædificauit. *ibi*. Deiparæ præcibus ad magnum ſanctitatis culmen euecta. *ibi*. Candida veſte a Deipara amicta. *ibi*. ab eadem monili prætioſiſſimo donata. *ibi*. Deiparam ſuas moniales candida veſte protegentem vidit. *ibi*. Monaſterij ſui Claues vna cum regimine Deiparæ offert, *ibidem* & 299. laudata a Deipara 299. Aſſumptionem Deiparæ in extaſim rapta contemplatur. *ibi*. in honorem Deiparæ plura *Monaſteria* ędificat. *ibi*. pulcherrimorum florum faſciculum Deiparę offerre viſa, & quare? *ibi*. *Moniali* ſolemnia vota profitenti cum Deipara adſtare conſpecta. *ibi*.
Tituli *Marię* ex D. Auguſtino 34. 30. 36.
Traditio Hiſpanorum de Habitu candido a B. Virgine *S.* Norberto donato. 83.
Tuba ductilis, per quam loquebatur *Spiritus* ſãctus, appellatur S. Hyeronymus a B. *Virgine*. 32.

V

Vellus virgineum, in quod cęleſtis imber, placido ſe infudit illapſu, appellatur *Maria* a S. Hieronimo. 29.
Veſte candida S. Tereſia a Deipara amicta. 298.
Veſtes albæ, quare deferantur a Mo-

a Monachis S. Hieronymi. 22. item a religioſis S. Auguſtini. 40. item a Monachis Montis Virginis. 86. item a Fratribus S. Mariæ de mercede. 193 item a monachis Montis Oliueti. 229. 230. 231.
Veſtibus atri coloris, quare ſerui B. Virginis induantur 212.
Veſtis candida a B. Virgine S. Norberto donata. 84.
Vindicta de muliere in Deiparam blaſphema. 314. 315.
Vinea in Senario miraculoſe efflorefcens. 209. 210.
Virginitas perpetua Deiparę, contra Heluidium defenſa à S. Hieronymo. 27. 28.
Virginitatem Deo vouit S. Dominicus, exemplo Deiparę. 108.
Virtutes Euangelicę Deiparę Virginis *Marię*. 267. 268.
Viſio Leonis Minoritę, de B. Virgine ſcalę innixa. 182. 183.
Viſio B. Philippi Benitij de B. Virgine. 219. 220.
Viſiones S. Franciſcę Romanę de B. Virgine. 256. *uſque ad* 264.
Vita B. Virginis, gręcè ſcripta a S. Baſilio. 16.
Vita Ioannis Leonardij a quibus deſcripta. 319.
Vitis admiranda Ardingho Epiſcopo a Deipara oſtenſa. 210.
Votum B. Bernardi Ptolomei Deiparę factum. 228. item Hieronymi Æmiliani, 274. item S. Ignatij Loyolę. 290.
Vulnus S. Franciſcę Romanę a Deipara ſanatum. 255.
Vultus Annunciatę de Florentia, Angelorum manu factus. 218.

FINIS.

Digitized by Google

REGESTVM.

† ††. A B C D E F G H I K
L M N O P Q R S T V
X Y Z.

R O M Æ,
Apud Franciſcum Caballum. 1643.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Goo[illegible]